



17381

NOUVEL
Jult. G.
et Lat.
Can. Apot.

13.

MC

X

.

J

.

7

.

~~10~~
14381

~~Num. 18. cap. 7 num. 18.~~

47 - 7 - ~~42~~

615153113

81 . noue X . 1000 . 21 . 1000

52 17 171



NEARON IOYΣTI

ΝΙΑΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ΤΩΝ ΕΝ ΤΩ, ΝΥΝ ΕΥΡΕ-
ΣΚΟΜΕΝΩΝ, ΚΑΙ ΩΣ ΕΥΡΕΣΚΟ-
ΤΑΙ, ΒΙΒΛΙΩΝ.

προσέθενται δὲ καὶ
οἱ κανόνες τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ κλημάντος ἀθροισθέντες

NOVELLARVM

CONSTITVTIONVM DN. IVSTINIANI
PRINCIPIS, QVAE EXSTANT, ET
VT EXSTANT, VOLVMEN.

Appositi sunt item
Canones sanctorū Apostolorū per Clemenem in unū congesti,
Gregorio Haloandro interprete.

Imprimi auctoritate D. CAROLI .V. Romanorum Imp.
et Aug. id, quod exemplum privilegij à tergo subie-
ctum clarum faciet.

Noremburgæ, siue in castro Norico, apud Io. Petreium.
Anno domini

M. D. XXXI.



EXEMPLVM PRIVILEGII.



CAROLVS Quintus diuina fluente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germania, Hispania, utriusque Sicilia, Hierusalem, Hungaria, Dalmatia, Croatiae &c. Rex, archidux Austriae, dux Burgundiae & Brabantiae &c. Comes Habsburgi, Flandriae & Tyrolis &c. Vniuersis & singulis notum esse uolumus, quoniam fidelis nobis, ac Sacri Rom. Imp. dilectus Ioannes Petreius Langendorfus ciuis Nurnbergensis, qui per multos iam annos optimis auhoribus diligenter & bona fide imprimendis nauauit operam, quod post impressa a se Digesta seu Pandectas iuris Ciuilis, diu quoque Iustiniani praedecessoris nostri Codici et Nouellis constitutionibus, quas Authenticas uulgus appellat, tam graecis, quam latinis (quos omnes libros superiorum temporum iniuria, et supina librorum siue negligentia, siue imperitia, ultra quam dici potest male acceptos uir adprime doctus, nobis ac Sacri Rom. Imp. dilectus Gregorius Haloander Zuiacensis ad communem omnium mortalium utilitatem, & illustrandi ac iuuandi iuris Ciuilis amore incensus, uel beneficio notarum ex Archetypo Florentino ab Angelo Politano desumptarum & aliorum antiquorum exemplarum interpolatos, uel ex spectatis codicibus restituit, uel a se uersos primus in lucem ac publicum protulit) exadendis manus admouerit, neque in opere ullis uel laboribus uel impensis parcat, Vereaturque ne ex hac sua industria & labore ignaui hominibus, qui suorum instar alienis laboribus insidiant, & ex aliorum incommodis sua comparare commoda consueuerunt, magno suo cum damno lucrum accedat: humiliter nobis supplicari fecit, ut eam rem ad curam Maiestatis nostrae reuocare dignaremur. Nos igitur, qui quemadmodum bella fortiter gerimus, ita pacis studia clementer amplectimur, reputantes in animo, quantum in te ad iuris studiosos commoditatis, & uniuersam rem publicam utilitatis perueniturum sit, si foeces iuris Ciuilis calamitatis temporum pene collapsi, denuo per nostros repurgentur reparenturque, ac in manus hominum emittantur: huiusmodi supplicationibus inclinam, quo magis hoc exemplo ceteros ad consimiles conatus suscipiendos et perficiendos excitemus, di. Ioanni Petreio hoc nostrum Privilegium clementer concessimus, & dedimus, ac praesentibus literis damus & concedimus auctoritate nostra Caesarea, expresse inhibentes, ne quisquam alius praeter praedictum Ioannem Petreium in uniuersis ditombus, terris, ciuitatibus, municipijs, colonijs, metropolitibus, atque alijs locis nostris, & Sacro Rom. Imp. quomodo subditis, praedictos libros iuris Ciuilis, quos a Gregorio Haloandro castigatos, restitutos, uersos, idem Petreius impressit impresseritque, per quicunque annorum spacium a tempore primae eorum editionis, uel coniunctim, uel separatim, siue latina absque graecis, siue COSS. Catalogum absque Codicibus, in consimili, maiore, minoreue forma, iisdem typis, uel alijs, aut quocunque alio colore quocunque, sine expresso consensu praedicti Ioannis Petreij imprimere, imprimere facere, uel suo, uel cuiuscunque societatis nomine, aut ubique tandem terrarum impressos in nostra & sacri Rom. Imp. loca publica uel occulte importare, in ijs distrahere, uendere, aut quo magis uel per suos insidiosos, uel per alios quoscunque importentur, distrahantur, uendantur, dolo malo facere praesumat. Nimirum poena inuigente contra facientibus grauissima indignationis nostrae, neque non amissionis omnium librorum, quos tenore praesentium ipsi Petreio consignamus, & decem praeterea Marcharum auri puri, partim Fisco nostro Imperiali, partim praefato Ioanni Petreio integre & irremissibiliter persoluentur. Ita quidem, ut eiusmodi poenis tam ipse exactor (si de eo constet, inique illum competat iurisdictio) quam omnes hi, penes quos id genus libri uenales reperientur, utriusque in solidum toties, quoties ilico sint obnoxij. Mandamus insuper omnibus & singulis typographis, bibliopolis, & alijs cuiuscunque status, siue conditionis hominibus, nobis & sacri Rom. Imp. fidelibus & subditis, ut hanc uisionem, uoluntatem, & animi nostri decretum obseruantes, & quo magis ab alijs omnibus obseruetur, efficientes, nihil in contrarium neque ipsi faciatis, neque ab alijs fieri permittatis. Ipsum denique Petreium pro consequendo effectu decreti & inhibitionis nostrae, ubi & quotiescunque opus fuerit, de ea re quempiam uestrum uel per se, uel per quemcunque habentem ab ipso plenum & expressum ad hoc mandatum requisierit, omni favore & auxilio prosequamini. Nullis privilegij alijs in contrarium facientibus, & uel per fraudem, uel aliter elicitis & concessis, obstantibus ac ualueris. In hoc seriam nostram uoluntatem facturi, harum testimonio litterarum sigilli nostri appensione munuarum. Dat. in ciuitate nostra Imperiali Augusta Vindelitorum. Anno a Christo nato Millesimo quingentesimo trigesimo, Imperij nostri decimo, Ceterorum Regnorum uero omnium, decimo quinto.

CAROLVS.

Albert. Card. Moguntin. &c.
archicancellarius subscripsit.

V. Monfort.

R. Obernburger.

Ad Mandatum Caesaree & Catholicae Maiestatis proprium
Alexander Schuueis subscr.

AMPLISSIMO DECVRIO

NUM ORDINI REIPVBL. NVREMBERGENS. SIBIQUE
OBSERVANDISS. GREG. HALOANDER.



IANDEM aliquando, magnifici patres, sapientissimique uiri, diuino suppetente auxilio, uestroque beneficio, post tam longam & laboriosam nauigationem, in optatum ac diu expectatum quietis portum pallis uelis prouehimur. Vnde quod face re solent, qui e longinquis terris peregrinas merces in nostrum hunc orbem important, ut amicis in occursum uenientibus in litore exponant, quodnam genus mercium secum aduexerint, qua item fortuna inter nauigandum usi, & quantas aerumnas toto tempore, quo abfuerunt, perpessi sint: idem mihi quoque in praesentia faciendum, planissime arbitrator. Quid enim prohibet, quo minus illorum hac parte exemplum imiter, quos iam pridem laboris magnitudine & diuturnitate, si non superauit, aequaui tamen? Aut quis non credat minore me negotio & leuiore cum periculo potuisse ad extremos (ut ueteres locuti sunt) Garamantas, ad Taprobanam, ad Indos usque transmittere, quamuis per uastuosum Oceanum, ubi caelum undique, & undique pontus, quamuis per tot monstra, quae memorantur in fabulis: quae uerari in tanta mole rerum, quae & caelum, hoc est sacra complectitur, & terras iuxta maria, id est profana moderat & regit? Habuit enim & hic labor noster suas Scyllas, suas Charibdes, suas denique Syrtis, quae terrorem nobis incusserunt, ad emeruntque spem reditus. Ah quoties ratis nostra fluctibus allisa, iactata undis, latentibus impacta scopulis, egit rimas, & accepta aqua uix saluum nunc me in conspectum (ut uidetis) uestrum reuexit? Ad hunc cumulum accedit etiam, quod omnes, qui eandem nauem conscendunt, gubernatores, proreta, remiges, epibatae, dispensatores, mesonautae, nautologi, helciarum, paufarum, & alij, quisque pro se diuicias habent operas: ego unus omnia munia solus obire, solus omnia sustinere onera coactus sum, in me uno omnis spes fuit mihi, nemo uicarias praebere potuit operas, nemo tulit auxiliu. Quod tamen non in hoc dico, quasi commemoratione laborum cupiam me efferre insolentius, aut aliorum praeme contemnere industria: sed ut eo magis domini dei & seruatoris nostri benignitas, neque non uestra in me & oes mortales promerita elucescant: quando quidem & ille misericordiae ac benignitatis suae memor, affatim nobis tantum in labore suscipiendo alacrem animu, quae in perferendo uires impertiri dedignatus non sit: & uos tam magna iuuandae reipublicae occasione diuinitus (ut apparet) oblata, per magnificentiam uestra, nulli sumptui largitionis peperceritis, modo incepto opere assiduus & aequo animo perstarem. Quo nomine utriusque & deo, & uobis, quam maximas possum gratias, merito & habeo & ago: neque id tam mea causa, quae etiam communi omnium iuris ciuilis studiosorum uoce, qui ullo unquam tempore fructu ex hisce lucubrationibus nostris percepturi sunt.

Vt autem magnificentia uestra cognitum & perspectu habeat, neque uos

a. ij in rem

in rem nihili tam largos contulisse sumptus, neque labores nostros caruisse effectu, aut effectui defuturum fructum: ecce uobis non metaxam, non nema Sericum, non Carræum Indicumue aroma, non pelles Parthicas, Baby-
 Ionias, siue etiã Scythicas, non preciosam aliquã gemmulam, aut uas Mur-
 rhinum, sed post Digesta seu Pandectas iuris Ciuilis, & Imperialium cõsti-
 tutionum Codicem ex fide antiquorum exemplarium interpolatũ, de bibli-
 otheca nostra præstantissimã & maxime necessariam iuris Ciuilis partem
 pferimus, nempe DN. Iustiniani sacratiss. principis *νεαγὰς*, hoc est Nouellas
 constitutiones, quot exstant, & ut exstãt, quas merito aliquis ciuiliũ legum
colophonẽ & columnam appellauerit, ut quæ solæ reliquo Iuri Ciuili autho-
 ritate addant, solæ detrahant, solæ nouã formã & normã attribuant. Siqui
 dem pro uarietate incidentium rerum, & nouis ac melioribus æquitatis rati-
 onibus emergentibus, multa in hoc opere abrogant, quæ prius responsa aut
 sancita fuerant: multa auctoritatem recipiunt, quæ in prioribus compositio-
 nibus uel temere omissa, uel de industria reiecta erant: multa in nouũ coacta
 sunt ordinẽ: multa ad clariorem reuocata intellectũ: multa, quæ pugnantie
 in alijs speciem præ se ferre uidebãtur, ad concordiam reducta. Ne interim
 dicamus, quàm multa, imò innumera, nouiter & subtiliter passim decident,
 quæ nullis antea cõpræhensa & determinata sunt legibus. Preciosissimũ uti-
 que thesaurũ, quem ego semper pluris feci & facio, quàm omnes omniũ regum
 & principum opes. Alium fortassis alia delectant. ego sic sum, sic mihi pla-
 ceo, neque eius me adhuc sententiæ pœnituit, aut unquã pœnitebit: nimirum
 qui exploratum habeam, quàm misere frigeant & afflicta sint hac parte iur-
 Ciuilia. In usu habent libri, quos quia mendis referti sunt, quia plurimis in
 locis imperite tractati, nonnunquam infideliter uersi, sæpe etiã mutilati sunt, co-
 gnoscere & perfecte intelligere nemo potest. Atque ut aliquis ex parte quip-
 piam intellectu assequatur, quod raro & in paucis, neque ex orationis contex-
 tu, sed potius ex friuolis quibusdã summulis fit: incertus tamẽ adhuc maneat
 de sententia, necesse est, cum plenam interpreti fidem habere non liceat.
 Semper enim in dubio hæret & uacillat interpretis fides, quicũque sit. Ac pro-
 pterea nos græcum quoque codicem protulimus, & interpretationi nostræ
 præfiximus, ut doctiores & qui plus cæteris ualẽt iudicio, aliquãto certiores
 fierent de constitutionis sententia: quos ne mihi quidẽ in totũ addictos esse
 uolo, si ueritati generetur præiudiciũ. Enimvero si quis arrogantius ista à
 me dicta, aut iniuriã sibi ea re factã putet: prodeat obsecro, qui uolet, an
 editionem nostram inspiciat, qui certo se intellectu per omnia Nouellarum
 constitutionum sententiam tenuisse pfitetur. Nam ex uulgatis (ut uocant)
 Authenticis impossibile esse, & doctissimorum uirorũ confirmant iudicia,
 & cõmunis fermẽ testat opinio. Deinde in usu & iure hominis priuati nullũ
 (quod equidem sciam) huiusmodi τὸν νεαγὰν exemplar habetur: neque credo
 omnino ultra duo, quæ publice adseruant in Italia, ullũ præterea reperiri, un-
 de harum constitutionum genuinus intellectus peti queat. Ut si quis post
 hanc nostram editionem aliquid exinde sibi arrogare tanquam proprium ausit:
 haud

haud dubie uel uanus iudicari debeat, si nõ possedit, quod tam illiberalis ui-
 ri officio functus sit, & tam impudens mendaciũ dixerit: uel imperitus, si ue-
 re possedit, quod tam magni precij librum in bonis suis habitum ignoraue-
 rit: uel denique improbus, aut potius impius, quod cũ bene mereri posset de
 re publica, exigente id iure societatis humanæ, & amore cõmunis patriæ, pu-
 blicis usibus tam amplam cõmoditatẽ subtraxerit. Neque is (quicũque tandẽ)
 causabit, quod idem conantẽ ipsum editione nostra anteuertimus: cum nomi-
 natim in singulis priorũ librorũ editionibus testati simus, & per integrũ nõ
 trienniũ rumoribus percrebuerit, & ad omnes Christiani orbis angulos per-
 uaserit, NoreMBERGÆ, siue in castro Norico (ita enim urbem uestram superi-
 orum temporum elegantiores historiæ nominant) Græcarum nouellarum
 editionẽ parari. Cæterũ ista non in hoc scribimus, quod alijs uel meritã lau-
 dẽ inuideamus, uel deminuere uelimus industriã: sed quia uereamur, ne idẽ
 nobis in hoc opere accidat, quod in reliquis contigit. ex quibus cum plerique
 multa cognouerint, & magnum profectũ fecerint: dissimulant tamen (si deo
 placet) unde profecerũt, uel memorantes nescio quæ antiqua exemplaria, in
 quibus recte ita legatur, uel etiam sibi adscribentes, quasi pro sagacitate ani-
 mi & ingenij acrimonia primi ipsi id animaduertierint, & cum ex editiõẽ no-
 stra (tacito scilicet authore) scripta sua corrigant, id, quod ex fide ignorũ re-
 latione, & nõ fallentibus argumentis cõpertum habemus: non dubitant ob-
 scure alijs locis ob unam forte uoculam (neque id uere tamen) editionem no-
 stram suggillare, & latenter pertrahere in contemptum. Quod si tantopere
 auet animus publica iuuare studia, quemadmodum omnes summa ope de-
 bemus anniti: nõ ita cumulate omnia nobis largitus est deus (tameñ, ut ue-
 rum fateamur, multa largitus est) ut omnis spes exerendæ alijs industriæ sub-
 lata, aut uia ad parandam gloriam, quæ ex benefactis contingit, præclusa ui-
 deatur. Desideramus adhuc fermẽ ad quinque Iustiniani Codicis libros si-
dem antiqui alicuius exemplaris, defunt etiamnum aliquot constitutiones in
nouellis. expetuntur passim à studiosis græca responsa Modestini iuris con-
 sulti in tractatu de tutelis, Digestorũ lib. x x v i. & x x v i i, neque nõ alibi
 alia. Reliquimus etiã lacunas aliquot in Codice nostro, ubi græcas cõstituti-
 ones deesse tantũ notauimus, quas partim in antiq. exempl. propter uetustæ
 scripturæ obscuritatem legere nõ potuimus, partim ne habuimus quidẽ. Et
 ne parua ista & contemnenda uideantur: deest in Codice lib. ii. de sport ul.
 constitutio græca, quæ modũ sportularũ in singulis causis præscribit, cuius
 frequentis. mentio per oēs alias cõstitutiones, & cuius ignoratio densissimã
 caliginẽ uniuerso processui iudiciario offundit: hanc unã perquirãt, & in pu-
 blicũ proferãt, & magnã illis habebimus gratiã, tantũ abest, ut maligne bene-
 ficiũ inuidia pensaturi simus. Idẽ dici potest de infinitis alijs. Sed si ducti amo-
 re boni publici, & morẽ gerentes honestis. uestris postulatis, primi cõmodi-
 tatẽ aliquã cõmunibus studijs attulimus, & nonnullã his occasione præripui-
 mus: quæ obsecro inuidia? quæ obrectatio? an noctes insomnes, & non di-
 cendi sudores ac labores, talibus cohonestantur præmijs? An non tacito
 a iij inter

*Castro no-
ricũ uul-
go Nurem-
ber-
ga*

*Quæ adhuc
desiderat
in pande-
ctis & co-
dice & no-
uellis.*

inter doctos consensu constat, perpetuocq; hoc ius obtinuit, ut qui prior in hoc genere occupasset, iustum quodammodo possessionis titulum adquiret: & ei primæ deberentur partes, ex cuius primum sinu quisq; liber euolasset. Quancq; ego (cuius mihi rei testis est deus) non tam laudem in hoc opere, quæ sua sponte illos, qui de republica bene mereri nō desinunt, prosequi solet, quàm cōmunem omnium mortalium utilitatem & bonū publicū confecter, ad quod auctius reddendum unā omnes, quotquot eius agendi facultatem nacti sumus, & natura impellimur, & adstringimur officio. Deinde quæ dixi, nō in hoc à me dicta sint, ut ullius famam perstringerem, à quo uicio natura alienissimus sum: sed ut nōnullis (quod dicitur) aures uellicarē, ne tam proterue & licenter in alienos ferantur labores, & ne aliud sibi permitat in alios, q̄ quod uicissim ipsi ab alijs expectant atq; expetunt. Cum igit̄ hæc ita se habeant: merito hunc ego mihi librum pro meo uindico, & ex iure manu adsero, uobiscq; amplis uiri, pro singulari illa & post natos homines præstantis, munificentia, qua reipublicæ commoda ad curam & sollicitudinem uestram reuocare dignati estis, tanq̄ propriū meum, utpote quem solus hucusq; (absit uerbo inuidia) priuatus iure priuato possedi, muneri offero: simul ut eo minus uos impēscā, quā fecistis maximā, pœniteat, cū & gratū me perhibeam, & non male collocati à me tēporis rationē recipiatis: simul ut omnes pariter studiosi, quotquot unq̄ huius libri usu labore nostro, uestro beneficio potituri sunt, intelligant, quantū uobis in perpetuum hoc nomine debeant. Illud enim pro certo uobis persuadere debetis, nullam unq̄ calamitatem, nullam temporis iniuriam tantam fore, quæ huius facti tam præclari memoriam sit abolitura. Verum enim uero quod ad interpretandi munus attinet, quàm inuitus id susceperim, quoties item hoc deprecatus fuerim: quoniam & uos eius temporis acta in recenti adhuc tenetis memoria, & pleriscq; alijs præterea meus in hac re animus innotuit: nulla uidetur esse causa, quam obrē pluribus de hoc uerbis utar. Hæc certe mea, siue timiditas, siue potius subrusticus pudor, tametsi grauate id oneris subierim, fraudi esse nō debet: quandoquidē multæ & magnæ causæ fuerunt, quæ me initio talia uersantē in animo deterruerint, & uoluntatem meā ab hoc laboris genere alieniorem reddiderint. Reuoluebam mente operis magnitudinem, argumenti uarietatem, diuersum & subinde in aliam formā mutatū orationis genus, nempe à pluribus sacri palatij Quæstoribus cōpositum, ad quæ singulatim perspicienda & recte exprimenda non solū prolixiore tēpore opus esset, sed etiam subactō, atq; exercitato, neq; non omni literarum & doctrinarum genere exculso ingenio. Expendebam hæc cōtra uires meas, id quod sapientis, poëta, antequam scribere aliquid incipiamus, facere iubet: ut sciamus, quid ferre reculent, quid ualeant humeri. Sed non uidebatur hæc ingenij paupertas, hæc tenuitas doctrinæ, hæc deniq; infantia recipere argumentū tam amplum, tam late diffusum, tam splendidum. Versabatur præterea ob oculos seculi huius improbitas, quæ nullum fermē beneficiū agnoscit, omnia rapit ad calumniam, & aranæ instar uel ex rosa & uiola uenenum exugit.

Quid

Quid quod interpretandi ratio ultra hæc omnia, quæ secum habet incōmoda, maximo constat labore, neq; minorē post se trahit inuidiam: cum nihil interim gratiæ, minimum laudis rependat. Nam siue pulchri aliquid cōuersa in se habēt uolumina: ipsi tantum, qui ea scripta author reliquit, acceptū referē, nō uero interpretes ullas officij partis alieno mereri potest in opere. siue rursus aliquid offendit, aut elimatū detersumie satis non est: omnis culpa recidit in interpretē: parum attento eo, quod præ egestate nōnunq; linguæ, aliquando præ compositionis asperitate, sæpe præ intricato & contorto orationis ductu, quem lingua, in quam transfunditur, abhorret ac refugit, interpretes efferre se, & quasi angustiis, cancellis inclusus, explicare linguæ suæ proprias dicēdi uires nequeat. Vt ne dicamus, quæ superstitione, quàm arctis legibus interpretes obstringatur, cum aliàs semper, tum uero maxime in sacris principū sanctionibus, ubi piaculū est aliquid addere, sacrilegiū aliquid detrudere, falsi crimē aliquid mutare de sententia. Veniebat postremo in mentem, quod cū propriū munus putetur interpretis, ut æque claram, aut etiā clariorē sententiā repræsentet in lingua sua, atq; in altera lingua, unde aliquid transferendum suscepit, extet: nulla utiq; ratione præstari id posset, ubi eadem uerborum positura, eadem uocum consequentia, idem deniq; dictiōis ordo custodiri præciperetur. In quo sensu pleriscq; accipiendum esse putant, quod Iustinianus princeps l. ii. C. de uet. iur. enud. appellat κατὰ νόδον. Habet enim quæq; lingua suos idiotismos, suas loquendi formulas, sua orationis lineamenta, suos deniq; numeros, qui in illa altera uel omnino locum nō fortiuntur, uel certe dignitatem non obtinent. Vt qui talibus se conditionibus in tanta hominum morositate, & calumniantium multitudine submittat, grauissimum in se onus suscipere uideatur. Atq; inter cæteras quidē causas hæc sanē præcipuæ fuerunt, quæ mihi scriptulū iniicerent, & remora facerent, ne protinus secundū postulata uestra ad munus tam arduum iuxta & periculosum profilirem. Sed cum mihi insinuaretis, cupere uos, imō nō uos tantum, sed omnes doctos & bonos, ut quæ Iustinianus Imp. græce in Nouellis istis conscribi fecisset, ea latinis uerbis q̄ clarissime possem, exprimerē (satis em̄ diu uos ex ueteris translationis lectione cōtraxisse nauseam, si quem delectarent solcecismi, & barbarismi, & incōdita uerborum turba: habiturum quidem illū per uos, quancūq; uellent, translationem) uestris expugnatus iussionibus, & præterea quotidianis amicorū precibus accedētibus, malui in gratiam uestri, qui iam pridem ubiq; terrarum summam sapientiæ & prudentiæ laudem affecuti estis, existimationis periculum subire (si modo ullum ex ea re periculum potest existere) quàm uestræ de me expectationi ac uoluntati non satisfacere, & nimia affectatione sapientiæ crimen contumaciæ incurrere. Vnde quidquid eius feci, in nullius præiudicium, neq; ut obessem, sed ut his, qui utramq; linguam ex æquo non callerent, adiumento essem, feci. Proinde cū quatuor interpretandi genera tradant apud ueteres, hoc est κατὰ φωνήν, κατὰ ὄραμα, & specialiter generali uocabulo appellata ἐπιλωτική, neq; nō quæ κατὰ νόδον dicitur, quorū primū in explicandis authorū sententiis

« iij ijs luna

κατὰ νόδον
in codice
qd

Genera 4
interpreta
di

ijjs summa utitur libertate, omnia admiscens, quæ uel in fusissimo commen-
tario dici tractariue possint, assumptis etiam exemplis, & similitudinibus,
nonnunq̃ integris quoq̃ expolitionibus, ut uocant rhetores. in quo genere
maximã apud græcos laudẽ meruerunt olim Themistius, Pfellus, item alij,
& hodie in explanandis noui testamenti libris D. Erasmus Roterodamus.
Secundum, quãuis ita late nõ uagetur, ut *παράφρασις*: non tamẽ ita angustis se
continet finibus, ut sequentia duo, sed nonnihil sibi permittit, tam omitten-
dis ijs, quæ uel non admodum sunt necessaria, uel paucis omnino uerbis red-
di non possunt: quã etiam (si usus postulet) addendis ijs, quæ sententi-
am suppleant, aut magis illustrent. tale sanẽ aliquid in Homeri olim Iliade
græca lingua elaborauit Demosthenes quidam genere Thracensis, & fer-
mẽ consimile in eodem opere latine admittit Laurentius Valla, & aliquot lo-
cis in Herodiano A. Politianus. Tertium intra iustum modum consistit, &
magis appendit fideliter sententiam, quã superstitione uerba adnumerat,
laudatils. profecto genus, ut quod & lectoribus gratum sit, & commode exer-
cendo ingenio cõfirmandoq̃ iudicio adhibeatur, neq̃ mediocrẽ secũ utilita-
tem adferat. Quartum & postremum misere uerbis alligatum est, & uocum
inhæret uestigijs, unde & nomen sumpsit, nunq̃ se solo tollens, nullum trã-
lationũ lumen inferens, nõ cõpositioni & numeris latino sermoni aptis intẽ-
dens, non aurium iudicio orationem accõmodans. In summa hoc illud ge-
nus est, quod comicus dixit, Ex græcis bonis latina facere non bona. ex his
priora duo genera in eadem quoq̃ lingua assumi possunt in usum. po-
teriora non nisi in diuersa. Hæc inquam interpretationum genera cum memo-
rentur apud ueteres, & necessarie horum aliquo uti oporteat eum, qui inter-
pretis munus implere, ac nomen mereri desiderat: ne quis de meo forte con-
silio erret: profiteor eam me rationem in Nouellis hifce uertẽdis secutum, &
ea mediocritate usum esse, ut cum fideliter sententiæ exprimendæ adhæse-
rim, neq̃ non pro meo captu gratioribus numeris effingendis diligentem
operam impenderim: interim tamen neq̃ secundum genus omnino refuge-
rim, neq̃ item quartum *κατὰ πόδας λεγόμενον* penitus aspernatus sim, præter-
tim si numeri numeris belle responderent, aut distinctionis argutia nume-
rorum inuersionem non pateretur. Certe si quid ad supplendam sententiam
inserui, quod rarissime factum est, neq̃ nisi postulante necessitate: curauì,
ut minusculis id literis describeretur, quo facilius ab his, quæ continentur in
græco, discerni posset. Quod ipsum identidem & in integris aliquot consti-
tutionibus, ac capitulis, & deniq̃ alijs obseruauì, quæ in græco defunt exem-
plari, uel quia haberi non potuerunt, uel quia alibi abrogata, aut clarius ma-
ioreue sub compendio constituta sunt in posterioribus, quæ planẽ regula
perpetua est in hoc opere, neq̃ unq̃ fallit. Eodem rursus consilio maiusculis
descriptæ sunt literis hæ, quæ (ut nonnullæ sunt) latine initio fuerunt editæ,
& in græco uel penitus defunt, uel paucis tantũmodo uerbis exprimitur sen-
tentiã. Neq̃ alligare me, & tam angustis circũscribere finibus potuit dicta
lex, II. C. de uet. iur. enucl. ut *κατὰ πόδας*, & uerbum uerbo redderem, posthabi-
ta sen-

ta sententia, prout aliquis adstruat: quãdoquidem de Pandectis illa in græ-
cam linguam transferẽdis (id, quod Thallelaeum antecessorem Iustiniãni etiã
annum ætate fecisse scimus) non de Nouellis loquatur ex græco transfun-
dendis in latinũ, quæ nondum per id tempus in rerũ natura erant: neq̃ ulla
postea eiusmodi lex de Nouellarum translatione prolata sit. Porro ne-
minem mouere debent, qui obganniunt, grauius peccari, quod ueterẽ & tot
seculis approbatam translationem obliterare studeamus: quod alio nomine
& ordine hæc constitutiones edamus, quã uulgò legantur in codicibus:
quod deniq̃ alias atq̃ alias constitutiones proferamus, quas in libris suis
ipsi non habeãt. Sed nã illi (quod idem poeta dicitur) faciunt intelligendo,
ut nihil intelligant. Ita ne aiunt peccari: in quem: in ipsos ne, an in alium
quempiam: an quia factõ nostro flagris digna ipsorum proditur socordia,
per quam factũ est, ut huius generis libri pulueribus oblitũ, perpetuũ & in-
terneciuum bellum cum blattis & tinceis gesserint: Recte autẽ, tot seculis ap-
probata, cum meliorẽ nõ habuerint. Quasi uero hoc nos agamus, ut præter
uoluntatem alicui nostra ingeramus, & de manibus excutiamus, quæ cuiq̃
placeant. Inuentis etiam frugibus olim exstiterũt, qui mallent glande uelsci,
quã pane ad usus humanos recens comparato. De nomine & ordine quod
dicunt, manifestam nobis faciũt iniuriam: cũ uetera & germana reuocemus
in consuetudinem, non noua excogitemus. Ecquis enim dubitat, eodem or-
dine, quo rebus ita ferentibus quæq̃ cõstitutio fuit edita, ita & fuisse in hoc
uolumen cõgestam, paucis admodum exceptis, quæ magistratuũ continent
officia: Nouellarũ autẽ nomen nouum nõ esse: nemo est, qui nesciat, uel me-
diocriter in iure ciuili uersatus: cũ ipse etiã Imperator in. III. cõstit. quæ præ-
fationis loco repetitã Codicis prælectioni præmittitur, hoc nomine in futu-
rũ id operis confirmet. Et Azo testetur, ex Nouellis in Collationes collectas
constitutiones, quæ hodie in scholis & iudicijs circũferant. Et ante trecentos
adhuc annos Nouellæ in usu sint habitæ, si non oēs, attamẽ pleræq̃, quæ ho-
die nõ exstant. Et ut de Accursio taceã, qui sæpe Collationarias illas in mul-
tis perobscuras ex Nouellarum contextu illustrare solet: passim in Docto-
ribus adducunt in testimoniũ, de adiutoribus Quæstoris, de appellationi-
bus ex Sicilia, de priuilegijs archiepiscoporũ, quæ alibi de ecclesiasticis cano-
nibus, item de Armenijs, in quã etiã Bartholus summulã conscripsit, de hæ-
reticis & testimonijs eorũ, quã alleg. gl. in l. qm̃ multi iud. C. eo. tit. rurſ. de
ordine sedendi, quæ in corpore Nouellarũ nostrarũ numeratur. cx xvi. cõ-
stit. iterum de priuilegijs Paphlagoniæ, de expensis, quæ fiunt circa defun-
ctorũ exequias, de naturalibus liberis curiæ deputandis, de donationibus à
curiali factis, & infinitis alijs, quas breuitatis causa recensere uerbosius super
sedeo. Ex quibus tamen pleræq̃ generales nõ sunt: tñ eas, ppter cognitionẽ
rerũ & exemplũ omiffas nõ oportuit. Sunt, qui in l. nõ plures. & l. qui sub
prætextu. C. de sacros. eccl. interpretantur Decanos pro clericis. quod neuti-
q̃ fecissent, si copiã Nouellarũ habuissent constitutionũ. idem possumus di-
cere de sexcentis alijs. Sed nimis longe abij. nam & negociorũ publicorum
multi

multitudo ac magnitudo, quibus diu noctuq; amplifs. ordo uefter, hac præfertim tēpestate obrutus est, nō patitur, ut uerbosius de his disputationē instituā: neq; huius loci, & tēporis, aut etiā propositi mei est, omīa in unū congerere. Si quādo dabit̄ ociū & occasio: nō grauabimur in cōmunem studioꝝ uſum exquisitiuſ de illis uerba facere. Animus erat in finē adijcere Feudorū cōſuetudines, quas ueteres appellare ſolebāt iura militiarū, & Imp. nominat̄ *πραΐείας*, eo uidelicet ordine, quo patrū memoria ad preces Bononiēſis collegij cōfirmatæ fuerūt à D. Fridericho III. Rom. Imp. Sed excluſi anguſtia tēporis, cogitata animi ad effectū deducere nō potuimus. Quæ etiā cauſa nos remorata eſt, ne generales præfectorū prætorio formas *περι ἐπιβολῶν*, hoc eſt de adiectionibus prædiorū, quarū mentio eſt tã in CXXVIII. nouel. cōſt. q̄ in I. Lucius Titius. in ſi. ff. ad municipalē, & *περὶ τοῦ πῶς δὲ εἰς μέλαθρ δὲ τῆς νομῆς*, id eſt, quomodo oporteat in poſſeſſionē mittere (nā & Præfectos prætorio ius condendarū formarū in proceſſu iudiciario habuiſſe, declarat I. forma. C. de off. præf. præt.) unā cū aliquot nouellis Alexij Comneni, Conſtanti Porphyrogenetæ, Michaēlis Duçæ filij, & aliorū Imperatorū, adiecerimus. Quāq; in his etiā alia ratio ſuberat, eo q̄ Iuſtiniani tantūmodo Nouellas edere conſtitueram. & præterea metuebam, ne illis edendis incurrerē in caninos calumniantiū rictus, qui me dentibus diſcerperent. Cæterū Apoſtolicos Canones, quos S. Clemens Petri in epiſcopatu ſucceſſor, quo ueluti amanuenſi uſus eſt etiā Paulus Apoſtolus, adijcere cōpulit neceſſitas: cū toties illorum mentionē introducat in nouell. Imperator, & ſecundū illos profiteat̄ ſe leges condere, prohibeat̄q; ne quis à cōmunionē arceatur præter Apoſtolicorū Canonum tenorem. Ex quibus omnibus & multis alijs clarū fit neceſſariā eſſe iuris conſulto horū cognitionē. In nullis autē libris latinis (quos equidem uiderim) exſtat perfectus illorū numerus, tametſi multoties in linguam latinā uerſi legantur. Inter cæteros uero à Dionyſio quodā ad Stephanum pontificē, precibus Laurentij fratris adducto, qui priſcæ translationis imperitia offendebatur. Sed quæ calamitas eos Romanis hominibus ademerit, non meū eſt dicere. Illos certe non audimus, qui ab hæreticis incerto authore compositos eſſe ſcripſerūt: quando ultra longæuam & conſtantem in eccleſia opinionem, ſancta etiā VI. Synodus, cum in controuerſiā denuo uocarentur, grauiffima ſentētia eos agnouerit, cuius ſynodi omnia capitula poſtea approbauit Hadrianus papa. ut de Iuſtiniano taceā, qui expreſſis uerbis eos Apoſtolis attribuit. Receptui canit excuſſor, ut plura in præſentia ſcribere nō liceat. Quod igitur ſupereſt, amplifs. patres, uehementer etiā atq; etiā oro, ut magnificentia ueſtra tum importatas hæc merces, hoc eſt labores noſtros benigno animo & hilari fronte ſuſcipiat: tum poſt longā laborioſamq; hæc nauigationē è maximis periculis quodāmodo reducem me ſibi commendatum habeat. Qua re uberrimos me fructus percepiffe putabo.

D I X I.

ΓΝΩΣΙΣ ΤΙΤΛΩΝ

ΤΑΙΣ ΕΚΑΣΤΟΤΕ ΝΕΡΑΤΙΣ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ
Βασιλέως ἐπιγραφέντων οἱ τάξι πῶλοζών.

- α. περι κληρονόμων, καὶ τῶ φαλκιδίου.
- β. περι τῶ μὴ ἐπιλέγεσθαι τὰς δευτέρου αἰώνου γυναῖκας, καὶ πῶδι ἄλλων κεφαλαίων.
- γ. περι τῶ ωρισμένων εἶν τὸν ἀριθμὸν τῶν κληρικῶν τῆς ἀγιοτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τῶν λοιπῶν ἀγιοτάτων ἐκκλησιῶν τῆς πανδυσταίμονος ταύτης πόλεως.
- δ. περι τῶ εὐδὲν δανείζοντα χροῖν κατὰ τῶν πρῶτον τῶν χροῶτων, καὶ οὐ δευτέρου τάξι ἀπορῶν τοῦτων δανείζοντων, κατὰ τῶν μανδατῶρων, καὶ τῶν ἀντιφωνητῶν, καὶ ἑγγυητῶν.
- ε. περι μοναστηρίων καὶ μοναχῶν, καὶ ἡγουμένων.
- ς. περι τῶ εὐδὲν ἀρχοντας χροῖς τῆς οἰαστῶ δόσεως γίνεσθαι.
- θ. ὄρκου διδόμενος παρὰ τῶν τὰς ἀρχὰς λαμβανόντων.
- ια. περι τῶν ἐφεδρονδερίων.
- ιβ. περι ἀθεματογραμῶν.
- ιγ. περι πραιτωρίων τῶ δήμου.
- ιδ. περι τῶ μὴ εἶναι πορνοδόσκουσ οὐ μὲν τὸ πῶ τῆς τῶν ἑωμελίων πολιτείας.
- ιε. περι τῶν ἐκδικῶν.
- ισ. περι τῶ εὐδὲν κληρικῶν ἢ ἐτῶρα ἐκκλησίας μετατίθεσθαι εἰς ἐτῶρα εἰς τὸν τῶν ἑλλιπόντων σατουτον ἀριθμὸν.
- ιζ. βαρκαγγέλιματα τῶν ἀρχόντων.
- ιη. εἴτε πῶ νόμιμον μοῖραν τῶν πῶιδων εἶναι, εἰ μὲν ἔτι μὲν πεισῶρων εἶναι οἱ πῶιδες, οὐγκίαισ πείσασα: εἰ δὲ ἄλλο τῶ πῶιδες εἶναι οἱ πῶιδες, οὐγκίαισ ἔξ. καὶ ὅτι ἢ ἀδικοῦσ οἱ φουσι-καὶ πῶιδες, γνῶσιαισ μὴ ἔσοῦσ γῶνῆς, δύο οὐγκίαισ λαμβανόμεναι τῶ πῶιδες, καὶ ὅτι ἢ ἐκ διαθήκης, καὶ ἢ ἀδικοῦσ ἀρμῶν ἢ σωφροσῶν, εἰ μὴ κωλύσει ἑτέρωσ ὁ διαθήκην. καὶ πῶδι διακρίσεως γνομῶν ἀρμῶν εἰς πῶιδες, καὶ πῶδι τῶ ἀρμῶν πῶιδων τῶ ἰδῶν συγγραφῶν, καὶ πῶδι ἢ πῶδι ἐτῶρων κεφαλαίων.
- ιθ. περι τῶν πῶ τῶν πῶικῶων συμβολαίων πῶιδων πῶιδων.
- κ. περι τῶν ἔσοῦσ πῶιδων ὀφθαλμῶν οἱ τοῖς σακροῖς τῶν ἐκκλησιῶν.
- κα. περι ἀρμῶν, ὡσεὶ οὐ τῶν οἱ πῶιδες ἑωμελίων ἀκολουεῖν νόμοι.
- κβ. περι ἑδῶ τῶρα μῶν.
- κγ. περι ἐκκλησιῶν.
- κδ. περι ἀρχόντων πῶιδας.
- κε. περι τῶ πραιτωρίων λυκαονίας.
- κς. περι τῶ πραιτωρίων θρακίας.
- κζ. περι τῶ κομνηνοῖσ ἰσαυρίας.
- κη. περι τῶ μωδεράτων ἑλενοσῶντου.
- κθ. περι τῶ πραιτωρίων φαλαγγίας.
- λ. περι τῶ ἀρμῶν κατὰ πῶιδας.
- λα. περι τῶ διακρίσεως τῶν πῶιδων ἀρμῶν ἀρμῶν.
- לב. περι τῶ μὲν δανείζοντα γαργῶ κῶρατῶν πῶιδων ἐκείνου γῶν, καὶ πῶσον ὀφείλοσ λαμβάνειν τῶν ἀρμῶν τῶν γαργῶν.
- λγ. περι τῶν δανείζοντων γαργῶν. πῶιδων.
- λδ. περι τῶν δανείζοντων γαργῶν.
- λε. περι τῶν βοηθῶν τῶ κῶρατῶν.
- λς. περι τῶν οἱ ἀφίκη διαδοχῶν.
- λζ. περι τῶν οἱ ἀφίκη ἐκκλησιῶν.
- λη. περι βουλυτῶν, ὡσεὶ οὐγκίαισ κατὰ λιμπάνειν τοῖς ἐκ τῶν βουλυτῶν πῶιδων.
- λθ. περι ἀποκαταστάσεως πῶικῶων καὶ πῶραμῶων πῶιδων, καὶ πῶδι τῶν πῶιδων οἱ τῶν οὐδέκατῶν.

Σφραγὶς τοῦ βασιλέως

*10 μιν 2-30
 Sessione*

INDEX TITVLORVM,

QVI SINGVLIS DN. IVSTINIANI SACRATISS. PRIN
cipis & Augusti nouellis Constitutionibus in hoc uolumine ar-
gumentorum loco præfixi sunt.

- 1 De Hæredibus & Falcidia.
- 2 Ne mulieres, quæ nuptias iterant, electionem habeant, in quem filiorum donationem ante nuptias conferant. de ceteris alijs capitulis.
- 3 Ut determinatus sit numerus clericorum sanctis. maioris ecclesiæ, neque non cæterarum sanctis. ecclesiarum huius augustis. urbis.
- 4 Ut creditores primum aggrediantur principales debitores, mox illis soluendo non existentibus, secundo loco mandatores etiam, aut constitutæ pecuniæ reos, aut fideiussores.
- 5 De monasterijs, & monachis, & eorum antistitibus.
- 6 Quomodo oporteat episcopos & cæteros clericos ad ordinationem perducere, & de expensis ecclesiarum.
- 7 De non alienandis, aut permutandis rebus ecclesiasticis immobilibus, aut in specialem hypothecam dandis creditoribus, sed ut sufficiant generales hypothecæ.
- 8 Ut Præsides absque ulla datione pecuniæ ad officia mittantur.
- 9 Iusurandum, quod præstari solet ab ijs, qui officia suscipiunt.
- 10 Ut ecclesia Romana centum annorum gaudeat præscriptione.
- 11 De referendarijs sacri palatii.
- 12 De incestis & nefarijs nuptijs.
- 13 De plebeijs prætoribus.
- 14 Ne quo in loco per imperium Romanum lenones sint.
- 15 De defensoribus ciuitatum.
- 16 Ut clerici ex una ecclesia in aliam transferantur ad supplendum deficientium statutum numerum.
- 17 Præcepta præsidum.
- 18 Ut si plures filij non sint, quam quatuor, legitima portio censeatur triens: si ultra quatuor, semis. Et ut naturales liberi, nulla existente prole legitima, unâ cum matre ab intestato sextantem accipiant. Et ut collatio tam ex testamento, quam ab intestato competat, nisi expressis uerbis testator id prohibeat. Et de diuisione bonorum in liberos facta à parentibus. & de eo, qui proprium chirographum inficiatur. de ceteris alijs capitulis.
- 19 De filijs ante dotalia instrumenta natis.
- 20 De officijs, quæ ministrant in sacris appellationibus.
- 21 De Armenijs, ut & ipsi per omnia Romanas sequantur leges.
- 22 De his, qui nuptias iterant.
- 23 De appellationibus.
- 24 De præside Pisidiæ.
- 25 De prætore Lyconiæ.
- 26 De prætore Thraciæ.
- 27 De comite Isauriæ.
- 28 De moderatore Helenoponti.
- 29 De prætore Paphlagoniæ.
- 30 De proconsule Cappadociæ.
- 31 De descriptione quatuor præsidum Armeniæ.
- 32 Ne quis mutuum dans agricolæ, terram eius teneat. item quam magnas usuras creditores ab agricolis debeant percipere.
- 33 De his, qui mutuum dant agricolis.
- 34 Ne quis quod agricolæ mutuam pecuniam dedit, illius terram detineat. & quem usurarum modum creditores accipere debent ab agricolis.
- 35 De adiutoribus Quæstoris.
- 36 De successoribus eorum, qui in Africa degunt.
- 37 De ecclesijs constitutis in Africa.

- 38 De decurionibus, ut filijs suis decurionibus dodrantem relinquunt.
- 39 De restitutione dotalium rerum & ad donationem ante nuptias pertinentium. Item de ea, quæ undecimo mense post obitum mariti parit.
- 41 Apud quem oporteat appellationes in quinq; prouincijs, Caria, Cypro, Cycladibus insulis, Mysia & Scythia interpositas examinari.
- 42 Vt Anthimus, Seuerus, Petrus, Zoras, & reliqui hæretici ecclesiastico gradu detrahantur.
- 43 De officinis siue tabernis Constantinopolitanæ urbis. & ut mille tantum & centum officinæ sacrosanctæ maioris ecclesiæ excusentur: omnes reliquæ, ad quemcunq; dominum pertineant, consueta obeant munia.
- 44 De tabellionibus, et ut protocolla relinquunt in chartis.
- 45 Ne ludæi, Samaritani, & Hæretici, per causam religionis & cultus sui curiali fortuna liberentur: sed cum curialibus muneribus subdantur, priuilegijs eorum non perfruantur. Item ut iidem possint contra orthodoxos, qui curiali fortunæ subditi sunt, testimonium dicere, ut qui præclare pro orthodoxa republica testimonium perhibeant.
- 46 De ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione & solutione.
- 47 Vt Imperatoris nomen in instrumentis & actis publicis præponatur, et ut tempora, quæ Latinis designantur literis, manifestius scribantur.
- 48 De iureiurando, quod moriens de modo sui patrimonij præstitit.
- 50 De reis, qui ingrediuntur ad expediendam appellationem, deq; instrumentis priuata manu conscriptis prolatis ab eo, qui cum agitur. Item de iuramento delationis, ut iuramento calumniæ connectatur, quod semel tantum pro omni probatione præstari solet.
- 51 Ne à mulieribus, quæ se prostituunt, fideiussor aut iusiurandum exigatur, quod hoc genus uitæ deserturæ non sint.
- 52 Ne personæ, uel rei, uel auri alterius pro altero oppignerationes fiât, sed oppigneratione oblatæ eius quadruplum restituatur. Item ne pro eo, qui uel percussit, uel alioqui damnum irrogauit, alius percutiatur, aut qualitercunq; damnum sentiat. Et ne donatio à priuato in Imperatorem facta iudice actorum publicorum confessione.
- 53 Vt qui prouincialem hominem extra territorium suum in ius producit, cautionem præbeat, quod nisi litem obtineat, præstaturus sit, quantum iudex eum, qui calumnia tentatus est, accipere statuerit. Item ut qui libellum suscipit, ad deliberandum, an iudicio disceptare uelit, aut datum tolerare iudicem, uiginti dierum spacium habeat. Præter ea quod qui post iuratoriæ cautionem in iudicio non comparet, omnem litem impensam debeat actori persolvere, & deinceps causam dicere datis fideiussoribus. Insuper de hypothecis militiarum, quæ ex casu uocantur, quæ personæ & quando hoc ius habeant. Postremo & de indotatis uxoribus, ut & ipse quartam partem in substantia uiri habeat, & item uir in substantia uxoris, quando inops est, qui superstes mansit.
- 54 Quod constitutio, quæ ex adscriptio & libera natos liberos esse uult: non his, qui ante, sed qui post constitutionem nati sunt, prosit. & ut uenerabilium domuum æconomum immobilium adinuicem rerum ecclesiasticarum commutationes faciant, decreto prius interposito, excepta ab hoc maiore ecclesia.
- 55 Vt de cætero cõmutationes ecclesiasticarum rerum non fictæ fiant ad pijsimum imperatorem, & hoc modo ad alias personas legitimas transeant res, sed hæc tantummodo fiant ad imperialem domum. & ut liceat perpetuas emphyteuses agi ab oratorijs in oratoria, decreto uidelicet interposito, excepta ab hoc maiore ecclesia: ne tamé in priuatam personam transeat emphyteusis.
- 56 Vt ea, quæ uocantur insinuatiua, super clericis in maiore quidem ecclesia dentur, in alijs autem ecclesijs penitus non dentur.
- 57 Vt in priuatis domibus sacra mysteria non fiant.
- 58 De clericis, qui à suis destiterunt ecclesijs. Item de his, qui oratoria ædificant.
- 59 De exequijs, quas fieri oporteat in defunctorum funerationibus.
- 60 Ne defuncti, seu reliquæ eorum à creditoribus afficiantur contumelia. & ne adseffores cognitionem causarum absq; iudicibus suscipiant.
- 61 Vt res immobiles donationis ante nuptias à marito, ne consentiente quidem uxore, uel pignori

- pignori obligari, uel omnino alienari liceat, nisi postea æque illi satisfieri possit. utq; eadē & in dote obtineant.
- 62 De consulationibus.
- 63 De nouis operibus contra prospectum in mare.
- 64 De hortulanis.
- 65 De his, quæ relicta sunt ecclesiæ Mysiæ.
- 66 Vt nouæ constitutiones post alios duos menses, quàm insinuatæ fuerint, obtineant. Item parcat his, qui subtilitatem constitutionum in testamentis non obseruant, relinquendo quadrantē, & hæredis nomē aut non inscribendo, aut non nuncupando.
- 67 Ne quis oratorium citra scientiã episcopi ædificet. & ut prius definiat, quæ ad curam & institutionem oratorij ædificandi necessaria futura sint. Et ne episcopi absint à suis ecclesijs, ac de alienatione immobilium rerum ecclesiasticarum.
- 68 Vt omnes prouinciarum magistratibus obtemperent, siue de criminibus, siue de pecunijs agatur. Et ut causæ illic examinentur, nemine prorsus exempto per aliquod priuilegium, absq; sacra pragmatica forma.
- 69 De decurionibus, ut accepta dignitate præfectoria, tunc demum curia liberetur, cum in actu positam acceperint.
- 71 Vt illustres in pecuniarijs omni modo per procuratores causas agant. cum uero de iniuria criminaliter agitur, duntaxat secundum priuilegium ipsis ad hoc concessum. Clarissimis autem tam per se, quàm per procuratores liceat pecuniarias causas agere.
- 72 Vt qui se res minorum obligatas habere perhibet, aut eis obligati sunt, penitus ad illorum gubernationem & tutelam non accedant. Et ut curatores nullo modo cessiones suscipiant aduersus eos, quorum curam gerunt, gesserunt. Et ut hæc generaliter in omni curatione ualeant, in quibus casibus leges curatores dari præcipiunt. Item de administratione pecuniarum illis competentium, & quando eas deponi oporteat, aut reditus ex eis comparari.
- 73 Quomodo instrumentis, quæ apud iudices insinuanda sunt, fidem apponere oporteat.
- 74 De liberis, quod eos oporteat uel legitimos, uel naturales intelligi, & de indotatis nuptijs.
- 75 Hæc constitutio interpretatur priorem constitutionem, quæ de his lata est, qui ingrediuntur monasteria, & substantias suas consecrât, & ex quo ipsam tpe ualere oporteat.
- 77 Vt qui contra naturam luxuriantur, & per deum adiurant, item blasphemias in deum ingerunt, afficiantur supplicio.
- 78 Ne libertini de cætero iure aureorum anulorum & restitutorum natalium opus habeant. Item ut dotalium instrumentorum confessio in libertinabus ipso etiam facto legitimas reddat nuptias, & suos patri filios. Si forte ea ancilla sit, ut & ipsa dotis confectio libera existat, & nuptiæ legitimæ, & ex ea progeniti filij patri sui sint.
- 79 Apud quos oporteat litigare monachos & ascetias.
- 80 De quæstore.
- 81 Constitutio, quæ per dignitates & episcopale munus filios liberat potestate patria.
- 82 De iudicibus, & ne cum iureiurando deligantur. Et ut iudices modis omnibus appellati ones suscipiant. Item ne iudices sacre alicui formæ, quæ lite pendente facta sit de hoc, quomodo litem decidi oporteat, attendant.
- 83 Vt clerici apud proprios episcopos primû conueniantur, & post hoc apud ciuiles iudices.
- 84 De consanguineis & uterinis fratribus.
- 85 De armis.
- 86 Vt præsides, qui interpellantis allegata audire differunt, compellantur id facere ab episcopis. Et ut si quis præsidem suspectum habet, in cognitione litis adhibeat societq; etiã ciuitatis episcopum. Item ut qui à præside offensionem patiuntur & iniuriam, adeant ea de re episcopum. Deq; alia cautela, quæ ab episcopis omnino corroborari, fieri uero debet à præsidibus.
- 87 De donatione mortis causa facta à decurionibus.
- 88 De deposito, & arrestatione ad inquilinos facta, itē de suspensione erogationis panu ciuiliu.
- 89 De naturalibus liberis.
- 90 De testibus

- 91 **Vt prima & secunda dotis exactione instante, nempe uiro ad secundas digresso nuptias, prior uxor, aut ex priore matrimonio suscepti liberi praeratur.** Vtq; si uxor, aut is, qui dotem pro ea conscripsit, in dotem conscripta tradere uoluerit, & maritus ea suscipere differat: soluto matrimonio nihilominus ab eo per ipsum conscripta exigatur donatio ante nuptias. Et ne donatione ante nuptias praestet, qui quominus dotem acciperet, in causa non fuit.
- 92 De immensis donationibus collatis in filios.
- 93 De appellationibus, ut si mora apud appellationis iudicem causa, litigatores ad arbitros deueniant, intereaq; temporis biennium decurrat, & contingat denuo causam ad appellationis redire iudicem: ne biennij decursus obijciatur.
- 94 **Vt sine ullo impedimento matres filiorum tutelam suscipiant, licet eos sibi habeant obnoxios, aut etiam ipsae illis obnoxiae sint, quamuis iusiurandum non praesent, quod nuptias iteraturae non sint.**
- 95 **Vt magistratus a deposita administratione quinquaginta dies commorentur in suis prouincijs, siue militarem, siue ciuilem functionem gesserint.**
- 96 De executoribus, & his, qui conueniuntur & reconueniuntur.
- 97 De aequalitate dotis & donationis ante nuptias. habet autem & alia capitula.
- 98 **Ne uir ex dote, aut mulier ex donatione ante nuptias proueniens lucrum proprietatis in re teneant, sed conseruet dominium filijs suis: uel si ad secundas nuptias non ueniant, in lucro solum usumfructum obtinentes.** Et ut qui diuortio matrimonium dirimunt, si dotem aut ante nuptias donationem lucratur, similiter & ipsi dominium filijs conseruet: persona, quae usumfructum habet, cogenda filios alere. Si uero bona gratia soluat matrimonium, & uideantur quaedam occasione damni dati detenta esse: ut hac arte perempta, ea, quae detinentur, reseruentur filijs.
- 99 De duobus reis promittendi, qui uice mutua fideiussores accepti sunt.
- 100 De tempore non numeratae dotalis pecuniae.
- 101 De decurionibus.
- 102 De moderatore Arabiae.
- 103 De proconsule Palaestinae.
- 104 De praetore Siciliae.
- 105 De Consulibus.
- 107 De extremis uoluntatibus, & bonorum in filios diuisionibus.
- 108 De restitutionibus.
- 109 De mulieribus fide haereticis.
- 110 De usuris nauticis.
- 111 De tempore actionum, quae factis locis competunt.
- 112 De litigiosis, & de cautione, quae ante reorum citationem praestari debet ab actoribus, & quando actor priuilegio uti nequeat, quod inuitus agere non compellatur.
- 113 **Ne in medio litis fiant sacrae formae, aut sacrae iussiones, sed secundum generales leges causae decidentur.** Et ut praesens constitutio ante personarum in iudicio confirmationem inferatur actis iudicialibus.
- 114 De sacris iussionibus.
- 115 **Constitutio sex habet Capitula.** 1 **Vt cum de appellationibus, & retractationibus, & relationibus iudicum cognoscitur, secundum illas leges controuersiae decidentur, quae tempore latae sententiae & suggestionis obtinebant, non quae postea promulgatae sunt.** 2 **Si altera litigantium pars renunciet se allegationibus contentam fore, altera uero differat, quasi non contenta: iudex dato unius, & item alterius, & tertij mensis dilatione. his aut praeteritis non amplius expectato, sed proferto sententia.** 3 **Quae causae ingratitudinis rationabiliter filijs obijci possunt a parentibus.** 4 **Quae rursus causae ingratitudinis rationabiliter possunt parentibus obijci a filijs.** 5 **Vt lugetes, & qui genere illis proximi sunt, nulla de causa intra nonum diem praehendant, uocenturq; in ius.** 6 **De constituta pecuniae obligatione & sponsionibus, si quis ita pecuniam constituat aut sponte, SATIS TIBI FACIO: aut SATIS TIBI FIET A ME, ET HOC ET ILLO: aut SATIS TIBI FIET A ME, AVT HOC, AVT ILLO.**
- 116 De militibus.

- 117 De diuersis capitulis, & solutione matrimoniorum.
- 118 Iura adgnationis & cognationis tollit, & praescribit successiones ab intestato.
- 119 **Vt donatio propter nuptias specialis contractus sit, & de alijs capitulis.**
- 120 De alienatione, & emphyteuli rerum ecclesiasticarum.
- 121 **Vt particulares usurarum solutiones in duplum computentur.**
- 122 Edictum de formula artificum.
- 123 De ecclesiasticis diuersis capitulis.
- 124 De litigatoribus, et de sportulis, & ut quae iubentur, referendarij compleant, neq; se causae immisceant, & per se exsequantur.
- 225 De iudicibus.
- 126 Exemplum sacrae formae de appellationibus.
- 127 **Vt fratrum filij succedant pariter ad imitationem fratrum, ascendentibus etiam exstantibus. & ut mulieres non insinuata antenuptiali donatione non laedantur: non insinuans autem uir, et si competat nuptiale lucrum, eo non fruatur. & rursus ut mulieres non secundo nubentes, dominae sint partis sponsaliciae largitatis, quantum pars facit unus filij: & ut similes sint poenae utriusq; sexus, dum sine causa rationabili repudiu mittit.**
- 128 De publicis tributis expediendis, & soluendis, neq; non alijs capitulis.
- 129 De transitu militum.
- 130 De usuris nauticis.
- 131 De ecclesiasticis canonibus, & priuilegijs, quae sacrosanctas respiciunt ecclesias.
- 132 Edictum de fide.
- 133 De monachis, & ascetibus, & eorum conuersatione.
- 134 De uicarijs, seu locum tenentibus. Item de mulieribus adulterium committentibus, & alijs capitulis.
- 135 Ne quis cogatur bonis cedere.
- 136 De argentariorum contractibus.
- 138 De interpretatione a principe facta. Et ut usurae particulatim solutae duplum fortis non excedant.
- 139 Remissio poenae illicite contractuum nuptiarum.
- 141 Edictum de his, qui luxuriantur contra naturam.
- 142 De his, qui eunuchos faciunt.
- 143 De muliere raptum passa.
- 144 De Samaritanis.
- 145 **Vt nullam de caetero licentiam dux aliquis, aut cohibendis uolentijs praepositus habeat ad utranq; Phrygiam accedendi, aut quosdam sibi coniunctos eo dirigendi, ut aliquos comprehendant. Sed neq; earum prouinciarum incolae ad eos, qui tales magistratus in Lycaonia & item Lydia gerunt, decurrant, apudq; ipsos contra aliquos querelam instituant: cum ciuiles magistratus abunde sufficiant ad huiusmodi emergentes casus persequendos.**
- 146 De Hebraeis, quomodo oporteat eos scripturas legere.
- 147 **Vt ea, quae praefectis, aut largitionibus, aut rebus priuatis, aut sacro patrimonio debentur in reliquis, in quacumq; specie usq; ad praeteritam septimam indictionem & ipsam indulgeantur.**
- 148 De indulgentia tributariorum reliquorum.
- 150 De ea, quae raptori suo nubit.
- 151 **Ne decurio, aut cohortalis perducatur in ius, sistaturue iudicio citra iussionem principis, quae insinuetur praefectis.**
- 152 **Ne sacrae formae, quae de causis procedunt publicis, aliter robur accipiant, quam gloriosiss. praetoriorum praefectis insinuatae sint, uel fuerint, illicq; habeantur ratae.**
- 153 De infantibus expositis.
- 154 De his, qui in Odroena illicitas contrahunt nuptias.
- 155 **Vt matres etiam tutelae rationibus obnoxiae sint.**
- 156 De prole partienda inter rusticos.

- 157 De rusticis, qui in alienis prædijs nuptias contrahunt.
 158 Vt deliberandi ius etiam ad impuberes transmittatur.
 159 Vt restitutiones fideicommissi usq; ad unum gradum consistant.
 160 Exemplum sacre pragmaticæ formæ de usuris.
 161 De prouinciarum præsidibus.
 162 Sacra forma transmissa Dominico gloriosiss. prætoriorum Illyricianorū præfecto, de diuersis capitulis.
 163 De releuatione tributorum publicorum.
 164 De hæredibus.
 165 Generalis forma de prospectu in mare. scripta Dominico gloriosiss. prætoriorum præfecto.

Titulorum finis.

REPERTORIUM NOVELLARUM CONSTITUTIONUM SECUNDUM LITERARUM ORDINEM, prout uulgò allegantur ex editione uetere.

| | |
|--|--|
| A | F |
| Adminiſtrantibus officia in ſacris ap- lationibus. Conſtit. 20 | Fideiuſſoribus & mandatoribus. Con. 4 |
| Adminiſtratoribus. Conſtit. 95 | Filijs ante dotal. inſtru. natis. Conſt. 19 |
| Alienatione & emphyteuſi etc. Conſt. 120 | H |
| Appellationibus. Conſt. 93 | Hæc conſtitutio interpretatur priorem conſtitutionem. Conſtit. 75 |
| Appellationibus, & intra quæ temp. etc. C. 23 | Hæc conſt. innouat conſtitutionem. con. 111 |
| Apud quos oporteat cauſas dicere. Con. 79 | Hæredibus ab inſtato uenientib. cõſt. 118 |
| Armis. Conſtit. 83 | Hæredibus & Falcidia. Conſt. 1 |
| C | His, qui ingrediuntur ad appellat. con. 50 |
| Collatoribus & alijs capit. Conſt. 128 | I |
| Conſanguineis & uterinis fratrib. c. 84 | Immensis donationibus. Conſtit. 92 |
| Conſtit. quæ de dignitatibus. &c. con. 81 | In medio litis non fieri ſacras. conſt. 113 |
| Conſtit. quæ ex adſcriptione. &c. con. 54 | Inceſtis & nefarijs nuptijs. Conſt. 12 |
| Conſulibus. conſtit. 105 | Inſtrumentorum cautela & fide. conſt. 73 |
| D | Interdictis collegijs hæreticorū. con. 132 |
| Deſenſoribus ciuitatum. Conſt. 15 | Iudicibus, & ut nullatenus cum iureiurando eligantur. Conſtit. 82 |
| Depoſito & denunciatione inquilino rum. Conſtit. 88 | Iuſiurandum, quod præſtatur ab his. con. 9 |
| Duobus reis promittendi. conſt. 99 | Iureiurando à moriente præſtato. Conſt. 48 |
| E | L |
| Eccleſiaſticis titulis. Conſt. 131 | Lenonibus. Conſtit. 14 |
| Eccleſiaſticarū alienatione. conſt. 46 | Litigioſis, & decima parte litis. con. 112 |
| Aequalitate dotis & propter nupt. donati- onis. Conſtit. 97 | M |
| Executoribus, & de his, qui conueniuntur, & reconueniuntur. Conſtit. 96 | Mandatis principum. Conſtit. 17 |
| Exhibendis & introducendis reis. con. 53 | Menſura ordinandorum clericorum. Conſtit. 16 |
| | Monachis. Conſtit. 5 |

| | |
|--|---|
| N | V |
| Nauticis uſuris. Conſtit. 110 | Vt cū de appellation. cognoscit. conſt. 118 |
| Neq; uirum, quod ex dote eſt. con. 98 | Vt de cætero commutationes rerū eccleſiaſti- carum non fortuitæ ſiant. conſt. 55 |
| Non alienandis aut permutandis rebus eccle- ſiaſticis. Conſtit. 7 | Vt deſuncti ſeu funera eorū &c. Conſt. 60 |
| Non eligendo ſecundo nubentes mulieres. Conſtit. 2 | Vt determinatus ſit numerus clericorum. Conſtit. 3 |
| Noui operis nunciacion. maritimi aſpectus. Conſtit. 63 | Vt differentes iudices etc. conſt. 86 |
| Nullum credentem agricolæ etc. conſt. 34 | Vt diuinæ iuſſiones ſubſcriptione habeant. Conſtit. 114 |
| Nuptijs. Conſtit. 22 | Vt ea, quæ uocantur inſinuatiua. conſt. 57 |
| P | Vt eccleſia Romana centum annorum gau- deat præſcriptione. conſt. 10 |
| Priuilegijs dotis hæreticis mulierib; nõ præſtandis. Conſtit. 109 | Vt exaſtiõe inſtante dotis primæ etc. con. 91 |
| Q | Vt factæ nouæ conſtitutiones. Conſt. 66 |
| Quæſtore. Conſtit. 80 | Vt fratrum filij ſuccedant etc. conſt. 127 |
| Quibus modis naturales efficiuntur ſui. Conſtit. 74 | Vt hi, qui obligatas ſe habere perhibent etc. Conſtit. 92 |
| Quibus modis naturales filij efficiuntur legi- timi. Conſtit. 89 | Vt immobilia ante nuptialis donationis etc. Conſtit. 61 |
| Quomodo oporteat episcopos & cæteros cle- ricos ad ordinationes perduc. con. 6 | Vt in priuatis domibus ſacra myſteria non ſi- ant. conſt. 57 |
| R | Vt iudices non expectent ſacras iuſſiones. Conſtit. 125 |
| Raptis mulieribus, quæ raptori nubunt. Conſtit. 143 | Vt iudices ſine quoq; ſuffrag. ſiant. conſt. 8 |
| Referendarijs ſacri palatij. Conſt. 11 | Vt liberti de cætero aureo non indigeant aut lo. Conſtit. 78 |
| Reſtitutione fideicommiſſi. conſt. 159 | Vt liceat matri & auia &c. conſt. 117 |
| Reſtitutionibus. Conſtit. 108 | Vt litigates iurent in exordio litis. cõſt. 124 |
| Reſtitutionibus, & ea, quæ parit in undecimo meſe. conſt. 39 | Vt neq; miles, neq; fœderatus. conſt. 116 |
| S | Vt nõ ſiant pignorationes pro alijs perſonis. Conſtit. 52 |
| Sanctis. episcopis, & de deo amabilib. & re- uerēdis clericis, & monachis. con. 123 | Vt non luxurientur contra naturam. C. 77 |
| Scenicas non ſolum ſi fideiuſſores præſent. Conſtit. 51 | Vt nullus fabricet oratorij domos. conſt. 67 |
| T | Vt nullus mutuans agricolæ, teneat eius ter- ram. conſtit. 33 |
| TAbellionibus etc. Conſtit. 44 | Vt nulli iudicum liceat habere loci ſeruato- rem. conſt. 134 |
| Tempore nõ ſolutæ pecuniæ ſuper do- te. Conſtit. 100 | Vt omnes obeſiant iudicib. prouinc. con. 68 |
| Teſtibus. Conſtit. 90 | Vt ordinaria præfecturæ etc. conſt. 69 |
| Teſtamentis imperfectis. con. 107 | Vt præponatur nomen Imperatoris docu- mentis. Conſtit. 47 |
| Triente & ſemiſſe. Conſt. 18 | Vt ſine prohibitione matres etc. conſt. 94 |
| V | Vt ſponſalicia largitas ſpecialis ſit contra- ctus. Conſtit. 119 |
| Suris nauticis. Conſtit. 130 | |
| Vt ab illuſtrib. & qui ſuper eâ dignitatē ſunt, omnimodo etc. Conſtit. 71 | |
| Vt clerici apud proprios episcopos. conſt. 83 | |
| Vt clerici, qui recedunt alijs pro eis ſubroga- tis etc. Conſtit. 58 | |

FINIS.

Ἀπὸ τῶν ἀρχόντων σκυθίας οὕτως. τοῖς ποδὶ βλεπέοις χεῖραυ χερσὶν ἰσὶ τῶν θεῶν κυβικλή-
 ου. (κκ). θ΄. τῶν περιμικρῶ τῶν λαμπροτάτων κριβουσιων νοταείων, (κκ). ιε΄. τῶν αὐτῶν βοκθῶ, (κκ). γ΄.
 τῆ τάξιν τῶν οἰδοξοτάτων ἑσπάρχων ἑσπάρχου γαλατίας, (κκ). λς΄. Παρὰ ἐπιπέσις πολεως ἐκ-
 δικου, εἰ μὴ εἴη μικροπόλεως, ἑσπάρχου γαλατίας εἰς τὰ τῶν οἰδοξοτάτων ἑσπάρχων διδοδῶ, (κκ).
 δ΄. εἰ δὲ ἄλλης πολεως, (κκ). γ΄. καὶ πρὸ ταῦτα μηδὲν οὐδὲ γὰρ εὐδὲ ἐκδικεῖται οὐτε διδοδῶ τοῖς ἀρχιδῶν.
 οὐδὲ ἐπὶ τῶν ἑσπάρχων, οὐδὲ λαμβανέας βουλομεθα, παλὼ ἐμὴ πινθὸ εἰσὶν αὐτοῖς ἐκ τῶ δημοσίου παρεχό-
 μιαι σωθήσεται: εἰδοτῶν αὐτῶν, ὡς εἰ μινυθείη τῶ ἡμετέρῳ κράτει ποδὶ πινος αὐτῶν, ὅτι παραβαίνει
 τῶ παρὲ ἡμῶν δεσποδέντων: καὶ ὁ πῶρ ἐλαβεν, εἰς τὴν ἑσπάρχου ἀποδώσει, καὶ τῆς φοντίδος παραλυ-
 θεῖσις ἕξορῶν οἰκίσει δίλωκεν: ὅσπερ καὶ οἱ τῶν ἐπαρχιδῶν ἀρχόντες, εἰ εὐδὲ παραμελήσονται, καὶ
 εὐδὲ ἐκδικεῖται ποδὶ ἰδῶν κλέπτοντας, οὐκ ἐλάθηονα καὶ αὐτοὶ ποινῶν ἑσπάρχου.



ΜΝΥΜΙ ἐγὼ τὸν θεὸν τὸν παντοκράτορα καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἰησοῦν χριστὸν
 τὸν θεὸν ἡμῶν, καὶ τὸ ἄγιον πνεῦμα, καὶ τὴν ἀγίαν ἑσπάρχου δεσπότην καὶ αἰεὶ πατρὸς
 νον μαρίαν, καὶ τὰ τέσσαρα ἀγγέλια, ἃ ἐν ταῖς χερσὶ μου κρατῶ, καὶ εὐδὲ ἀγίως
 ἀρχαγγέλω μιχαήλ ὁ γαβριήλ, ὅτι καθάρων σωθήσεται, καὶ γενναίαν δουλίαν φυ-
 λάξω τοῖς θεοτάτοις καὶ δισεβασταῖς ἡμῶν δεσπότης ἰουστινιανῶς ἑσπάρχου τῆ
 ὁμοζύγῳ τῶ αὐτοῦ κρατῶσι προφάσει τῆς διδύμωνος μοι παρὰ τῆς αὐτῶν δισεβασταῖς ἀρχῆς. ἑσπάρ-
 χου καὶ ἡμῶν μετὰ θηνοῖσιν ἀδελφοῖς καὶ δὲ γὰρ τέχνης ἑσπάρχου ἀναδέξομαι ἡδὲ τῆ δεισιπῆ μοι
 παρὲ αὐτῶν ἀρχῆς ἑσπάρχου τῆς αὐτῶν βασιλείας καὶ ἐσπάρχου τῆς ἀγίας τῆ
 θεοῦ καθολικῆς ἑσπάρχου ἐκκλησίας, καὶ κατὰ οὐδὲνα χρόνον ἢ χρόνον ἐναντιωθῶ αὐτῆ, οὐδὲ
 ἄλλῳ ἑσπάρχου συγχρησθῶ, καθόσον διωμάτως ἔχω. ὁ μινυμὲ δὲ εὐδὲ αὐτοῖς ὅρκους, ὡς οὐδὲνί παντελῶς,
 οὐτε δέδωκα, οὐτε δώσω προφάσει τῆς διδύμωνος μοι ἀρχῆς, οὐτε προφάσει προσασιασῶ, οὐδὲ ἐπιγυ-
 λάμνω, οὐτε ὡμολογήσω ἐκ τῆς ἐπαρχίας πέμπειν, οὐδὲ πέμψω, οὐτε προφάσει δεσποτικῶν διδο-
 μῶν χρεῖν ὠφραγῶν, καὶ βοκθείας, καὶ ἑσπάρχου τῆς αὐτῶν οἰδοξοτάτοις ἑσπάρχοις, οὐτε τοῖς
 ἄλλοις πανδηφίμοις ἀποφάσει τοῖς τὰς ἀρχαίς ἔχουσιν, οὐτε τοῖς ποδὶ αὐτοῖς καθεστῶσιν, οὐδὲ ἄλλῳ
 τῶν πάντων οὐδὲνί: ἀλλ' ὡσπερ ἡμῶν παρὲ λαβὸν τὴν ἀρχὴν, οὕτως καὶ καθάρως φαίνομαι ποδὶ
 εὐδὲ ἑσπάρχου τῶν δισεβασταῖς ἡμῶν δεσποτῶν, ἀρκυμένῳ ταῖς ἀφαιρεσίμοις καὶ ἐκ δημοσίου
 στήσεται, καὶ πρῶτον μὲν πάντων ἐπιπέσις ἑσπάρχου τῶ τοῖς δημοσίοις προσέχων, ἑσπάρχου μὲν ἀνω-
 μονοῦται καὶ δεομῶσιν ἀνάγκης, μετὰ πάσης ἐσπάρχου τῆς σφοδρότητος, οὐδὲ ἑσπάρχου κινῶν
 οὐδὲ ἑσπάρχου αὐτοῦ τοῦ κέρδους πανταπασιν ἐνοῶν, καὶ πρὸς χρεῖν, καὶ πρὸς ἀπέχθειαν ἀπειτῶν πινῶ
 παρὰ τὸ προσηκόν, καὶ συγχρησθῶ πινῶ. τοῖς θιγνομονοῦσι δὲ πατερικῶς προσηκῶσιν, καὶ εὐδὲ
 ἑσπάρχου τῶν δισεβασταῖς ἡμῶν δεσποτῶν ἀνεπρεάστω πανταχόθεν, ὅσον διωμάτως ἔχω, φυ-
 λάξω, καὶ ἴσως ἐν ταῖς δίκαις ἐκατέρῳ μέρει, καὶ ἐν ταῖς δημοτικαῖς καταστάσει γινόμενῳ, καὶ οὐ-
 δὲνί μέρει παρὰ τὸ δίκαιον προσηκῶσιν. ἀλλ' ἐσπάρχου ἐσπάρχου μοι παρὰ τοῖς ἀμῆρταινοῖσι, ἑσπάρχου
 ἰσότητα φυλάξω, καὶ κατὰ τὸ φαίνόμενον μοι δίκαιον, καὶ εὐδὲ μὲν ἀνθυθύνουσι ἑσπάρχου ἐσπάρχου φυ-
 λάξω, τοῖς δὲ ἑσπάρχου ἐπιπέσις ἑσπάρχου πρὸς τὸν νόμον, ἑσπάρχου δίκαιον (καθὰ εἰρη-
 ται) οὐτε τοῖς δημοσίοις, οὐτε τοῖς ἰδιωτικοῖς (μικρογάμοισιν αὐτῶν διατηρήσω, καὶ ἐὰν δέρω τὸ δημό-
 σιον ἀδίκησιν μὲν. καὶ οὐκ ἐγὼ μόνος ταῦτα προσηκῶ, ἀλλὰ καὶ τὸν αἰεὶ μοι παρεσθῶντα τοῖον τὸν σπου-
 δαῖον παρὰ λαβῆν, καὶ εὐδὲ ποδὶ ἐμὲ πάντας, ὡς ἐμὲ μόνον καθάρωσιν, εὐδὲ ποδὶ ἐμὲ κλέπτην καὶ
 ἀμῆρταινῶν. εἰ δὲ δέρεθῆ τις ποδὶ ἐμὲ τοιοῦτος: καὶ τὸ γινόμενον παρὲ αὐτοῦ δεραπύσω, καὶ αὐτὸν ἀφ-
 διώξω, εἰ δὲ μὴ ταῦτα πάντα οὕτω φυλάξω: ἀπολαύσω οὐταῦτα. ἑσπάρχου οὐ τῶ μέλλοντι αἰῶνι ἐν τῆ φο-
 βερῶ κίσει τῶ μεγάλου δεσποτου θεοῦ καὶ ἑσπάρχου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ ἐξω μέρει τῶ ἰούδα, ἑσπάρχου
 τὴν λέπειν τῶ γαλιλῆ, καὶ τὸν ἑσπάρχου τῶ καὶν, πρὸς τῶ καὶ ταῖς ἐπιπέσις τῶ νόμου τῆς αὐτῶν δισε-
 βασταῖς ποδὶ χρεῖν ἑσπάρχου εἶναι.

* λέπει *

ἀντοκράτωρ ἰουστινιανῶς αὐγούστος ἐρμολῆ τῶ οἰδοξοτάτω μοναζῶ τῶν
 θεῶν ὀφθαλμῶν ἀφ' ἑσπάρχου καὶ πατρικῶν.



ΕΤΑ τῶν ἄλλων ἀπάντων, ἀπὸ εἰς τῶν ἡγεμονῶν τῶν προσηκῶσιν, οὐδὲ τὸ ποδὶ
 εὐδὲ ποδὶ βλεπέοις ἡμῶν ἐσπάρχου ἀρχαίων ἐξω καθεστῶσιν ἐπιπέσις τῆς παρὲ ἡ-
 μῶν προνοίας: ἑσπάρχου τῶ μαλῶν, ὅσπερ ἑσπάρχου ἡμῶν χρονοδέσποτοι καθεστῶσιν.
 πρῶτον γὰρ αὐτοῖς οὐκ εἰς τῶν ἡγεμονῶν σιωπηλαίνοισι, ἡμῶν, ὅσπερ ἑσπάρχου πολλοῖς δι' αὐ-
 τῶν βοκθῶν μιν, τὰς ἐκάστων ἐσπάρχου αἰτήσεις καθεστῶσιν, καὶ εὐδὲ εἶναι τῶν ἐμπε-
 ρῶν ἐπιπέσις. ἀλλ' ἐφαίνονται πινθὸ τῶ ἡμετέρῳ ἐσπάρχου ἐπιπέσις ἐκκαλῶν μιν, καὶ
 πολλοῖς μὲν ἡμῶν ἐπιπέσις δεομῶσιν, πολλοῖς δὲ ἑσπάρχου χρονοδέσποτοι, οὕτω τε αἰεὶ ταῖς προση-
 κῶσιν εἰς ἀμῆρταιν οὐ προσηκῶσιν ἑσπάρχου οὕτως ἐξορίζοντες τὸ σμῆνον. οὐδὲ γὰρ τοῖς αὐτοῖσι γέρονε
 πρῶτον, ὡς εἰς τεσσερεσκαίδεκατον ὁ τούτων ἀριθμὸς ἐξέτι. εὐδὲ εὐδὲ τῶν τῶν ὅσπερ ἑσπάρχου εἰ-
 κότως ἡμῶν ἐπιπέσις, εἴτα εἰς τῶν ἡγεμονῶν τῆς οἰκείας ἐσπάρχου ἐπιπέσις: (μινυμὲν
 ἑσπάρχου τῶν αὐτῶν ἀριθμὸν ποδὶ εἰς τῶν ἐσπάρχου, οὐχ ὡς εὐδὲ ὄντας ἀφελῶσιν τῶν δεομῶσιν (οὐ γὰρ
 εὐδὲ βασιλικῆς ἰδῶν μετὰ λαφύσων) ἀλλ' ὡς πάντων ἀφελῶσιν ἡμῶν, ἑσπάρχου ἑσπάρχου ἐπιπέσις.
 μινυμὲν, ἑξω ἑσπάρχου ἑσπάρχου τῶν καθεστῶσιν τῆς ἡμετέρῳ ἑσπάρχου, οὐδὲνί παντελῶς αἰετῶσιν ἑσπάρχου
 πινῶ, ἀλλὰ μινυμὲν αὐτοῖς δεσποτικῶν, καὶ ὁ πῶρ ἐσπάρχου ἑσπάρχου, μινυμὲν δὲ προσηκῶσιν πανταπασιν, ὡς αἰ-
 εἰς οὐτῶ ἀνδρῶν τῶ τούτων πινθὸν μέρων, ὡς αὐτοῖς δίλωκεν, ὡς αἰετῶσιν, τῶ μὲν ἀριθμῶ
 τούτου κατ' οὐδὲνα χρόνον ἢ χρόνον αὐξουμένῳ, ἀπερὲν τῶν δὲ αὐτῶν δίλωκεν, ἀλλὰ ἑσπάρχου ἑσπάρ-
 χου μινυμὲν ταῖς ποδὶ ἡμῶν ἑσπάρχου βασιλείαν δεραπύσιν τε καὶ θηνοῖσι, οὐδὲνί ἑσπάρχου ἑσπάρχου,
 οὐδὲ αἰετῶν τῶ τῶ λαίπυ τοιοῦτον: ἀλλὰ γινώσκοντες, ὡς οὐτε πινθὸ τῶν αὐτομῶν, ἑσπάρχου τῶ τῆς
 αἰτήσας ὡς τῆς οὐ μόνον ὄνοχος ἐσπάρχου τῶν χρονοδέσποτων λιβῶν δέσιν, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκείας ἐπιπέσις
 ἐσπάρχου. βουλομῶσιν γὰρ αὐτοῖς ἐν μέρει μὲν ἀρχῆς τῶ ἑσπάρχου ἀριθμῶ (μινυμὲν εὐδὲ, δικαιοσύνη δὲ
 ἑσπάρχου ταῖς ἄλλοις ἀρεταῖς αἰετῶν τε καὶ ἡδὲ μέρει δὲ διαφαίνεσθαι. εὐδὲ κατ' ἀριθμὸν τῶν ἡγεμονῶν οὐδὲν
 ἐσπάρχου σμῆνον, ἐπιπέσις πρὸς οὐ ὀλίγοις ἐκ τῶν ἡγεμονῶν ὡς ἀφελῶσιν ταῖς ἐσπάρχου μινυμὲν οὐ
 (καθὰ πρὸς ἐπιπέσις ἐσπάρχου) νῦν ἡδὲ τούτου τῶ ἑσπάρχου. ταῦτα δὲ ἡσπάρχου ἑσπάρχου γινώσκοντες,
 φυλαχέτω, κατὰ μινυμὲν καθεστῶσιν παραβαθῶσιν συγχρησθῶσιν τῶν παρὲ ἡμῶν δεσποδέντων, ὡς
 εὐδὲ παρὰ ταῦτα ἡσπάρχου τῶν ἐσπάρχου τῶν ἐσπάρχου τῶν ποινῶν, οἷα τῶν τῶν ἐσπάρχου, ἀπὸ οὐδὲ
 αἰετῶν ἐξέσιν, οὐδὲ δίδωσιν δίλωκεν. καὶ ἐσπάρχου ὡς οὐτος ὁ νόμος ἡμετέρῳ τῶν ἡγεμονῶν ἀποδύμενος, αἰ-
 τεσπάρχου δὲ ἀφελῶσιν, ἡσπάρχου οὐκ οὐ πολλοῖς διαφαίνεσθαι, καὶ μάλιστα ἐν ἀφελῶσιν, πρὸς τῶν ἡγεμονῶν
 ἐκ πατέρων ἀρχαίων, τῶν δὲ αὐτῶν εἶον ἀφελῶσιν ταῖς τῶν δεομῶσιν ἑσπάρχου, ταῖς τε παρὲ
 ἡμῶν εἰς αὐτοῖς ἐπιπέσις. τὰ τῶν τῶν ἡμῶν, ἑσπάρχου τῶν τῶν θεῶν διγῶν μινυμὲν ἡμῶν, ἡσπάρχου
 ἑσπάρχου ἑσπάρχου καὶ πρῶτον παραδύσιν ἀπερὲν τῶ.

ἀντοκράτωρ ἰουστινιανῶς αὐγούστος φλαχῶ τῶ οἰδοξοτάτω κόμητι
 τῶν πανταχῶν θεῶν ἑσπάρχου.



ΤΟΤΣ ἑσπάρχου τῶν ἀδεμτῶν ἐμπερὲν γάμον γερομῶσιν ἑσπάρχου τῶν βασιλικῶν
 κέτων νόμοισι οὐκ ἐπιπέσις ἔχων ἡσπάρχου, οἷπῶρ εὐδὲ μὲν ἀδεμτῶν συμβάλλοντες
 γάμοισι ἀπμωρήτωσιν εἰσὶ. τῶ δὲ ἑσπάρχου τῶν προσηκῶσιν ἑσπάρχου τῶν ἡγεμονῶν, καὶ τῶν ἀνθυθ-
 νου (καθὰ ἀφαιρούσιν τῶν τῶ παρῶσιν: ὡς ἀναγκάσιν ὄν, εὐδὲ μὲν ἀμῆρταινοντες ἀνθυ-
 θύνουσι εἶναι, εὐδὲ δὲ ἀνθυθύνουσι ὡς ἀμῆρταινοντες καθεστῶσιν. ἑσπάρχου τῶν τῶν
 νῦν τῶ λαίπυ, εἰ τις ἀδεμτῶν καὶ ἐναντίον τῆ φύσει, ὄν ὁ νόμος ἰκέσιν τε, καὶ νεφαρίον, ἑσπάρχου ἑσπάρχου
 καὶ εἰ, ἀναλλὰξ γάμον: ἐπὶ οὐκ ἔχει παύσιν ἐκ προτέρων γινώσκοντες ἑσπάρχου τῶν ἡγεμονῶν
 γάμον: διγῶσιν μὲν αὐτῶ τῶ τῶν οἰκείων ἑσπάρχου τῶν ἐπιπέσις, ἀμῶ δὲ καὶ τῶν λόγῳ
 προσηκῶσιν ἐπιπέσις αὐτῶ μινυμὲν ἀφελῶσιν, ἀλλὰ πάντα τῶν τῶν προσηκῶσιν εὐδὲ. αἰετῶ ὅπου
 γὰρ ἑσπάρχου γάμον τῶν νομομῶσιν παρῶσιν ἑσπάρχου, καὶ συγχρησθῶσιν γονάς, ἀδικαῖ δὲ τῶ γῶν, πρῶτῆ
 δὲ ἀσεβῆ τε καὶ ἀνόσια, καὶ τοιαῦτα γὰ ἐπιπέσις, ὅσπερ ἑσπάρχου καὶ τῶν ἀλόγων ἀποσείσθαι ἑσπάρχου: καὶ
 ἐσπάρχου αὐτῶ ποινῆ, μὴ δὲ μινυμὲν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑσπάρχου ἀφαιρέσει, ἑσπάρχου, καὶ ἐσπάρχου ἑσπάρχου: ἑσπάρχου

πινὰς ἐλευωύτας αὐτὰς ἀποστῆσαι τῆς ὀργασίας ταύτης πολλαίς βουληθέντας, καὶ πρὸς νόμῳ μὲν ἀγεῖσθαι σιωπικασίαν, τούτου οὐκ ἐθέλουσι. οἷοις δὲ οὕτως ἀποστῆσαι καθεστῆσαι, ὥστε κέρως οὐδὲ ἕν δέ-
 κητον ἀζούσας ἐκείνην εἰς ἐπικίνδυνον καταγαγεῖν φθορᾷ. ὥς καὶ πινὰς χρυσίου ὄντας οὐ μέ-
 ριον, μόλις ἐκείνην ἐξωνήσασθαι τὰς ταλαιπώρους, καὶ γὰρ σιωπικασίαν σάφονι. καὶ ἴσοις
 εἶναι μύριον, οὐς οὐκ ἂν τις ἐξυψοίεν λόγῳ πωδελγέειν, εἰς δεινὴν ἀρεσίαν ἐξουχέτος τῷ ἰοῦτον
 κακῶν, ὡς πρὸς τὸν μὲν ἐξελχίσει μόρεθ τῆς πόλεως εἶναι, νῦν δὲ αὐτῶν τε ἡ πόλις αὐτῶν
 ἀπαντα μὲν τῶν τοιαύτων ἡνέσθη κακῶν. ταῦτα τοίνυν πρὸς μὲν τῆς ἡμῶν ἐν ἀπορρήτῳ προσήγα-
 λον, ἢ τα καὶ ἀγχοῦ οἱ μετὰ λαπρεπέσεται πρᾶττωρδὸς παρὲς ἡμῶν τὰ τοιαῦτα ἀναζητεῖν ἐπίσρα-
 πέντες, αὐτὰ ταῦτα εἰς ἡμῶν ἡγάγον· ἅμα τε ὡν ἡκύνθην, τούτων ὡν ἡκύνθην, τούτων ὡν ἡκύνθην αὐτῶν
 δεῦμα πρᾶξιν, καὶ δεῦμα ἀπαλλάξαι μίσου τοιούτου πλὴν πόλιν. Θεωροῦμεν τοίνυν, ἀπαντας
 μὲν, καθόσον εἰσὶ δυνάστες, σωφροσύνην ἀγεῖν, ἢ τις καὶ δεῦμα παρρησία δυνάστες καθεστῆσαι αὐ-
 θρώπων παρρησίαν ἡγεῖται. ἐπειδὴ δὲ πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα (δὲ γὰρ οὐκ ἔστιν ἄλλο καὶ δόξα καὶ ἀνάγκη
 πινὰς εἰς ἰοῦτον ἀσπλάγξαν ἀγεῖται) πᾶσι κωλύειν ἰσοῖς, καὶ μὴ παρρησίαν εἶναι πορνόδο-
 σκίαν, καὶ ἐπὶ οἰκίματος ἔχειν γυναῖκας, ἢ καὶ δημοσίαν πρῶτον ἐπὶ ἀσπλάγξαν, ἢ αὐτὴ δὴ πινὸς
 πρᾶγματῆας τὰ τοιαῦτα ἐμπροθέσται, μὴδὲ συγγραφεῖς ἰδίῃ τούτῳ λαμβάνειν, μὴδὲ ἐγγυητὰς
 ἀπατεῖν, μὴδὲ τοιούτῳ ἡ πρᾶξιν, ὅπως ἀναγκαῖον τὰς ταλαιπώρους καὶ ἀκύντας πλὴν ἐαυτῶν σω-
 φροσύνην κατακλίνει, μὴδὲ ἐλπίζειν, ὡς ἔξεσι τὸ λαίπρον αὐτοῖς ἐσθὲν μαύτων ὄσται ἢ καὶ κρημίων τυχόν
 ἢ φροφᾶς δελεάζειν αὐτὰς εἰς τὸ καὶ ἀκούσας πρὸς σκαρτῶρεν. οὐδὲ συγχωροῦμεν, οὐδὲ ὁποῦ γίνεσθαι
 τοιούτου, ἀλλὰ καὶ νῦν ἀπαντα ταῦτα ἐβραχίως τῆς προσήκουσας ἐξελχίσειν δεραπείας, ἢ ἀσπλά-
 γξαντες καὶ ἀναδοξῆσαι αὐταῖς πᾶσι, ἢ ἐτυχόν ἀσπλάγξαν προφάσει τῶν τοιούτου μίσου ἐκ-
 μέλων, καὶ οὐδὲ συγγραφεῖς μὲν οὐκ ἀποστῆσαι πορνόδοσους, ἢ πὶ δεδωκάσθαι, ἔστω αὐτῶν ἀφαιρέσθαι.
 δεῦμα καὶ αὐτοῦ πορνόδοκοῦ ἐξω ταύτης ἡνέσθαι τῆς διδασκαλίας παρακαλυψάμεθα πόλεως,
 ὡς ὀλιβείου, ἢ κρινούς λυμειδῶνα τῆς σωφροσύνης ἡνέσθαι, ἢ ἐλθὲν δεῦμα τῆς καὶ δεραπείας
 ἀποδοξῆσαι ἡνέσθαι, καὶ κατὰ τὸν εἰς τοιαῦτα οὐκ ἔστιν, ἢ δελεάζοντας, καὶ ἔχοντας παρα-
 φροσύνας εἰς πᾶσι ἀγόντων. προαγοροῦμεν δὲ, ὡς εἰς τῶν λαίπρον τολμήσειν ἀκύνθην κέρ-
 ρων λαβῆν, καὶ ἔχειν πρὸς ἀνάγκης ἀποφρομύνην τε καὶ ἐκ πορνήσας αὐτῶν προσήκουσας φροῖος
 τούτου ἀνάγκη παρὰ τῶν πωδελγέων πρᾶττωρων τῶν δὴ μὲν τῆς διδασκαλίας ταύτης πόλεως σιω-
 χόμην, τὰς ἐξάτας ἑσπόμεναι ποινὰς πρὸν βαλόμεθα. εἰ δὲ τῶν χρηματικῶν αὐτοῦ φροῖων
 καὶ ἀκύντων ἐπινοοῦσθαι ἡνέσθαι ἡνέσθαι: πῶς οὐ τῶν μάλῳ πλὴν τῆς σωφροσύνης κλοπῆν τε καὶ
 ληστείαν αὐτοῖς ἀπολαύειν ἐθέσειν; εἰ δὲ καὶ τις ἀνάσσει τὸ εἶναι αὐτῶν οἴκῳ πινὰ πορνόδο-
 σκοῦντα, καὶ τοιαῦτα πρῶτον μὲν ὀργασίας ἔχειν, καὶ μὴ ταῦτα πρὸς ἐλπίδα μαζῶν τῶν οἰκί-
 σων αὐτῶν ἡνέσθαι: ἴστω καὶ δεῦμα λιφῶν χρυσίου ἑσπόμεναι ποινῶν, καὶ πωδὲ αὐτῶν κιν-
 διωθῶν πλὴν οἰκισιν. εἰ δὲ τις συγγραφῶν τῶν λαίπρον ἰδίῃ τούτου τολμήσει λαβῆν ἢ ἐκινῶν:
 ἴστω μὲν μὴ ὀφελῶν ἐκ τοιαύτης ἔχειν ἐπινοῖαν ἢ τοῖς συγγραφεῖς, (ἢ εἰ δὲ μὲν ἐκινῶν οὐκ ἔσται, ἢ δὲ
 γε συγγραφῆν πεντοῖος ἀκύνθην μὴ ἔσται) καὶ αὐτῶν (καθὰ τὸν ἔποντες ἐφθίμην) πλὴν εἰς τὸ σῶμα
 πινῶν ἑσπόμεναι, καὶ τῆς μεγάλης ταύτης ὡς πρῶτον τῶν πόλεως ἡνέσθαι ἡνέσθαι. τὰς γὰρ
 δὴ γυναῖκας φρονοῦν μὲν βουλόμεθα τε καὶ ἐξελχίμεθα, ἀκύντας δὲ εἰς ἀσπλάγξαν ἢ ἰοῦτον κατὰ γὰρ
 μὴδὲ ἀσπλάγξαν ἀνακαίσειται. πᾶσι γὰρ πορνόδοσίαν καταγίνεσθαι κωλύομεν, καὶ ἡνέσθαι κω-
 λάζομεν, διαφρονοῦντας μὲν ἰδίῃ ταύτης τῆς διδασκαλίας πόλεως, καὶ εἰ τῆ ταύτης ἀποδοξῆσαι, οὐδὲν
 δὲ ἡνέσθαι καὶ οἱ τῶν ἐξω τῶν ἰσοῖς, τοῖς τε ἡνέσθαι τῆς ἡμετέρας οὐδὲ πολιτείας, τοῖς τε νῦν παρὰ
 τῶν δεσπότην θεοῦ δεδωρημένοις ἡμῶν, καὶ μάλῳ εἰς ἐκείνοισ, διότι τὰς τῶν θεοῦ δωρεάς, ὡς πωδὲ
 πλὴν ἡμετέρας ἐπινοῖαν το πολιτείας, βουλόμεθα φυλάττειν καθεστῆσαι πινῶν ἀνάγκης, καὶ
 τῆς παρὰ τῶν δεσπότην θεοῦ πωδὲ ἡμῶν δωρεάς εἶναι τε καὶ διαμνησθῆναι ἀξίως. πεπνεύκαμεν γὰρ εἰς
 τὸν δεσπότην θεοῦ καὶ ἐκ ταύτης ἡμῶν τῆς πωδὲ πλὴν σωφροσύνης ἀσπλάγξαν, μεγάλῳ ἔσται τῆ ἡμε-
 τῶν ἀποδοξῆσαι πρᾶξιν, τῶν θεοῦ πινῶν ἡμῶν αἰσῶν ἡνέσθαι τῶν τοιούτων παρρησίαν πρᾶξιν.
 ὅπως αὐτῶν ἡμῶν πρῶτον οἱ ἡμετέροι πολιτείας τῆς σωφροσύνης ἡμῶν ἀπολαύσειν διατυπώσας:
 δεῦμα ἔστω τῶν θεοῦ κινῶν καὶ χροῦμεθα, ὅπως αὐτῶν ἡμῶν πλὴν ἡμετέρας πωδὲ ἡμῶν ἀσπλάγξαν καὶ τῶν
 πωδὲ σωφροσύνης τε καὶ διδασκαλίας πινῶν ἡμῶν, εἰ δὲ ὡν εἰς ἀπαισίαν ἀνάσσει φυλάττειται πλὴν ἡμετέρας
 πολιτείας ἐλπίζομεν. ἐξελχίσει δὲ ἰσοῦτον τῶν οὐδὲ ἡνέσθαι ταῦτα μάλῳ μὲν τῆς παραλλαγῆς
 ταύτης. ὅπως αὐτῶν ἀπαισίαν ταῦτα ἡνέσθαι φανερὰ τοῖς πλὴν ἡμετέρας ἐξω τῶν πολιτείας: ἢ τοίνυν
 σὴ ἑσπόμεναι τὸν δεῦμα ἡμῶν δελεάζειν τὸν νόμον, ἐν ἀπαισίαν τῆ ἑσπόμεναι τῶν οἰκείων τῶν
 ἀπαισίαν φανερὰν καταγίνεσθαι, ὡς αὐτῶν μόνον ἰδίῃ ταύτης τῆς διδασκαλίας πόλεως, ἀλλὰ καὶ οὐ
 τοῖς

τοῖς ἐξω φυλάττειτο τῶν ἰσοῖς, τῶν δεσπότην τῶν ἰσοῖς καὶ ἀπαισίαν τῆς ἄλλης πινὸς διδασκαλίας προσήκουσας.

αὐτοῖς γὰρ τῶν ἰσοῖς αὐτοῖς ἰσοῖς τῶν οὐδὲ ἡνέσθαι τῶν ἀρχῶν τῶν πρᾶττωρων, τὸ β. ἀπαισίαν καὶ παρρησίαν.



ἰ μὴ δεῦμα ἐπαγαγοῖ μὲν καὶ τὸ φρόνησιν τῶν ἐκδικῶν εἰς προσήκουσας τάξιν, οὐδὲ
 αὐτῶν ἐπὶ τῆς τῶν ταλαιπῶν ὀνομασίαν διπορήσει μὲν ἀλλοθῆσας. ἄλλοις μὲν γὰρ δεῦμα
 δεῦμα παρὰ τῆς ταλαιπῶν ὀνομασίαν σημασιτικῶν σιφῶν τῶν πρᾶγματων τοιῶν-
 δε. τὸ δὲ τῶν ἐκδικῶν καθεστῆσαι ἀρχαίαν, ἢ πλὴν ἀρχαίω τῶν πινῶν ἐπισησῶν τοῖς
 πρᾶγμασιν, ὅπως ἐκ πινῶν αὐτῶν τῆς ἀδικίας ἐκδικήσονται ἐλθὲν δεῦμα. τοιζουοῦ
 καὶ δεῦμα τῆ παρῶν φωνῆ DEFENSORES αὐτοῦς καλῶμεν, ὅπως αὐτῶν ἀπαλλάξαι
 κακῶν οὐκ ἀδικουμένων. νῦν δὲ δεῦμα τῶν ἐκδικῶν πολλὰ πεπαιτημένον ἔστιν ἐπὶ πολλοῖς τῆς
 ἡμετέρας πολιτείας μόρεθ, καὶ οὐ τὰ καταπεφρονημένον, ὡς εἰ ἔβρι μάλῳ, ἢ πρὸς ἐπὶ
 σεμνοπῆν. τοιζουοῦ γάρ τῶν μὲν ἀσπλάγξαν, τὰς δὲ ἐπὶ αὐτῆς ἀφροσύνης οὐκ ἔστι μάλῳ, ἢ πρὸς
 ἰδίῃ λαγῆς πορῆσιν. οἷς γὰρ οὐκ ἔστι ἰσοῖς ἢ βίος αὐταρκῆς, οὐ τοῖς τῶν ἐκδικῶν ὄντας ἔστι
 μὲν οἱ χρονοῖος ἰδίῃ δεῦμα παρῶν δὲ φρόνησιν, καὶ αὐτῶν ἄλλου πινὸς πινῶν ταῖς τῶν ἀρχῶν-
 τῶν ἔκιντο γνώμας. ἀμέλῃ πάντοτε αὐτοῦς, ἢ ἰσοῖς αὐτῶν βουληθέντες, εἰς μικρότατα ἐγκαλέσαν-
 τες, ἄλλοις τε εἰς πλὴν ἐκείνων ἐμβλεάζουσι τάξιν, τοποπρητῶν δὲ ἐκδικῶν ποιοῦντες, καὶ δεῦμα
 ἑσπόμεναι πωδὲ ἀδικῶν ἀνθρώποις πρᾶξιν. ὡς εἰ οἱ ταξιδῶντες, καὶ οἱ τῶν πόλεων ἀρχόντες,
 καὶ οἱ ταῦτας οἰκωπῆς εἰς ἐξάτης καταφρονοῦσι τῶν ἐκδικῶν ἐχουσι. τὰ δὲ δεῦμα πρᾶξιν παρὰ αὐτοῖς
 εἰ ἴστω τῶν ἀπαισίαν ὄσται. εἰ γὰρ μὴ ἐπιτάξαι οἱ τῶν ἐπαρχῶν ἀρχόντες, οὐδὲ αὐτῶν τολμήσειν
 πινὰ πρᾶξιν. * πρῶτον μὲν καὶ ταῦτα πρᾶξιν οὐκ ἔστιν οὐδὲ ὄσται ἀρχῶν, κα-
 θὲ τὰ πρᾶξιν παρὰ αὐτοῖς ἀποτίθειται, πρᾶξιν πολλοῦ τῶν πρᾶξιν ἡνέσθαι, καὶ οὐκ αὐτῶν πρᾶξιν
 τοῖς χρόνων πωδὲ ἡνέσθαι πινῶν πινῶν οὐδὲ εἰ, ἀλλ' εἰς κληρονομίαν τε αὐτῶν καὶ τὰς ἄλλας δι-
 αδοχῆς οἱ τούτων δεοῦμεν ἡνέσθαι τὰς πρᾶξιν, καὶ τούτων ἢ διδοῦσιν οὐδε μίαν ἀξία πινῶν
 ὄντα, τὰ δὲ καὶ ἡνέσθαι, ἢ διαπῆξαι τοσούτου, ὡς εἰ ἴστω τῶν μὴ ἡνέσθαι εἶναι. ἡμῶν
 τοίνυν ἐπειδὴ τὰ τῶν ἀρχῶν τῶν δεῦμα πινῶν, καὶ μάλῳ τε τὰς ἐπινοοῦσας αὐτῶν οἱ τοῖς ἔστιν
 ἐπινοοῦσας, καὶ πρῶτον μὲν αὐτοῖς δεῦμα τῶν πόλεων ἐπὶ πινῶν: δεῦμα ὡν ἡνέσθαι καὶ
 τῶν ἐκδικῶν καταγίνεσθαι ἡνέσθαι ἢ αὐτῶν πινῶν ἀρχῶν, ἢ πρὸς ἀρχῶν τῶν λαβῶν τάξιν
 οἱ τῶν πόλεων ἐκδικῶν, καὶ ὁ πινῶν ἐπαρχῶν ἡνέσθαι δεοῦμεν πινῶν ἀρχῶν εἶναι μάλῳ ἀρχόντων,
 ἢ ταῦτα σεμνοπῆν τῶν ἐμπροσθεν φαίνεσθαι. ὅστω γὰρ αὐτῶν ἀρχῶν κρημίων, τοσούτῳ μάλῳ αὐ-
 τῶν καὶ σεμνοπῆν δεῦμα. τῶν οὐκ ἐκείνο πρῶτον νομοθετήτων, ὡς μὴδεῖν τῶν πινῶν εἶναι παρ-
 ρησίαν, πλὴν τῶν ἐκδικῶν χρονοῖος ἀπαισίαν, ἀλλὰ ἀμοιβῶν ἀπαντας οὐκ σεμνοπῆν τῶν
 πόλεων οὐκ ἔστιν αὐτῶν πλὴν ἀφροσύνης ἐκπληροῦ. δεῦμα γὰρ δεῦμα ἡνέσθαι τῶν ἐμπροσθεν
 χρόνοις κρημίων τε καὶ πολιτείας μεμαθήκαμεν. οὐδενοῦ, οὐδὲ αὐτῶν ἐπινοοῦσας εἶναι τῶν μάλῳ
 πρᾶξιν ἡνέσθαι ἡνέσθαι ἀξία, δεῦμα δεῦμα συγγρομῶν, οὐδὲ αὐτῶν εἰς δεῦμα ἔχει σεμνῶν,
 οὐδὲ αὐτῶν ἐπὶ πρᾶξιν πινῶν ἐκ δεῦμα αὐτῶν τύπων, καὶ πρᾶξιν καθεστῆσαι πινῶν ἀρχῶν
 πινῶν τῶν: ἀλλὰ κατὰ κῆλον τῶν οἰκωπῶν τῆς πόλεως, ὡν πινῶν καὶ λῶν, ταῦτα ἐκ-
 κληρονομήσαντες: καὶ ἐπειδὴ ὁ κῆλος παύσεται, πάλιν ἐπανιόντων εἰς τὸ φρόνησιν, καὶ τῆ πωδὲ
 πλὴν ἡνέσθαι φρονοῦσας ἀφροσύνης τῶν. ὡς τὸν οἱ ἐκείνη πωδὲ ἐκδικῶν δικαστῆν μάλῳ, ἢ ἐκδι-
 κῶν εἶναι δεοῦμεν, δεῦμα πινῶν δεῦμα ἡνέσθαι ἡνέσθαι πινῶν τῶν πωδὲ πλὴν ἐκείνων ὄντων
 οἰκωπῶν, ἀλλὰ μὴ τῶν οἰκωπῶν ἀρχῶν. ὅρμον δὲ παρῶν, ὡς ἀπαντα πρὸς τὸν νόμον καὶ δεῦμα
 δικαίον πρᾶξιν. δεῦμα αὐτῶν δεῦμα, καθὰ πινῶν ἡμῶν νῦν φαίνεσθαι, ἐκ πρᾶξιν τῶν οὐδὲ ἡνέσθαι
 ἑσπόμεναι. εἰς δεῦμα δεῦμα μόνον, καὶ πινῶν μὲν τῶν φρονοῦσας. οὐκ ἔχοντας ἀδικῶν τῶν
 λαμπεροῦ τῆς ἐπαρχῶν ἀρχῶν πινῶν αὐτῶν: ἀλλ' εἰ πινῶν πρᾶξιν οὐκ ὄσται, μὴν ἡνέσθαι εἰς δεῦμα
 οὐδὲ ἡνέσθαι ἑσπόμεναι, ὡς ἐκείνη αὐτῶν ἡνέσθαι πλὴν τῶν φρονοῦσας ἀπαλλάγαν, ὄσται καὶ
 δεῦμα. μὴδε μίαν οὐκ παρρησίαν τῶν πινῶν ἀρχῶν ἔχοντες, ἢ αὐτοῖς τοῖς ἐκδικῶν τοποπρητῶν ἐκ-
 δικῶν ποιεῖται, ἀλλὰ ταῦτα πινῶν αὐτοῖς ἀπαισίαν ἡνέσθαι. ἀλλὰ μὴδε ἰδίῃ τῶν τοποπρητῶν
 εἰ ταῖς πόλεσιν οὐκ ἀφροσύνης ἀρχῶν ἐκπῆμειν, πωδὲ αὐτῶν τῶν ἐκδικῶν, οὐς πλὴν τῶν
 ἀρχῶν

αὐτῆς γραμμῶν πᾶσι τοῖς ἔσο' αὐτῶν τεταγμένοις ὁσιωτάτοις μητροπολιταῖς, ὧν ἐξέσω θρη-
σεται φοντῆς ταῖς ἔσο' αὐτῶν τεταγμένους ἀγιοτάτους ἐκκλησιαίς ταῦτα ποιήσῃ φανερὰ, ὡς
μηδὲνα τῶν πάντων διαλαθεῖν τὰ τε τῆ ἀρχιερωσύῃ δόξαντα, τὰ τε ἔσο' τῆς βασιλείας κκυρω-
μῆνα.

Πρὶ τῶν ὀργαστηρίων κωνσταντινου πόλεως, ὡς μόνα χίλια ἕκατον ὀργαστήρια τῆς
μεγάλης ἐκκλησίας ἕξουσεν ἐν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰς κατὰ σωτη-
ρίαν λειτουργίας τελῆν, οἷα αὐ' εἶν δεσποτείας. δρ. μγ.

Εἰ ὀνόματι τοῦ θεοῦ πατρὸς ἡμεῶν. ἀποστόλων, καὶ ἁγίων, φλα-
βίος, ἰουστινιανός, ἄλαμανικός, γοθθικός, φραγγικός, γερμανικός, λαζικός,
ἀλανικός, βαυδαλικός, ἀφικός, θισσεύς, θύτυχός, ἐνδοξός, νικήτης, τροπου-
ούρος, ἀφσεύστος αὐτοστος, λογγίνα ἔσο' αὐτῶν τῆς πόλεως.



ΙΡΕΙΔΗ μὲν τῶν ἡμετέρων κρᾶται τῶν ἡμετέρων ἔσο' κῶν καὶ ζώντων ὡς περὶ τῶν
ταῦν, τῶν μὲν τὰς ταφᾶς αὐτοῖς βαρεῖα εἶν, μὲν ἐπιημιόμοις ἐκ τῶν τῶν περὶ τῆ
ἑσπέρου οἰκίας: δὲ ἔσο' καὶ τὰ πᾶσι τῆς ταφῆς αὐτῶν τὸν προσήκοντα διατεθείκαμεν
ἑσπέρου. καὶ ἐπειδὴ ἔσο' μὲν κωνσταντίνου ὁ τῆς θείας μνήμης, ὁ τῆς μεγάλης ἡ-
μῶν ταύτης πόλεως οἰκίας, ἔσο' δὲ ἀναστάσιου τῆς θισσεύς λήξεως τὸν τῶν κελων-
μῶν λεκτικαρίων ἢ τοι δεκανῶν ἀριθμῶν ὑπερέσθῃ εἰς ὅ μείζον, χίλιος ἕκατον εἶν δεκανούς, ἢ τοι
ὀργαστήρια τοσαῦτα διφθίρα πῆς, ἐφ' ὅ τε οὐ μὲν χροῶν ταῦτα δεχεσθαι προσήκοντα: διό δὲ ἔσο'
κῆσθαι τῆ διατυπώσῃ τῆς θείας μνήμης ἀναστάσιου τὸ μέτρον τῶν ἕκαστου συστήματος εἶναι
προσῆκόντων λεκτικαρίων ἡμῶν: βουλόμην, ταῦτα βέβαια μὲν βουλόμην, προσελθόντες δὲ οἱ τῶ
συστήματων τῶν θισσεύς ταύτης ἡμῶν καὶ βασιλίδος πόλεως, ὧν διαφρόντως ἡμῶν μὲν, τὸ ἡμέ-
τερον ἐδιδάσκον κρᾶτος, μετὰ τὸν ὡς φροκτῶν ὑπέστασθαι πῶν ἀνάγκη, πῶν μὲν γὰρ ἀγιοτάτων με-
γαλῶν ἐκκλησιῶν τὰ χίλια ἕκατον ὀργαστήρια κερποῦσθαι τῆς ἑσπέρου, ἀπὸ καὶ ἐσπέρου
ἐκόντας: ἐκόντας δὲ δόξα, διότι πᾶσι τῶν κοινῶν ἀπαντῶν ἀνθρώπων ὁσίων τὸ πρᾶγμα ἐσπέρου, οὐ μὲν
καὶ τὰ λοιπὰ φέρῃν ἄχρη δυνάσθαι. πολλοὶ δὲ ὀργαστηρίων ὄντων κατὰ ταῦτα πῶν διδάσκοντα φλιν
ἐμπροσθεν τε καὶ πρᾶγματείας διαφρόσθαι, οὐ ταῦτα ἔ' μόνα τὰ χίλια φαμὲν ἕκατον ὀργαστήρια, τῆς
ἐσπέρου ὀργαστηρίων ἀφαιρέσθαι, ἀλλὰ πολλὰς ἢ ἀγιοτάτους ἐκκλησίας, πολλοὺς ἢ ἀγιοτάτους ἑσπέρου,
καὶ μοναστήρια, καὶ ἐσπέρου δυνάστες οἰκίας, καὶ πῆσας πρᾶττον ἀερεπικόντων ὄντας, εἶτα μεταναστεύσας εἰς
πῶν ὀρθόδοξον πίσιν, πολλὰς ἢ βασιλικὰς οἰκίας, καὶ πῆσας καὶ ἀρχόντων, καὶ συκληπικῶν, καὶ ἰμουσίων,
καὶ κωνσταντινου πόλεως ὀργαστηρίων ἕξουσεν ἐν, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν δεσποτέων ἐκόντας οὐκ ἐπὶ τῶν πρᾶσθαι
δὲν, καὶ τὸ κινῶν ἀδικεῖν τῶν ὀργαστηρίων τῶν ἑσπέρου εἰς: σενὸν τὸ πρᾶγμα συκληόντων, ὡς ἐσπέρου εἶν
ἐσπέρου λειτουργίας, καὶ φαινομένων πῶν λειτουργίας, καὶ τὸ πρᾶττον τέλος πολλὰς τῶν ἑσπέρου καὶ πρᾶ-
σθαι, ἢ δὲ καὶ δεκαπλάσιον γινέσθαι: καὶ τοῖς ἀναστάσιου τῶν τῆς θείας λήξεως ἐφ' ὅ παρ' αὐτῶν
διφθίρα, πῶν μὲν ἑσπέρου παντελῶς ἐσπέρου ὄντος ἀπέλθαι, παρὰ τὰ χίλια ἕκατον ὀργαστήρια τὰ τῆ
ἀγιοτάτη μεγάλης ἐκκλησίας προφασί τῆς τῶν περὶ τῶν ὀσιῶν δεδωμένα. διὰ ἔσο' καὶ ἡμῶν
ὡς ἡμῶν ἐπιφίλει τοῖς ἡμετέροις ἀρχιερέσι, καὶ πῆσας γὰρ αὐτῶν τῶν μακαριωτάτων ἀρχιεπισκόπων τῆς
θισσεύς ταύτης πόλεως εἰς: οὐκ ἐπὶ τῶν, καὶ ὅ πρᾶγμα ὀργαστηρίων, καὶ εἰς ἡμῶν ἀγίων τῶν αὐτοῖς
δόξαντα, ὡς τῶν παρόντων ἡμῶν πῶν πῶν ἔσο' ὀργαστηρίων νομῶν, βεβαιωῦν τὰ ἀναστάσιου τῶν
τῆς θισσεύς λήξεως πᾶσι ἔσο' παρασέντα, καὶ δεκαπλοῦν μὲν τὰ χίλια ἕκατον ὀργαστήρια πᾶσι
ἑσπέρου ἀμείωται καὶ πῆσας δόσεως καὶ φιλῆσθαι τῆ ἀγιοτάτη μεγάλης ἐκκλησίας προφασί
τῶν δεκανῶν ἢ τοι λεκτικαρίων, καὶ τῆς τῶν περὶ τῶν ὀσιῶν ἀφαιρέσθαι, οὐδὲν ἐσπέρου παρ'
αὐτῶν δεκανῶν ἀπαιτεῖν διωκόμενον ἀφ' ἀερεπικῶν, ἢ οἰκίας ἀγιοτάτης ἐκκλησίας, ἀλλὰ τὸ ἐσπέρου
πᾶσι ἡμῶν διατεταγμένον κρᾶταιν, ὡς ὀκτικῶς μὲν ὀργαστήρια τελῆν τὰ σώματα, τελεόσθαι
δὲ ὅ ἀπεργουσιμῶν καὶ δυνάσθαι. δὲ γὰρ ἐπὶ τῶν σωτῶν ἢ τῶν θείων ἡμῶν πρᾶγματικῶν διετύπωται νό-
μος: εἰ ὁ προσήκων ἐστὶ προσήκων, ἀντιστάσθαι δὲ αὐτῶν τὸ διαπίπτον. καὶ ὅτε ἑσπέρου, καὶ ὅ ἐσπέρου τὰ
τῆς ἀντεσπέρου, ἔσο' τῶν ἀναστάσιου τῶν τῆς θισσεύς μνήμης διατετύπωται κληθίσων. ταῦτα
μὲν οὐκ ἀπὸ τῶν μὲν καὶ πῆσας ὀργαστηρίων λειτουργίας δεκαπλοῦν, ὡς αὐτῶν τῶν ὀργαστηρίων, οὐδὲ
τῶν προσήκοντων συστημάτων παρεχόμενων αὐτῶν πῶν οἰκίας ἔσο' μὲν ὄντων ζήμιαν, ὅ δὲ τὰ μὲν γραμμά-
τα ἐπιγινώσκοντων. τὰ μὲν τοῖς λοιποῖς πάντοις ὀργαστήρια τῆς θισσεύς ταύτης πόλεως τῶν δεκα-
τασίων

τασίων κλημάτων, εἶτε ἀγιοτάτης ἐκκλησίας εἶν, εἶτε ἐσπέρου, εἶτε μοναστηρίων, εἶτε ὀρθοφανοῦσθαι
φείων, εἶτε βρεφοφείων, εἶτε πῶν ἑσπέρου, εἶτε δὲ τῆς οἰκίας δεσποτείας, εἶτε τῶν βασιλικῶν οἰκίας, εἶτε
ἀρχόντων πῶν μεγάλων, ἢ μέσων, ἢ ἐλάττωσθαι ἀρχιερέων ἐσπέρου, εἶτε οὐδὲ τῶν συκληπικῶν, ἢ τῶν
μεγαλοπρεπείων ἰμουσίων, ἢ τῶν ὑποβιβλικῶν κωνσταντινου πόλεως, εἶτε πᾶσι ταῖς ἑσπέρου
ἐκκαταλεγομένων, ταῦτα ἅπαντα τελῆν τὰ ἐπιτελεσθέντα αὐτοῖς δημόσια τέλη, καὶ τὰ δὲ πᾶσι
ποιεῖν τε καὶ πληροῦν κατὰ τὸ προσήκον ἐκαστῶν τῶν οἰκείων αὐτῶν συστήματος: οὐδὲν ἐσπέρου
ταύτης οἰκίας τῆς αἰτίας ἐσπέρου δεδωμένα διωκόμενον, ἢ τοιαύτη πῆν κληθίσθαι παραιτήσῃ. οὐ γὰρ ἐπὶ
μὲν ὡς δὲ ἐσπέρου ἀγίων εἰς ἐσπέρου φέρῃσθαι, οὐδὲ οὕτως ἀπὸ τῆς κεισθαι διατύπωσιν, ὡς καὶ ἐκ-
σπέρου αὐξάνει τὰ τέλη, καὶ κληθίσθαι ἐσπέρου τὰ τελεόσθαι, καὶ τῶν τελεόσθαι, καὶ δὲ πῶν
δεκαπλάσια δίδουσαι, διότι καὶ πολλοὺς ἑσπέρου ἐστὶ τῶν ἡμετέρων κρᾶταιν, μὲν κινῶν τέλη μὲν
βαρύνεσθαι. καινὸν ἢ αὐτῶν οὐδὲ τῶν πρᾶττον ἐπιτελεσθέντων, ἀλλὰ καὶ τῶν πρᾶττον συστημάτων
ἔσο' ὀργαστηρίων. ἀλλὰ πᾶσι ταῖς ἔσο' αὐτῶν ἔσο' κρᾶταισθαι τε καὶ τῶν, καὶ κινῶν εἶναι κατὰ πᾶσι
τῶν τῶν θισσεύς ταύτης ἡμῶν πρᾶγματικῶν τύπων, ὧν δὲ ὡς νόμον κληθίσθαι ἐσπέρου, ὡς πᾶσι δὲ ἔσο'
δὲ τῆς οἰκίας τῶν περὶ τῶν λογίων τῶν πᾶσι τῶν χιλίων ἕκατον ὀργαστηρίων, ὧν δὲ κινῶν τῶν τε
ἐστὶ καὶ ἀπὸ τῶν ὁμοίως ἐσπέρου ἀνθρώπων. εἰ δὲ πῆς ἐπιτελεσθῆσθαι παραιτήσῃ πῆν κληθίσθαι
καὶ ἐκόντων ἐσπέρου τῆς σωτέλειας, ὡς εἰ μὴ συγχωρεῖν ἐσπέρου οἰκίας ἀπαιτεῖσθαι ἐσπέρου,
ἢ προσασθαι βουλεύσθαι νέμην, ἢ σπέρου πῆν, ἢ πολιτικῶν, ἢ ἐκκλησιαστικῶν, ἢ πῶν οἰκίας ἐσπέρου:
ἐκπῆσθαι κατὰ τῆς τῆς ὀργαστηρίων δεσποτείας, καὶ ἔσο' ἔσο' δημόσιον αὐτοῖς τῶν συστημάτων
προσῆκόντων. οὐ γὰρ ἔσο' ἀλλὰ κληθίσθαι τῶν κωνσταντινου πόλεως οὐ προσέλθοντα. ἀλλὰ εἰ κατὰ
μικρὸν καὶ ἐφ' ἅπαντας ἢ πᾶσι ταῖς τέλεσι, βραχὺ μὲν ἔσο' εἰς πᾶσι ἐσπέρου διδόμενον, μέτριοι
δὲ καὶ κινῶν καὶ φροκτῶν καὶ ἑσπέρου σωτηρίων, ὡς παρὰ τῶν ὀργαστηρίων. πῆ γὰρ οὐκ ἐπὶ τῶν
ταῦτων αὐτῶν, ἀλλὰ ἐσπέρου ἐκ τῶν οἰκίας ὀργαστηρίων κρᾶταιν, ὡς ἀπὸ τῶν τῶν γαμῶν τε καὶ
καὶ πῶν δὲ τῶν οἰκίας οὐκ ἐπὶ τῶν ἐσπέρου, βαρύνειν μέτροις τέλεσι, καὶ ὡς τῶν ὀργαστηρίων
τῶν ἐσπέρου μὲν γινέσθαι, ποσὺν τῶν μέτρω τὰ ἐσπέρου ἀπαιτεῖσθαι πᾶσι: καὶ εἰ καὶ βαρύνει
εἶσθαι, πᾶσι οὐδὲ ὅποιοι ἔσθαι διωκόμενον. ταῦτα πᾶσι κληθίσθαι, τῶν δὲ τῶν θισσεύς τῶν
πρᾶγματικῶν τύπων, πῶν δὲ τῆς ἐκπῆσθαι ἀπειλῶν τε πῆν ἀπαιτεῖν ὁμοίως ἐσπέρου τῶν
κόποις, εἰ καὶ λυσιτελεῖ ἐκαστῶν συστήματος προσέξωντας τὰ νομομομοία, καὶ αὐτῶν τεταγμένα
τέλη γαμῶν, ἢ πῆσθαι τὰ τέλη ἑσπέρου εἰς εσπέρου. ἀλλ' ἐκαστος ἀπολαύει τῶν εσπέρου τῆς
ἐσπέρου, συγχωρεῖται δὲ τὰ ὀργαστήρια λειτουργεῖν τὰ σωτηρία τε καὶ νομομομοία. ὡς παρὰ
ἐκαστος ἐκαστῶν προνοεῖται, οὕτω καὶ ἡμῶν ἀνάγκη τῶν λυσιτελεῖν τε καὶ συμφέροντος τῆς
μεγάλης ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως ἐσπέρου γαμῶν. οὐ γὰρ αὐτῶν ὀργαστηρίων λυσιτελεῖται
προνοεῖται. μὴ πῆσθαι τῶν τοιαύτων βαρύνειν ἀπαιτεῖσθαι. ἔσο' μὲν τῶν αὐτῶν φέρῃν
ἢ πῆσθαι οὐδὲ τῶν τῶν ἀπαιτεῖσθαι, τῶν δὲ τῶν θισσεύς δὲ τῶν ὀργαστηρίων νόμων, οὐ
τε αὐτῶν φυλάξῃ, καὶ ὅ μὲν τῶν αὐτῶν ἀρχιερέων μετὰ τῶν ὀργαστηρίων, καὶ ἢ πῆσθαι τῶν
ὀργαστηρίων.

Πρὶ τῶν συμβολαιογράφων, καὶ τῶν πρωτοκόλλων αὐτοῦ
ἐσπέρου τοῖς χροῶν. δρ. λδ.

ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἰωάννης ἔσο' αὐτῶν πρᾶττων, τὸ δὲ τῶν ἀφ'
ἔσο' αὐτῶν, καὶ πᾶσι ταῖς.



ΙΚΗΣ μὲν τῶν πρᾶσθαι ἐκκαταλεγομένων ὡς παρόντων τῶν νόμων ἡμετέρων πῶν προφασί
σιν. ἐκ γὰρ προφασί γυναικῶν πῆν ἐσπέρου συμβολαίων, γραμμάτων μὲν αὐτῶν
οὐκ ἔσθαι (ὡς γὰρ τῶν ἀντιστήμων) περὶ τῶν δὲ ἔσο' συμβολαιογράφων, ὡς πα-
ρα τῶν κωνσταντινου πόλεως, πῶν ἔσο' ἔσο' τῶν αὐτῶν, καὶ μαρτύρων ἐπιδικῶν
παρουσίαν. εἶτα ἐπειδὴ ἡμῶν ἀμφοτέρωθεν πᾶσι αὐτῶν γέροντες, τῆς γυναικῶν λεγού-
σθαι, οὐ ταῦτα εἶναι τὰ παρ' αὐτῶν ἐπιτελεσθέντα, ἀπὸ τῶν χροῶν ἔλεγειν: ὁ δὲ τῆς
ἐσπέρου ἀμφοτέρωθεν ἐσπέρου ἐσπέρου, ὡς παρὰ τῶν συμβολαιογράφων μαρτυρεῖται, ὡς δὲ τὰ μὲν
γραμμάτα ἐπιγινώσκοντων ἔλεγει τῆς ἀμφοτέρωθεν τῶν συμβολαίων, μὴ μὲν εἶδεναι πῆν
παρὰ τῶν ἀμφοτέρωθεν ἐπιτελεσθέντων, ἀλλ' ἐπιφίλει πῆν τῶν αὐτῶν ἔσο' ἔσο', οὐτε
ἕσθαι

αὐτοῖς προνόμιον, τοῖς δὲ λαμπροτάτοις ἔξῃναι καὶ δι' ἐκείνων καὶ δι' οὐτο-
λίαν λέγειν τὰς χρηματικὰς δίκας. δρ. οα.

ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἰωάννη τῷ εὐδοξοτάτῳ ἑσπάρχω τῶν ἀνατολικῶν πραι-
τωρίων, τὸ δευτέρου ἀπὸ ἑσπάρτων ὀρδιναρίων, καὶ πατελικῶ.



ΠΟΞΑ προῖα δὲ μὴ δῆθεν πμῆσ οἴκεν καὶ ἰσχυροῦς κρείττων, τὸ οὐπὺθεν ἔκβα-
νον οὐ πμῶ, ἀλλ' ἰσοῖ πνα Σημίαν ἐπέγει: ταῦτα καλῶς ἔχον ἠγούμθα βραχῆ
δερασιῦ(α) νόμω, ἔφεται γὰρ πσι τῶν διατάξεων, ὡσε μινδνί τῶν λαμπροτάτων
ἔξῃ καὶ δι' ἐκείνου δίκῳ ἀνωρίζεσθαι, δι' οὐτολίαν μὲν πάντως, δμῶ ἔσσο μὲν ἢ πα-
λασιόπης Σ τῆ ἑξίωματων ἐργασίη πμῆ. πολλοὺς δὲ ὀρδμῆν ἀξίῳ μὲν τυχόντας,
Σ τοῖς λαμπροτάτοις ἐγγεγραμμένους, ἢ κέμισον, ἢ τελεβονοῖς, ἢ ἔπινον δῆλοι καθεσάσι τοῖσι πσι,
οὐσίαισ δὲ μετρίαισ κυρίοις, ὡσε παντελῶσ μὴ ἰσχύει πρὸς οὐτολίαισ προβολῶ, καὶ πλὴν δὲ ἔσσο δε-
πάντω. Θεοπίου μὲν οὐκ ἔχει τῶν μεγαλοπρεπεισάτων ἰμουσρίων ἔσσο κρηατέιν, καὶ πάντως
αὐτοῖς δι' οὐτολίαισ τὰς χρηματικὰς ἀρνηρίζεσθαι δίκας, Θ μὲν καὶ πλὴν **ΙΝΙΒΙΑΡΥΜ** δι'
οὐτολίαισ κατὰ τὴν ἐκ λημματικῶν κρόσων κινῆν κατὰ τὸ δεδμῆνον αὐτοῖς ἑδί τὰυ τῆσ προνόμιον, ὡσε
μὴ ἀναγκάζεσθαι ἢ συγκαθῆσθαι τοῖς ἀρχουσιν, εὐ ὅ διακόζουσιν, ἢ παρεσάτων πάλιν οἰα διακο-
μῆναισ. ἐκατόρωθεν γὰρ τὸ πρῶτον δῆν ἐποφραλῆς, ἢ τῶν ἀξίωματων ὑβελζομῆνον, ἢ τὸ δικα-
σικῶ ἰσχυροῦς ἀνάξίως προῖοντος. ἐπεὶ τοίγε μὴ οὐκ ἔσσο μεγαλοπρεπεισάτωσ ἰμουσρίοσ ἀπαισι
δῆλαισ τῶ βουλομῆνοσ καὶ οὐτολίαισ προβάλλεσθαι, καὶ δι' ἐκείνων ἀρνηρίζεσθαι. οὐδέ μὲν εὐπὺθεν
οὐδὲ κρηατέινσ, οὐδὲ ζήμιασ, οὐδὲ ποιηῆσ πρὸς ἔσσο ἐπαρμῆναισ αὐτοῖς. ἢ τοῖνυν σὴ ἑσσο βροχῆ
τὰ πρῶτα ἢ μὲν καὶ εἰσ τὸ δεῖον δηλοῦ μῆνα νόμον, ἀπειθῶ ποιησάτω φανδρά, τὰ συζη-
σιονα ἑδί τούτοις πρῶτῃσσε.

πρὶ κρηατόρων, καὶ κηδεμόνων, καὶ τῆσ τῶν νέων φροντίδω. δρ. οβ.

ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἰωάννη τῷ εὐδοξοτάτῳ ἑσπάρχω τῶν ἀνατολικῶν πραι-
τωρίων, τὸ δευτέρου ἀπὸ ἑσπάρτων ὀρδιναρίων, καὶ πατελικῶ.



ΑΝΤΑ μὲν τῶ νομοθέτη τὰ τῆσ πολιτείαισ ἐν μεγάλῃ φροντίδι καθεσῆκαν, ὅπως αὐ
ἀρίστα ἔχοι, Θ ἀμῆρταῖνοιο μινδν: διαφρόντωσ δὲ τὰ σύμβολα τῶν νέων, καὶ ἢ πρὸ
αὐτοῖσ φροντι: πρῶτον δὲ τῶ βουλομῆνοσ τῶσ τῶ νομοθετεῖν παρὰ θεοῦ πλὴν ἔχου-
σταν λαβοῦσθαι, φαμῆν δὴ τῶ βασιλεῶντι. πολλῶν γοῦν κινῆσσε μιν δικῶν, οἷσθα
οἱ θανταῖσσι κηδεμόνοσ ἐκχωροῦνται κατὰ τῶν νέων, ἐπε ἀνήθωσ, ἐπε ἐφίθωσ μιν,
ἑδί δὲ τῆ: δευτέρωσ ἠλικίασ οἰντων, καὶ εὐθὺσ κύριοι πῆσ ἐκείνων γίνονται βουλομῆνοσ, ἢ τὰ οὐκ ὄντα
ἴσωσ ἑσσοσῖοντες χρεῶ. ἢ ὀλίγον πμῆμαστος ἐκχωροῦ μιν τὰ πανταχόθεν (θερῆ, ἢ καὶ ἀποιρῆ-
πῆοντες ὀποδέξῃσ τῶν χρεῶν οὐσασ ἐν τοῖσ τῶν νέων πρῶτασ, καὶ οὕτω τὰς ἐκχωρήσεισ λαμβά-
νοῦσ, Θ κατὰ πολλὰσ δῆλασ προφασεισ (πὶ δὲ οὐκ ἀνῆρωπασ πρὸσ κακίαν ἀπαξ ἐκκλίνας ἔξθ-
ροι;) τὰ τῶν νέων οἰκισοῦνται πρῶτα. ταῦτα ἀπαντα νόμω διφρῶσσε βουλομῆνοσ, καὶ
πρὸσ γὰρ ἐκείνο τὸ εἶσ ἑσσοθῆνον ἔχου τὸν νέον, ἢ τὰ αὐτοῦ πρῶτασ, ἔσσο μινδν παρῖοσ
παντελῶσ εἰσ πλὴν αὐτοῦ κηδεμονίαν, καὶ εἰ παρὰ τῶν νόμων καλοῖτο. πὶ γὰρ αὐ οὐκ ἔσσο ἑσσο
ἐκείνου κύριοσ ἐκείνου πρῶτῶν, καὶ τῶν τῶ ἀντιδῆνον πρῶτασ γινόμενοσ: δια τὰυτα γὰρ ἐκείνο
νομοθετεῖ μιν, ὡσε εἰ προφασεσται δῆλοσ ὅσιν ὁ γινόμενοσ κηδεμῶν αὐτοῖσ ἑσσοθῆνον, ὡσ τοῖσ ἑσσο
δικαίαισ, οὐδὲ ἐκείνοσ κηδεμῶν ἔσσε, μὴ ποτε ἢ γρομμαιεῖον ἐκκλίσειον, ἢ δῆλασ ἀποδέξῃσ οὐκ
ἀφαισῖσθαι ἑσσο, καὶ ἢ κηδεμονίαι γένοιτο τούτου τῶν οἰκίωσ πρῶτασ τῶν ὀλιθροσ. τούτου τοῖνυν
ἀσφαλεῖ κατὰ δεδῶσ νόμω, τὸ μινδν τῶν ἑσσοθῆνον λεγόντων ἔχου τὰ πρῶτασ τῶ τε πλῆ-
τή(σων)σ, καὶ τὸν νέον αὐτόν, καὶ τὰ τούτου πρῶτασ, ἢ καὶ προφανῶσ ἑσσοθῆνον ὄντων, παρῖοσ
πρὸσ πλὴν κηδεμονίαν πλὴν αὐτοῦ, μινδν ἔχου παρῖοσ τῶσ τοῖσ πρῶτῃσ. καὶ τοῖσ καδῶλον εἰ πῆ
ἢ δῆ τῆσ κηδεμονίαισ ἐχούμνοσ ἑσσοθῆνον αὐτῶ κησσο τὸν νέον, κληροῦ τυχόν εἰσ αὐτόν κατενεχέ-
τοσ πνὸσ, ὁσ ἑσσοθῆνον ἔχου τὸν νέον, ἢ δῆλασ ποιούτῃσ προφασεσασ, μινδν μινδν αὐτόν ἑσσο
πλὴν τῶν ἀνήθωσ ἢ τῶν νέων κηδεμονίαν, ἀλλὰ πρῶτασ γίνεσθαι ἐπιφροπῆσ ἑσσο ἢ κηδεμονίαι (ἔσσο,
ὀπρὲσ εὐλλοῖσ θεμασθῶ τῶν νόμων βύρῃσσο μιν) ὡσε φυλάτῃσ ἐκείνον, μὴ ἑσσο γένηται κατὰ τῶ νέον ἢ
τῆσ αὐτοῦ

τῆσ αὐτοῦ βουλομῆνοσ παρὰ τῶ κησσο μινδν ἔσσο ἑσσοθῆνον ἐν μέσῳ κησσο γῆμα, ἀλλὰ ἔσσο
πρῶτασ, ὀρκον τὸ ἐμνῆσ τῆσ κησσο τῆσ, ὡσ ἔσσο φυλάτῃσ, καὶ πλὴν ἐκ τῆσ πρὸσ τὸν κηδεμῶνα προ-
δοσίαισ πονίω βύρῃσσο μινδν. ἴνα δὲ μὴ δῶ μιν παρὰ τῆσ πῶσιν ἀνθρώποισ ἐπιφροπῆσ ἢ κηδεμο-
νίαισ, εἰ λέγῃσιν ὡσ ἑσσοθῆνον ἔχου τὰ πρῶτασ τῶν νέων, ἢ προφανῶσ ἑσσοθῆνον καθεσάσι:
θεοπίου μὲν εἰ πῆσ φῆσεισ ἑσσοθῆνον ἔχου τὸν νέον ἢ τὰ αὐτοῦ πρῶτασ, ἢ οὐκ ἔσσο τῶ νέου γονῆσ, ἐπὺ-
θεν τε δεικνύωσ ἔσσο πρὸ τῆσ παρῖοσ τῶσ κακῶν ἑσσο τῶ δῆνον τὸν κηδεμῶνα, καὶ ἀπιλλά-
χου: ἢ ἐπὺρ ἀθῆλον εἶν ἔσσο, ὀρκον πρὸσ τῶν ἀγῶν λογῶν ἑσσο ἔσσο, ὡσ τῶσ ἀληθείαισ ἑσσοθῆ-
νον αὐτόν ἔχου τῶσ πρῶτασ παρῖοσ τῆσ. καὶ εἰ ἔσσο γένηται, τῆσ ἐπιφροπῆσ μὴ προσεπέσθαι, μινδν τῆσ
κηδεμονίαισ, ἀλλ' ὡσ προφῶτασ τῶν ἑσσο ἀσφαλεῖσ τῶ πρῶτασ, ἴνα μὴ αὐτόθεν πολεμῶν,
ἀλλ' οὐ κηδεμῶνα δῶ μιν ἑσσο. εἰ δὲ σιγήσει πλὴν ἀρχῆσ ἑσσο, καὶ γένοιτο κηδεμῶν: ἴσσο πῶσ
ἀρνηρίσ κατὰ τῶ νέον, εἰ δὲ ἀληθείσ μὲν, ἐκωσσο μινδν ἑσσο πλὴν ἔξθπῃσ πρὸσ τὸν νόμον ἑσσο πα-
ραπροσῖοσιν. εἰ δὲ καὶ ἴσσο προφανῶσ ἑσσοθῆνον ὡσ σιγήσεισ: ἴσσο καὶ οὐσσο, ὡσ ἕξθπῃσ πινίω τῶ
μὴ διώκασθαι κατὰ βούλῃσ ἢ δῆλασ λῦσεισ τῶ χρεῖσ ἐκείνου ἐκβάλλῃσ, ἴσσο: οὐ τῶ κρηατῆσ τῆσ κηδε-
μονίαισ τεπεχασσομῆνοσ. εἰ δὲ ἴσσο (ὡσ ἔφεται) γένοι μινδν κηδεμῶν, ἔπτα βούλομῆνοσ, οἰτο τὰ τῶ
νέον πρῶτασ, Σ ἐκχωρήσεισ εἰσ ἐκείνον ἢ κατὰ βούλῃσ, ἢ κατὰ πρῶτασ, ἢ κατὰ ἑσσο οἰν δῆ ποτε
φρόπον πρῶτῃσ: ἴσσο παντοῖωσ ἀκίρων εἶναισ πρῶτασ αὐτοῦ γινόμενον, καὶ μὴ δι' ἐκείνου, μὴ πῆσ πα-
ραπροσῖοσ μινδν πρῶτασ τοῖσ τῶ πρῶτασ, δῆλασ πανταχόθεν ἀνῆρωπασ τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι, ὡσ
αὐ μινδν πλὴν ἀρχῆσ γένοι μινδν. πρὸσ δῆλον γὰρ, ὡσ ἐπὺρ εἰσ τοιαῦτα οἰνοσ ἐκωσσο, πάντω πρῶτασ καὶ
διοικήσει πρὸσ ὀλιθρον μὲν τῆσ ἐκείνου πμῆσ, τῶν δὲ φαινομῆνοσ αὐτοῦ πρῶτασ δῆθεν ἀφί-
λῃσ. καὶ οὐ μόνον, ὡσ ἢ κηδεμῶν, ἐργασῆσ αὐτόν τῆσ τοιαῦτασ ἐκχωρήσεισ, δῆλασ καὶ μινδν τὰυτα
μὴ ποτε ἑσσο οἰνοσ τῶ μινδν τῶ πρῶτασ, καὶ πρὸσ κατὰ τῆσ αὐτοῦ κηδεμῶν, ἔπτα ἐπειδὴ τῆσ κη-
δεμονίαισ παντοῖωσ ἢ ἀλῶσσο τῶ κηδεμῶν, ἴσσο πμῆσ καὶ τὰ οὐκ ἐπὶ κηδεμῶν ὡσ, πμῆσ ἐκχωρήσεισ
λαῖοσ, καὶ τὸ πρῶτασ κηδεμῶν κηδεμῶν, καὶ πμῆσ καὶ τὰ γὰρ ἀκίρων εἶναι βουλομῆνοσ γινόμενον, καὶ μὴ
διώκασθαι μινδν μίαν ἀρνηρίαν κρηατέιν κατὰ τῶ πρῶτασ κηδεμῶν κηδεμῶν, ἀλλ' ἀντὶ μιν-
δν γροπῶσ εἶναι, καὶ κηδεμῶν γίνεσθαι τῶ νέω, καὶ εἰ τὰ τῶν ἐκχωρήσεισ ἐπὶ ἀληθείσ ἀπίαισ γένοιτο,
οὐκ ὡσε ἐπανελεῖν πάλιν ἑδί τὸν ἐκχωρήσεισ, ὡσ μινδν δῆθεν ἐν μέσῳ παρὰ τὸν νόμον δικομῶ-
τοσ γένοι μινδν, δῆλασ ὡσε ἐκπῆρῃσ αὐτόν τῶν ἐκείνου κηδεμῶν τῶ πρῶτασ, πλὴν πρῶτασ βασιν τῶ ἑσσο τῶν νό-
μων, καὶ τὰυτα τὸν νέον κηδεμῶν. εἰ γὰρ μὴ τὰυτα ἐπιθεῖ μιν πλὴν πινίω, ἔξθπῃσ τῆσ κηδεμῶν
ἔσσε, καὶ τὸν ἐκχωρήσεισ παρῖοσ τῶσ πάλιν κηδεμῶν, καὶ εἰ τῶ μίνοσ τὰ τῆσ ἐκχωρήσεισ ἀπῆ-
ται, τὸν νόμον δὲ τῆσ ἐκείνου κηδεμῶν κατὰ σσο μινδν. καὶ τὰυτα φαμῆν ἑδί κηδεμῶν
παιτοῖσ, ἐφ' ὡσ ὀλιθροσ κηδεμονίαισ πινδν εἰσῖονσιν οἱ νόμοι, ἀσῶτων τυχόν, ἢ μινδν μινδν, ἢ παρῖοσ
νομῶτων, ἢ εἰ ἑσσο τὸ νόμοσ ἔπιν ἢ δῆ. ἢ καὶ πὶ παρῖοσ δῆθεν ἢ φύσισ ἔξθπῃσ. ἐπειδὴ δὲ ὀρδμῆν
εἶν κηδεμῶνασ, ὅσοι θεοῦ μινδν ἔχου, πρὸσ κηδεμονίαισ δυσκόζωσ ἰόντασ (τοῖσ γὰρ πμῆσ,
ὅσοι βούλομῆνοσ τὰ τῶν κηδεμῶν μινδν εἰσ ἐκείνου: ἀσβαδῶσ εἶσθαι, τὸ πρῶτασ ἐκείνου πῆσ
ἐπιφροπῆσ δῆθεν ὀρδμῆν δὲ μάλασ τὸ τῶν κηδεμῶν δυσκόζωσ εἶναι πρῶτασ εἰσ πλὴν τῶν δανείσ
των ἀνείξῃσ: θεοπίου μινδν κηδεμῶν ἀνάγκησ ἐν νόμον καθεσῆσαι τοῖσ κηδεμῶσ τὰ τῶν νέων κη-
ματῶ δανείξῃσ, δῆλασ ἀσφαλεσ: ἀποπῆσθαι καὶ φυλάτῃσ αὐτὰ, καὶ μινδν ὄν πλὴν τῶσ ἀρχαίαισ αὐ-
τοῖσ ἀσφαλεσ μινδν, ἢ τῆ τῶν τῶ κηδεμῶν ἐφῆσει καὶ τῶν ἀρχαίαισ ἐκωσσο, καὶ κηδεμῶν μινδν τὸν κηδε-
μῶνα, εἰ μὴ δανείσοι, αὐθῆσ δὲ εἰ δανείσοι, κηδεμῶν ἀσσο τῆσ * ἴσσο: ἑδί δῆσσε ἐκχωρήσεισ ἢ ἐπὶ δῆλασ
ταῖσ αὐτῶ νομοθετεῖσ ἀναμῶσθησ τοῖσ ἀσφαλείαισ: πμῆσ καὶ τὰ ἐχέτω μιν τὸ τῶν δῆ μινδν
καὶ ἑσσο εἰσ οὐδῶσσο, ἑσσο ὀπρὲσ οἱ νόμοι καλοῦσθαι **LAXAMENTVM**. ἴσσο δὲ τὸν τῶ δανεί-
ου κηδεμῶν ἐφ' ἐκείνων πάντωσ ἐλθῶ μινδν. εἰ μιν οὐκ ἔχοι προσδοσῖσ αὐτοῖσ ὁ κηδεμῶν,
κηδεμῶν τὰυτασ ἀπαινάτω. εἰ δὲ πρῶτασ εἰσ τῶν αὐτοῖσ: τὸ πρῶτασ ἀσσο πρῶτασ. εἰ δὲ κηδε-
μῶν πμῆσ: ἢ τῶ κηδεμῶν βουλομῆνοσ τυχῶν: πμῆσ καὶ τὰ ἐκείνο μόνον δανείξῃσ ὁ κηδεμῶν ἀσ-
καλῶσθαι, ὅσπιν πρὸσ πλὴν διοικήσεισ ἀρκεῖ τῶ νέω, καὶ τῶν αὐτοῦ πρῶτασ. ὅ δὲ πρῶτασ, ἀσφα-
λεσ: ἀποπῆσθαι. εἰξῆσθαι δὲ αὐτῶ σῶ ἀνῆρῖβείσ πῶσ βούλομῆνοσ εἶσθαι, εἰ ἴνα (ὡσ εἶκο:) βῆσ
ἀσφαλεσ: δμῶσθαι πρῶτασ, ὡσ πρῶτασ τῶ πρῶτασ πμῆσ καὶ τῶν πρῶτασ κηδεμῶν κηδεμῶν,
δῆθεν μινδν πρῶτασ πρῶτασ ἑσσο πρῶτασ, ἐπῶσ μινδν, ὡσ εἰ πνὸσ τῶ τῶ ἀμῆρταῖσ, ὁ τῆσ ἀρροσῖαισ τὰυ-
τῶ αὐτόν ὀλιθροσ κηδεμῶν. εἰ δὲ ποσῶ τῶ μόνον εἶναι τῶ νέον χυσοῖσ, ὁ πόσον ὁ πόσον ὁ πόσον ὁ πόσον
πὶ καὶ οὐκ αὐτῶ βῆσθαι, καὶ πλὴν δῆθεν αὐτῶ πρῶτασ πλὴν διοικήσεισ ἀρκεῖ: πμῆσ καὶ τὰ ὁ τῆσ ἀνείξῃσ
λόγοσ ἢ μῶσ: καὶ πρὸσ ἑσσο καλῆσ, τῶν κηδεμῶν ἀσσο τῶν εἰσ θεοῦ, καὶ οὐ τῶ πμῆσ τῶσ δι-

ἐκείνοι πρὸς ἑσὺ συμβαίον τὸ ἐμφανῆ ποιῆσθαι τὰ συμβόλαια, ἢ κατὰ τὴ φύσιν τὴν ἰδίαν... ἡ ἀπομνημονίων αὐτοῦ ἐν συμβάλλουσιν, ἵνα ἀπαλλαγῶν ἀνομωσύνης τε, ἢ νοθείας, καὶ...

Πρὶ τῶν παιδῶν, πῶς χρὴ νοεῖσθαι αὐτοὺς γνησίως, ἢ νόθως, ἢ πῶς ἀπείκων γάμων. δΨ. οδ'.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἰωάννη τῷ εὐδοξοτάτῳ ἑσάρχω τῶν αἰατολικῶν πραιτωρίων, τὸ δευτέρον ἀπὸ ἑσάρχων ὀρδναρίων, καὶ πατρικίῳ.

Ἡ διάταξις ὀρδναρίων πῶς περὶ τῶν εἰσόντων εἰς τὰ μοναστήρια, ἢ τὰς οὐσίας αὐτῶν καθιερῶνται ἐν τοῖσι χρόνον δὲ αὐτῶν κρηταιν. δΨ. οε'.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἰωάννη τῷ εὐδοξοτάτῳ ἑσάρχω τῶν ἰδῶν πραιτωρίων, τὸ δευτέρον ἀπὸ ἑσάρχων, καὶ πατρικίῳ.

Πρὶ τῶν ζῶν δισλοπῶν κατὰ τῆς φύσεως, ὅθεν ὀμνύοντες κατὰ τὸ θεοῦ, ἢ ζῶν βλασφημῶντες πμωρεῶν. δΨ. οζ'.



ΑΣΙΝ ἀνθρώποις τοῖς διφρονούσι πρὸς θεὸν ἐν νόμιζομεν, ὅτι πῶς ἡμεῖς ἐξ ἀπονοίας καὶ ἄλλοι, τὸ ἐν πίστεινέμεντες ἡμῖν παρὰ θεοῦ καλῶς βιοῦν, ἢ πῶς αὐτοῦ θύρεν θύμεναι, ἐπειδὴ καὶ ἡ τῶ θεοῦ ὀμνύοντες οὐ πῶς ἀπαλλάξωμεν, ἀλλὰ πῶς ἐπιστροφῶν τῶ σωτηρίαν βούλεται καὶ ἐν πᾶσι καὶ διορδομῶντος δέχεται ὁ θεός, διὸ πάντας πρὸς ἐσῶμεν τὸν τῶ θεοῦ φόβον κατὰ νοῦν λαμβάνειν, καὶ πῶς αὐτοῦ

πῶς αὐτοῦ θύμεναι ἐπικαλεῖσθαι. καὶ ἴσμεν, ὅτι πάντες οἱ τὸν θεὸν ἀγαπῶντες, τὸν αὐτοῦ ἔλεον ποιεῖν... ἐπειδὴ δὲ πᾶσι τῶν διαβολικῶν εὐδελῶν σμωρομῶν, καὶ ταῖς βαρυνθῶν ἀσελγείαις ἐκείνοις ἐπέβλεπον, καὶ τῆς τούτου φύσεως τὴν ἀντία πρὸς τὸν θεόν, ὅτι τούτοις παρὰ τὸν θεὸν φόβον, ἢ τῶ μέλλουσιν κρῖσιν, καὶ ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων διαβολικῶν ἢ ἀτόπων ἀσελγείων, ἵνα μὴ εἴη τῶν τοιούτων ἀσελῶν πρὸς τὸν θεόν...

ἄστε ἐν ἀπελευθερωτῶν μὴ δεῖσθαι δικαίου χρυσῶν δακτυλίω, καὶ πατρικίῳ, ἢ ὅπως πῶς ποιῶν τῶν πρὸς αὐτῶν συμβολῶν ἢ ἀπελευθερωτῶν γνησιῶν αὐτῶν ἢ καὶ τὸν γάμον νόμιμον ποιῶν καὶ ἐν τῷ πᾶσι γνησίως. εἰ δὲ καὶ δούλη ἐτύγχανε, καὶ αὐτῶν ἐλευθερῶν εἶναι τῆ ποιήσει τῆς πρὸς αὐτῶν, καὶ τὸν γάμον νόμιμον, καὶ ἐν τῷ αὐτῶν γνησίως. δΨ. οθ'.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἰωάννη τῷ εὐδοξοτάτῳ ἑσάρχω τῶν αἰατολικῶν πραιτωρίων, τὸ δευτέρον ἀπὸ ἑσάρχων, ὅτι πατρικίῳ.



ΕΛΕΙΩΝ ἡμῖν ἀπάντων τῶν ἀγαθῶν παρὰ τῷ μεγάλῳ θεοῦ δεδωμένων, ὡς θημελοχρῆμα ὅτι αὐτοῖς τῶν οἰκῶν ἐλευθερίας, ἐπειδὴ παρὰ τῶν θεοπῶν τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἀπαλλάττοντο τῆς, παντοίως αὐτοῖς καθεστῶς τε ἢ ἀνοθεύτως καὶ τελείως ἀποτελέσει, ἢ εἴη ἐσῶν καὶ τῆς τῶν θεοπῶν ὕψους τὰς ἐλευθερίας ἀπὸ πᾶσι ξάμεν, καὶ τὰς λαμπρατικῶν ὡς ἀπὸ τῶν ἐξ ἐλευθερίας, καὶ τὰς ἰδῶν πρὸς τὸν θεόν ἀπεφύλαμεν, καὶ τὸν ἰουσίον νόμον, καὶ τὸ λαμπρατικῶν ἐμψέμεν δόγμα, ὡς μοῦνον ἢ πῶς ἀρχὴν εἴχοντες, ἢ ὅπως ὕστερον ἐκβεβλημένων, καὶ μόνον κρηταιν πῶς ῥωμαϊκῶν πολιτείαν ἔδιδε τῶν ἐλευθερίων ἢ βουληθῆμεν, οὐ τόποις, οὐχ' ἢ λικίαις, οὐχ' ἐτόρῳ τινὶ β' πρὸς τὸν θεὸν διακρίνοντες. Ἐπειδὴ δὲ αἰεὶ ἐκ κρηταιν πᾶσι τῶν ἡμετέρων ἑσάρχων βουλομένη, καὶ αὐτὸς ἐτελεύτησον δεδωμένων μείζονος ὡς θημεν δὲ τῶν πρὸς θεὸν ἀξίῃται: εἴη ἐσῶν δεσπῶμεν, εἴ τις ἐλευθερώσας οἰκίαν ἢ θεράπειαν αὐτοῦ, πολιτίας αὐτοῦ: ἀποφύλαξ ῥωμαϊκῶν (οὐδὲ β' ἄλλως ἐξεστὶν) ἵστω παρὰ τῶν τῶ νόμου, ὡς ὁ πῶς ἐλευθερίαν λαβῶν ἐξ ἑσῶν παρὰ τῶν θεοπῶν, ἢ τῶν χρυσῶν δακτυλίω, καὶ τῶ πᾶσι πρὸς τὸν θεὸν δικαίου, ἢ οὐκ ἐξ ἀνάγκης αἰτίσει ἐσῶν παρὰ τῆς βασιλείας. ἐπὶ οὐτε δεῖσθαι παντελῶς: οὐδεμίαν πολυπραγμοσύνην, ἀλλὰ τῆ τῆς ἐλευθερίας ἰσχύϊ πάντα ταῦτα σωφιστείας, τῆς δὲ ἡμῶν τῆς νομοθεσίας ἐκ τῆς παρουσίας ἡμῶν ἀρχαίῳ. οὐ γὰρ ἵε τῶν ἑμπεσοῦν γνησιῶν.

τοτον εχεν διαφρασειαν, ουδωρ αυτοι εδωκεν ιδιον μυσου καταφονησεν. ει γαρ τας αλλαξας αρπαζας γυναικων η μοιχειας παλημμελωτας ες δικηρειου οικου προσφθοντας...

η διαταξις ρη. αναιρουσα τα αδυναπικα και κορυπτικα δικαια, και τυπουσα τας υβ αδιαθετου κλησεις.

ο αυτος βασιλευς Γερωφ εδεδεξατο τω κορυπτικω των ιδων της εωασ πρωτωριων.



ΠΟΛΛΟΙΣ και διαφοροισ νομοισ οι τοις παλαιστοις χρονοισ εκπεφωνημενοις δι- ρισκοντες, διων ου δικαιως διαφορα της υβ αδιαθετου διαδοχης μεταξυ των συγ- ρυων υβ αρετων τε και ηθλειων εισενελεγκται: οικικαιον εν σιμειδμην, πεισαισ ομνου τας υβ αδιαθετου της συγγενειας διαδοχας εδωκε παροντος νομου σιμει η σιωτωμω διαιρεισει διατυπωσαι, ωσε των προτων νομων των κορυπτικω της αιπιασ περμιλων αρτωτων, τσ λοιπου τω τα μονα παραφυλατειασ, απρνωμ διατυπωμ.

πιμαδου δεαζορην, υβρημηνων μονων αδελφων η αδελφοποιδων υβ εκατδρον γονεωσ σιωπη- μνων τω πελνθησμη, ωσ δ' των εφης δηλαθησεται. ει δε πολλοι των προτων παιδων: του- τωσ προπιμαδωσ καθομην, οι πινωσ επιτδρον ε βαθμω θυρεθεισιν, αρετων τε η θηλειασ, ετε προς πατροσ, ετε προς μητροσ εον.

ει δε των αυτων εκαστου βαθμωσ υβ ισοσ εσ αυτουσ η κληρονομια διαι- ρεθισε, ωσε ε ημισυ λαμβανην πιντωσ εδωσ προς πατροσ ανιωντωσ, οσοι δη τωσ αν ωσ: το δε κορυ- λαιπον ημισυ εδωσ προς μητροσ ανιωντωσ, οσοι δη τωσ αν αυτουσ θυρεθηναι συμβαιν.

ει δε μη τσ ανιωντων θυρεθωσιν οι αδελφοι, η αδελφοποιδεσ υβ εκατδρων γονεωσ σιωπηομνοι τω πελνθησμη: μη των εγγυτδρων ε βαθμωσ ανιωντων κληθησονται, ει η πατηρ η μητηρ εθισαν, διαιρουμηνεσ εισ αυ- τωσ δηλαθη της κληρονομιασ κατα τον των προσωπων αριθμωσ, ινα η των ανιωντων η των αδελφων εκαστοσ ισων εστω μοιραν, δηλαθη ε οι αδελφοποιδεσ τω μοιραν τσ ιδιου γονεωσ λαμβανουσιν. ουδε μιαν χρησιν εκ της των υδων η θυγατρων μοιρασ εν τω τω εθισαιπι δυναμηνω τσ πατροσ εκω τω παντε- λωσ εκδικην: επιειδη αιπι τωσ τωσ χρησισωσ μδρωσ αυτωσ της κληρονομιασ κατα δεασοτειασ δικαιον εδωκε παροντος δεδωκαμην νομου.

ουδε μιασ φυλατειασ διαφορασ μεταξυ των προσω- πων αυτων, ετε θηλειασ, ετε αρετων εθισαν οι προς τω κληρονομιασ καλυμνοι, και ετε δι αρετων η θηλειασ προσωπου σιωπησονται, ετε απεξουσιοσ, ετε κορυπτικωσ λω, ον διαδοχουται. ΥΠΟ- ΛΟΙΠΟΝ εστω, ινα η τωσ τωσ ορισωμην ταξιν, η τις εκ παλαιων καλειται, η εισ αδυναπικωσ η κο- ρυπτικωσ διαρεθεται, ινα η τωσ τωσ μδρωσ διατυπωθεντωσ, παντελωσ ο νομου τελωσ θυρεθεισιν.

ει τοινωσ ο πελνθησμη, μηδε καποντωσ, μηδε ανιωντωσ καταλειπει: προτωσ προς τω κληρο- νομιασ καλυμην εδωσ αδελφουσ και τας αδελφασ, εδωσ εκ των αυτων πατροσ η της αυτης μητροσ πε- ρησται, ομοιωσ δε η αδελφοποιδεσ, ουσ η μη των προτων προς τω κληρονομιασ καλειταιμην.

τουτων δε μη κορυπτικωσ αν δδωτδρα ταξισ εκεινωσ εδωσ αδελφουσ προς τω κληρονομιασ καλυ- μην, οι πινωσ υβ εδωσ γονεωσ σιωπησονται τωσ πελνθησμη, ετε εδωσ πατροσ μονου, η της μητροσ.

ει δε εδωσ πελνθησμη αδελφοι κορυπτικωσ, η εδωσ αδελφω η αδελφωσ προπελνθησμη των παιδεσ: κληθησονται προς τω κληρονομιασ ουτοι μη των προς πατροσ ε προς μητροσ θειων αρετων τε η θηλειων, η εδωσ δη τωσ αν ωσ, τωσ τουσ εκ της κληρονομιασ ληθονται μδρωσ, οσοι ο αυτων γονεωσ εμελεσ λαμβανην, ε επιεθισαν.

οδωσ ανωλυθωσιν εστω, ινα ε τωσ ο προπελνθησμησ αδελφοσ, ου υιοι παιδισσ, δι εκατδρων γονεωσ εδωσ πελνθησμησ προσωπων σιωπηστωσ, οι δε παιδωντεσ αδελφοι εδωσ τωσ πατροσ μονου τωσ η της μητροσ αυτωσ σιωπησονται: προπιμαδωσιν οι τοιουτοι παιδεσ των ιδων θειων, ει η τειτων εσ βαθμωσ, ετε προς πατροσ εθισαν οι θειοι, ετε προς μητροσ, η ετε αρετων, ετε θη- λειασ, ωσ εδωσ ο αυτων γονεωσ προπρωμωσ, ε παιδωσ. και εκ της εανπιου, ε μη παιδων αλελφοσ υβ εκατδρων γονεωσ σιωπησονται τωσ πελνθησμησ, ο δε προπελνθησμησ δι εδωσ γονεωσ σιωπηστωσ: εδωσ τοι- ουτωσ παιδασ εκ της κληρονομιασ ο αποκλειομην, ωσπερ η αυτωσ, ε παιδωσ, υβ εκλειστωσ. το δε τοι- ουτωσ προνομον ει τωσ τωσ ταξισ τσ συγγενεασ, μονοισ παρεχουμην τοις των αδελφων αρετων η θηλειων υιοισ η θυγατρωσιν, ινα εσ: τωσ των ιδων γονεωσ δικαιοσ κορυπτικωσ σιωπηστωσ, ουδενι δε δμωσ παντελωσ προ- σωπων εκ τωσ της ταξισωσ οδωσ μδρωσ εδωσ ο δικαιοσ συγχορωμην.

λεπεισ οπωτε τοινωσ τοις τσ αδελφωσ η της αδελφωσ πασι τοιουτωσ προνομον δεδωκαμην, ινα τον των γονεωσ κορυπτικωσ τωσ των μονοισ κριτου οντεσ βαθμωσ μη των εκ προτου εδωσ τουσ βαθμωσ προς τω κληρονομιασ καλυμνωται: εκεινοσ προδηλον εδωσ, οπι των θειων τσ πελνθησμησ αρετων τε ε θηλειων, ετε προς πατροσ, ετε προς μητροσ εθισαν, προπιμαδωται, ε εδωσ εκεινοι τειτων ομοιωσ συγγενεασ βαθμωσ εθισαν.

ει δε μητε αδελφουσ, μητε παιδεσ αδελφων (ωσ ερηκαμην) ο πελνθησμησ καταλειπει: παντωσ εδωσ εφης εκ παλαιων συγγενεασ προς τω κληρονομιασ καλυμην, κατα τωσ εδωσ εκαστου βαθμωσ προπιμασ, ινα οι εγγυτδροι τωσ βαθμωσ αυτωσ των λωιπων προπιμαδωται. ει δε πολλοι τσ αυτου βαθμωσ θυρεθωσιν κατα τον των προσωπων αριθμωσ μεταξυ αυτων η κληρονομιασ διαιρεθισεται, οπωρ IN CAPITA οι ημετδροι λεγοισ νομοι. ουδε μιαν δε βουλωμθα ειν διαφορασ εδωσ εθισαν διαδοχη η κληρονομιασ μεταξυ των προς τω κληρονομιασ καλυμνων αρετων η θηλειων, ουσ προς τω κληρονομιασ κρινωσ αρισωμην καλεισται, ετε δι αρετων, ετε εθωσ θηλειασ προσωπου σιωπησονται εδωσ πελνθησμησ: εδωσ εδωσ πασων των διαδοχων τωσ των αδυναπικωσ τε η κορυπτικωσ διαφορασ αρειν καθομην, ετε εδωσ θηλυ προσωπων, ετε εδωσ εμαγμωσ παπιοια, η εδωσ οσιν δη τωσ εδωσ τωσ προτε- ροισ εφρακταιστωσ νομοισ, ε παντωσ εθισαν πινωσ διαφορασ τοιαυτησ κατα τον της ιδιασ συγγενεασ βαθμωσ εισ τωσ υβ αδιαθετου των συγγενων διαδοχην ελθειν καλομην. εε ον δε περι της κληρονομιασ ερηκαμην τε και διετυπωσμεν, και τα παιδωσ της επιερωπης δηλαθησεται. δεαζομην εθωσ εκαστον τον βαθμωσ και τωσ ταξιν, και λωσ προς τω κληρονομιασ καλειται, η μονωσ, η μδωσ παιδων εδωσ



ὅτι μὲν τῶ λαϊκῶν δὲ μὴ προχείρους αὐτὸ γίνεσθαι, μηδὲ εἰς ζήμιαν τῶν ἀγιοτάτων ἐκκλησιῶν χωρεῖν
 δεσπίζομεν. ὅσα μὲν ἐχρῶν πάλαι τῶ ποιούτου χρόνου κατὰ τὴν ἀγιοτάτων ἐκκλησίαν τῆς βασι-
 ληνούσης ἡμῶν ταύτης πόλεως, ἢ τὰς ἑσπέρων αὐτῶν ἀγιοτάτους ἐκκλησίας, ἢ τὰς ἄλλων ἐκκλησιῶν
 γινέσθαι, ταῦτα εἰδικῶς παλαιὰ νομοθεσία ἐπέβλεψε. Ἐν δὲ ἀπασὶ τοῖς ἔξω τόποις δεσπίζομεν, εἰ μὲν ὁ συ-
 σπασμῶν ἰσχυρῶς ἢ οὐκ ἰσχυρῶς ἐκκλησίαν ὀνομάσῃ, ἢ τῶν χειροτονουμένων μέτρον, οἷα πρὸς αὐτὸ ἢ
 πῶς δευτέρως παλαιῶν (ἢ μὴ πρὸ τῶν χειροτονουμένων) πῶς κατὰ τὴν αὐτῶν ἐκκλησίαν, πρὶν αὖ εἰς τὴν
 ἀριθμὸν τῶν ἰσχυρῶν οὐκ ἔχοντα τὸ μέτρον αὐτῶν πάλαι εἶναι. εἰ δὲ μὴ ἔστω γέννηται, αὐτὴ δὲ ἢ τῆς πόλεως
 ἐκκλησία χρεῖται ἢ τῶν σιτήσεων ἐκ τῆς τῆς τῶν ἄλλων ἐκκλησιῶν: πτωικαὺν τὰ μὴ προχείρους αὐτῶν
 εἶναι ἐκείσε κληρικούς, μηδὲ διακόνους προσαθείας ἢ χεῖρας ταῖς εἰπεύειν αὐτῶν κατὰ φορτί-
 ζαν δευτέρως, οὐκ ἔστιν ἄλλο τὰ τοιαῦτα, οὐδὲ ἰδριεὺς ἄξια, δὴ μὴ ὄντων ὁ δευτέρως διδοῖν θεός, ἐκ τῶν
 τῶν τὰ διωκτὰ χρεῖται, ἢ πῶς γὰρ παλαιὰ φυλάττειν συνθηκῶν, μηδὲ ποσῶν παντελῶς καινὴ ὁ-
 μίον. Ἐπεὶ προσήκει εὐθὺς δευτέρως τοῖς πατριαρχῶν ἢ μητροπολίτων του δευτέρως προνοεῖν, ἢ
 εὐθὺς μὲν μέχρι νῦν ὄντες ἐκ τῶν αὐτῶν ὁμοίως, ἐφ' οὗ πῶρ εἰσι, κληρικούς, συμμετέχοντες δὲ τῆς
 ἐκείσε ἐκκλησίας διώκων, καὶ οὕτως αὐτοὺς τε εὐθὺς ὁμοίως τοῖς πατριαρχῶν τὰς ὑφ' ἑαυτοὺς τὰ τῆν
 ἐκκλησίας, τὸν τε μητροπολίτης αὐτὸ εὐθὺς παρὰ τῶν ὁμοίως τῶν πατριαρχῶν ἔστω μνημονομενῶν οὐ
 ὄντων, ἐκείνοις τε εὐθὺς ἄλλως ἢ πάντας εὐθὺς ὑφ' ἑαυτοὺς ἐπισκόπου ἔδωκεν πῶς συμμετέχοντα ταῦτα
 ἐμβιβάζειν, καὶ αὐτοὺς μὴ ἔστω πῶς δευτέρως ποιέσθαι τὰς τῶν κληρικῶν χειροτονίας. Ἰσομεν δὲ
 ὅσα τῶν ἀγιοτάτων ἐκκλησιῶν εἶναι εὐθὺς δὴ τῶν χειροτονουμένων τε. ἢ τῆς ἄλλων δευτέρως ἐκκα-
 μίον ἢ πῶρ ἔστω, ἢ ὅτι πῶρ ἔστω αὐτῶν μόνως μὲν, πῶρ ἔστω μὲν δὲ ὁμοίως. πῶρ δὲ ἢ πῶρ κατὰ πεφορ-
 σιμένα κέντα, ἐκ τῆς τοιαύτης ἀνεκτικῆν ενοχρίαις οὐ διωκόμενα. Ἐπεὶ τούτων προνοεῖσιν οἱ
 ἀγιοτάτοι πατριαρχεῖ, ἢ οἱ μητροπολίται, ἢ οἱ λαϊκοὶ δευτερεύοντες ἐπίσκοποι, ἐφ' οὗ ἡμῶν τὰ
 παρ' αὐτῶν γινόμενα μνημονομενῶν ἀποδέξασθαι αὐτοὺς, ὅτι τὸν ὁμοίως ἡμῶν νόμον εἰ αὐτοὺς
 ἔδειξεν ὁμοίως πολιτευόμενον. ΤΟΥΣ ΔΕ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ, ἢ διακόνους, καὶ ἔστω δικασίους, ἢ ἀνα-
 γνωστὰς, καὶ ἄλλους, οὐς πάντας κληρικούς καλοῦμεν, τὰς πρῶτα ἀφ' οὗ δὴ ποτε χρόνου εἰς
 πῶρ αὐτῶν δευτερεύοντα πῶρ ἔστω, ἔχον ἔστω πῶρ ἰδίαν ἰσχυρίαν προσάγειν, καὶ ὁμοίως τῆ ἰδιο-
 κτητῶν πτωικῶν, ἢ δωρεῶν κατὰ εὐθὺς νόμους, ἢ ἐπ' αὐτοῖς διατίθεσθαι. εἰ καὶ ἔστω πῶρ τῶν γο-
 νεῶν εἰσὶν ἰσχυρίαν, οὕτω μὲν τοῖς γο, ὡς εὐθὺς τῶν τῶν παλαιῶν, ἢ τῶν τῶν μὴ ἔστων, εὐθὺς ὄντες αὐτῶν
 τὸ νόμον μόνως κληρικός. ΤΟΥΣ ΔΕ ἘΓΓΛΩΤΤΟΙΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ, ἢ διακόνους, εἰ δὲ ἔστω
 εἰσὶν ἔστω ἢ χρονοπικῆς αἰτίας ἀμυδρῶν μνημονομενῶν, ἀρκέσει ἀντὶ βασιλείας ἔδωκεν οἰκονομίας χρο-
 νίζεσθαι τῆς δευτέρως ἔστω, ἢ μοναστηρίοις παραδίδεσθαι. ἔστω δὲ ἐκκλησιαστικῶν αἰτίων εἰ ἔστω
 δὴ μνημονομενῶν εἰσὶν ἔστω κληρῶν δέξιας γυμνομενῶν, ταῖς νομίμοις ἔστω βασιλείας ποινῶν προ-
 σαγομεν. εὐθὺς δὲ λαϊκῶν εὐθὺς αὐτῶν ἄλλως ἐκκλησιαστικῶν τὰς εἰσὶν ἀναφορῶν, εἰ τῶν μνη-
 μονομενῶν εἰσὶν ἔστω δὴ ποτε πρῶτα, εἰτε ἐκκλησιαστικῶν, εἰτε χρονοπικῶν εἰσὶν ἀναφορῶν, μὴ μόνον
 τῶ κληρῶν ἢ τῆς τάξεως τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐκβασιλείας, δὴ καὶ βασιλείας ἔστω βασιλείας.
 Εἰ ΤΙΣ ΚΑΤ' Αἰτίων, ἢ κληρικός, ἢ μοναχῶν ἢ διακόνων, ἢ μοναχῶν, ἢ ἀσκητῶν ἔστω πῶρ
 αἰσχυρίαν: διωκόμεν τῶν εὐθὺς τῶν ἐπίσκοπον, ἢ πῶρ τῶν τῶν ἑκάστος ἔστω ὀνομάσθαι, ὁ δὲ ἢ
 πρῶτα μετὰ αὐτῶν διακρινέτω. καὶ εἰ μὲν ἐκείνους μόνως τοῖς κληρικοῖς ἐφισχυρίζει: κα-
 λθόμεν εἶναι τῶ κατὰ τὸν πόσον ἀρχόντος ταῦτα ἐκείσε ἀναφορῶν τελεῶν παραδίδεσθαι. εἰ δὲ πῶ
 τῶν δικασίμων εἰσὶν δὴ καὶ ἡμῶν αὐτῶν τοῖς κληρικοῖς: πτωικαὺν τὸ τῶν τῶν ἀρχόντων
 πρῶτα ἔστω ζεταζέτω. ἢ εἰ δὲ πῶρ κληρῶν ἢ ὁμοίως γινόμενῶν: ἢ εἰ δὲ ἔστω ἰδίως ταῦτα βεβαιώσθαι,
 καὶ ἐκείσε ἀναφορῶν τῶν κληρῶν, καὶ μὴ ἔστω τὸ δευτέρως εἰ τῶν τῶν πρῶτα ἢ τῶν τῶν
 πῶ κληρῶν. εἰ δὲ ἢ τῶ ἀρχόντος ἢ ἄλλως εἰσὶν τῶν τῶν εὐθὺς τῶν εὐθὺς τῶν ἐπίσκοπων
 κληρικοῖς: πτωικαὺν τὰς χεῖρας ἔστω ἐκκλησιῶν κατὰ τῆς ἀρχόντος, ἢ ταῦτα κατὰ τῶν τῶν
 νόμων τάξιν ἀναφορῶν καὶ γυμνομενῶν. εἰ δὲ ἐκ βασιλικῶν καλθόμεν ἢ δικαστικῶν πρῶτα
 ξεῶν ἐπίσκοπος κληρικός μετὰ τῶν οἰων δὴ ποτε πρῶτα: ἢ ἐκκλησιῶν ἔδωκεν πῶρ βασιλείας ἢ ἔδωκεν τῶν πα-
 ραπέμψαντα πῶρ δὴ ἀναφορῶν. εἰ δὲ ἐκκλησιῶν εἰσὶν καὶ οἰων δὴ ποτε τῶν μνημονομενῶν
 ἀναφορῶν τῶν πρῶτα ἐπίσκοπον: εἰ μὲν παρὰ ἐπίσκοπον τῶν κατὰ τῶν, καὶ αὐτὸς πῶρ δὴ
 δεῖται δευτέρως ἀναφορῶν: ἀναφορῶν τῶν τῶν εὐθὺς τῶν ἐκκλησιαστικῶν νόμων ἐκβασιλεί-
 ας, ἢ πτωικαὺν τὸ πρῶτα δικαστικῶν εὐθὺς συνεχέτω, ἢ κατὰ εὐθὺς νόμους πῶρ δὴ ἔστω ἔστω,
 ἢ πῶρ αὐτῶ ἐπίσκοπον. εἰ δὲ πρῶτα τῶν πολιτικῶν ἀρχόντων πρῶτα: ὁ κατὰ τῶν τῶν ἢ
 ἐκκλησιῶν δὴ νόμους ἔστω δευτέρως ἀναφορῶν: τῶ τῶν ἐπίσκοπον τῶν τῶν τῶν τῶν
 ἀναφορῶν φανερῶν, ἢ εἰ δὲ αὐτῶν γινόμενῶν τὰς πρῶτα ἐκκλησιῶν ἀναφορῶν αὐτῶν:
 τότε ὁ

τότε ὁ αὐτοῦ ἐπίσκοπος εὐθὺς κατὰ τοὺς κανόνας ἀναφορῶν τῶν τῶν εὐθὺς, ὃν ἔχει, χωρίζεται,
 ὁ δὲ δικαστικῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶ ἐπιφορῶν νόμοις ἀναφορῶν. εἰ δὲ νόμοις ὁ ἐπίσκοπος τὰς πρῶ-
 γμῶν αὐτῶν δικαστικῶν συστάσει: τότε ἔστω αὐτῶ ἔστω ἔστω ἢ γυμνομενῶν τῆς πῶρ, ἢ τῶν τῶν εὐθὺς
 ἢ κατὰ τῶν πρῶτα. οὕτω μὲν τοῖς γο, ἢ ἔστω πῶρ νόμους ἀναφορῶν γινόμενῶν, καὶ οὕτως πρὸς
 ἡμῶν ἢ ἔστω εὐθὺς εὐθὺς μὲν ἔστω τῶν ἐπίσκοπον, εὐθὺς δὲ καὶ ἔστω τῶν δικαστικῶν ἀναφορῶν, ἢ ἡμῶν
 ταῦτα γινόμενῶν, τὰ φανόμενα ἡμῶν καλθόμεν. εἰ δὲ ἔστω ἔστω χρονοπικῆς αἰτίας κατὰ
 πῶρ τῶν μνημονομενῶν πρῶτα ἀναφορῶν ἔστω πῶρ, ἢ ὁ ἐπίσκοπος ἔστω ἔστω μετὰ αὐτῶν
 δικαστικῶν: ἀναφορῶν ἔστω τῶν πολιτικῶν ἀρχόντων πρῶτα. οὕτω μὲν τοῖς γο, ἢ ἔστω αὐτῶν
 πρῶτα κληρῶν ἢ ἔστω ἀναφορῶν ἐγγυητῶν διδοῦναι, δὴ μόνον ὁμοίως ἀναφορῶν ὁμοίως ἔστω
 δικαστικῶν ἢ ἰδίως εἰσὶν ἔστω πρῶτα. εἰ δὲ ἔστω ἐκκλησιαστικῶν αἰτίας κατὰ τῶν πρῶτα
 τῶν μνημονομενῶν πρῶτα ἀναφορῶν: ἔστω πῶρ νόμους ἀναφορῶν ἢ κατὰ τῶν μνημονομενῶν γινόμενῶν
 πρῶτα. εἰ δὲ ἐκκλησιαστικῶν εἰσὶν ἔστω πρῶτα: μηδὲ μὲν κληρῶν ἔστω οἱ πολιτικοὶ ἀνα-
 χόντες πρὸς τῶν πολιτικῶν ἔστω, δὴ οἱ ὁμοίως ἐπίσκοποι κατὰ τοὺς ἰδριεὺς κανόνας ἢ πρῶτα
 ματὶ πρῶτα ἐπίσκοπον. εἰ πῶρ δὲ ὁμοίως ἐπίσκοπον τῆς αὐτῆς συνόδου ἀναφορῶν πῶρ
 πῶρ πρὸς δὴ ἔστω, εἰτε ἔστω ἐκκλησιαστικῶν δικαστικῶν, εἰτε ἔστω ἄλλων πῶρ πρῶτα:
 πρῶτα ὁ μὴ ἔστω αὐτῶν μὴ ἔστω εὐθὺς εὐθὺς εὐθὺς ἀναφορῶν ἐπίσκοπον τὸ πρῶτα κληρῶν
 ταῦ καὶ εἰ μὴ ἐμμένει ἐκείνους μόνως τοῖς κληρικοῖς: πτωικαὺν τὸ μακαριώτατος πατριαρχῶν ἐκεί-
 νους τῆς διοικήσεως μετὰ αὐτῶν ἀναφορῶν, κακῶν ὀριζέτω, ἢ πῶρ τοῖς ἐκκλησιαστικῶν κληρῶν ἢ
 οἱς νόμοις ἀναφορῶν, οὐδὲ μόνως μόνως κατὰ τῆς ἀναφορῶν ἀναφορῶν δὴ ἔστω δὴ ἔστω
 κληρῶν ἢ ἄλλων οἰων δὴ ποτε πρῶτα εὐθὺς κατὰ ἐπίσκοπον γινόμενῶν δὴ οἰων δὴ ποτε αἰτίων: πρῶτα ὁ
 ὁμοίως μὴ ἔστω κατὰ τοὺς ἀναφορῶν νόμους ἢ πρῶτα ἀναφορῶν.
 καὶ εἰ πῶρ τοῖς κληρικοῖς ἀναφορῶν: ἔδωκεν τῶν μακαριώτατον ἀναφορῶν καὶ πατριαρχῶν
 τῆς διοικήσεως ἐκείνους ἀναφορῶν ἢ πρῶτα, κακῶν κατὰ τοὺς κανόνας ἢ τοὺς νόμους τῶν
 παρ' ἑαυτῶν πρῶτα. εἰ δὲ κατὰ μὴ ἔστω τῶν εὐθὺς ἀναφορῶν γινόμενῶν, εἰτε παρὰ ἐπίσκοπον,
 εἰτε παρὰ κληρῶν ἢ ἄλλων οἰων δὴ ποτε πρῶτα: ὁ τῆς διοικήσεως ἐκείνους μακαριώτατος πα-
 τριαρχῶν κατὰ τὸν ὁμοίως χρόνον ἢ πρῶτα κληρῶν. ἢ πρῶτα πῶρ αἰτίων, εἰτε παρὰ ἢ ἰδίως
 μὴ ἔστω, εἰτε παρὰ πατριαρχῶν, εἰτε παρὰ ἄλλων οἰων δὴ ποτε δικαστικῶν ἐπίσκοποι ἀναφορῶν,
 μηδὲ μὲν ἐγγυητῶν, ἢ ὁμοίως ἔστω τῆς δικῆς ἀναφορῶν. οὕτω μὲν τοῖς γο, ἢ ἔστω αὐτοὶ ἀνα-
 φορῶν τῶν ἀναφορῶν αὐτοῖς αἰτίων ἀναφορῶν ἀναφορῶν. ΤΟΥΣ ΔΕ ΟΙΚΟΝΟΜΟΥΣ, ἢ πρῶτα
 χρόνου, ἢ ἔστω, ἢ ἔστω, ἢ ἔστω, ἢ ἔστω, ἢ ἔστω, ἢ ἔστω, ἢ ἔστω, ἢ ἔστω, ἢ ἔστω, ἢ ἔστω, ἢ ἔστω,
 κληρῶν, καλθόμεν ἔστω τῶν ἐπισκευῶν αὐτοῖς διοικήσεως, παρὰ ἢ ἰδίως ἐπίσκοπον, ἢ ἔστω
 κληρῶν, ἀναφορῶν, ἢ ἔστω ἀναφορῶν τῆς ἰδίως διοικήσεως ποιέσθαι, ἢ ἀναφορῶν, ὅπῃ ἔστω
 αὐτῶν ἀναφορῶν ἀναφορῶν, ἐκείνους τῶν ἀναφορῶν ἀναφορῶν οἰων, οὐ πῶρ ἐκ τῆς διοικήσεως
 ἢ χρονοπικῶν. εἰ δὲ νόμοις ἐκείνους βεβαιώσθαι μὲν πῶρ ἀναφορῶν: ὁ μὴ ἔστω τὸ
 πρῶτα ἔστω. εἰ δὲ μὴ ἔστω τῶν ἐπίσκοπων τῶν κληρῶν πρῶτα τῶν τῶν ἀναφορῶν
 αἰτίας ἔστω, καὶ τὸ χρονοπικῶν, ἢ ἔστω ἀναφορῶν, ἢ ἔστω ἀναφορῶν νόμοις ἐκείνους βεβαιώσθαι: ὁ τῆς διοική-
 σεως ἐκείνους μακαριώτατος πατριαρχῶν τὸ πρῶτα ἀναφορῶν. οὐ γὰρ συγχροῦ μὲν τῶν πρῶτα
 κληρῶν πρῶτα ἔστω τῶν μνημονομενῶν αἰτίων πρῶτα τῆς ἀναφορῶν ἢ τῆς ἀναφορῶν τῶν χρο-
 νοπικῶν ἐπίσκοπον ἀναφορῶν, ἢ εἰσὶν ἄλλως ἀναφορῶν δικαστικῶν. εἰ δὲ πῶρ ἐκ τῶν
 ἐκκλησιαστικῶν πῶρ ἔστω διοικήσεως ἐπισκευῶν πρῶτα τῶν ἀναφορῶν ἀναφορῶν ἢ τῆς τῶν
 ἐπίσκοπων κατὰ βολῆν τελεθῆσθαι: καλθόμεν τοὺς αὐτοὺς κληρῶν κατὰ τὸν ὁμοίως χρόνον καὶ
 τοῖς ἀναφορῶν καὶ ταῖς ἀναφορῶν ἔστω. εἰ δὲ τῶν ἐπίσκοπων ἢ κληρῶν ἔστω οἰων
 δὴ ποτε ἐκείνους ἀναφορῶν πῶρ ἀναφορῶν, καὶ τῆς βουλήν ἀναφορῶν κατ' αὐτῶν πρῶτα:
 εἰ μὴ πρῶτα ἀναφορῶν ἢ τῆς ἀναφορῶν ἔστω τῆς ἀναφορῶν γίνονται, ἐκείνους πῶρ ἀναφορῶν.
 εἰ δὲ μὴ πῶρ ἀναφορῶν: παρὰ μόνως τοῖς ἀναφορῶν ἐπίσκοπων τῶν τῶν ἀναφορῶν, ἢ τοῖς
 παρ' ἡμῶν ἀναφορῶν τοῖς ἀναφορῶν ἀναφορῶν ἀναφορῶν ἀναφορῶν ἀναφορῶν. οἱ δὲ ἀνα-
 φορῶν ἀναφορῶν ἀναφορῶν οἰων δὴ ποτε ἀναφορῶν ἐκκλησιῶν οἱ ἢ τῶν βασιλείδων πῶρ ἀναφορῶν, ἢ
 παρὰ τοῖς μακαριώτατοις πατριαρχῶν, ἢ μὴ ἔστω τῶν ἐπίσκοπων ἐκείνους,
 μηδὲ ἔστω τῶν ἰδίως ἐπίσκοπων, μηδὲ ἔστω πρῶτα τῆς ἰδίως ἐκκλησιῶν, ἢ χρονοπικῶν,
 ἢ ἰδίως πῶρ ἀναφορῶν ἢ ἀναφορῶν ἔστω, εἰ μὴ ἀναφορῶν παρὰ τῶν ἰδίως ἐπί-
 σκοπων, ἢ οἰκονομῶν, ὡς πῶρ ἀναφορῶν. πτωικαὺν τὰς χεῖρας μόνως τοῖς παρ' αὐτῶν ἀναφορῶν
 ἀναφορῶν, ἢ ἔστω πῶρ ἀναφορῶν ἔστω κατὰ τῆς ἐκκλησιῶν, ἢ τῶν ἐπίσκοπων κατ' αὐτῶν πρῶτα. εἰ δὲ ἢ
 Α ἐπὶ πῶ

Γονικός τύπος ποδὶ ἀπόφωτος θαλάσσης, γραφὴς τῶ δομινικῶ ὄσῳ ἠδοξοτάτω
Ἐπαρχῶ τῶν πραιτωρίων. δ' ς. ρξ.



ΔΙΔΑΞΕΝ ἡμᾶς ἡ μήτηρ. ἡ ἡδὶ θαλάσσης ἐν τὸς ἐκατὸν ποδῶν οὔσα ἀπόμεις,
οὐ μόνον κατ' ἐπιπέδον, ἀλλὰ καὶ ἐκ πλάγῃσ' ὀφείλη εἶναι ἀκαυνοτόμητος. ὅσοι γὰρ
πρὸς ἴσησιν ὁ παρῶν τύπος, φυλάττων τῶν ζώωνος διατάξιν, καὶ τῶν νεαρῶν ὀρμη-
γυδῶν.

τίλος τῶν ἐν τῶ νῦν ὀρμηγομένων ἰουστινιανοῦ τῶ θεοτά-
του βασιλείως νεαρῶν διατάξεων.

Ἐτυπώθησαν δὲ σὺν θεῷ
ἐν Νορεμβόργῃ ἡτοι Νοεμῶ φου-
ρίῳ λιτομῆνῳ παρὰ τοῖς ἡ' τῶν ἰωάννου πε-
ρήτων τῶν δεξιῶν ταυτον, ἔπει ἀπὸ θεογονίας ἀφλά. ἐπι-
χρηστικῶτος δηλαδὴ ἀντίγραφον ἢ μὲ πολλῶν ἀχρηπνίας
ἐπιπονοῦτος Γρηγορίου ἀρχιεπισκοπῶν τοῦ ζουίκακας, ἀμα τὰς
π' δεύσεις καὶ ὀλιπομίας τῆς μεγαλοπρεπειότητος
καὶ λογικότητος κατὰ τῶν αὐτῶν πόλιν
βουλῆς πωλοῦτος, τοῖς τε ὀλι-
πομασίῃσ' ἢ παλαιῶν νό-
μων ἀπουσίαισ' ἐν
τούτῳ χειρὶ
ζορμένον.



καὶ ὁ δὲ τῶ δ' γ' ἢ πάνσεπτον ὄσῳ ὄσῳ.



ΠΙΣΚΟΠΟΣ χειροτονέσθω ἑσὼ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν. β. πρεσβύτερος ἢ
πό ὀνός ἐπισκόπου χειροτονέσθω, καὶ διακόνος ἢ οἱ λαῖποι κληρικῶ. γ. εἴ τις
ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος παρὰ τῶν κυρίων διατάξιν τῶν ἡδὶ τῆ θυσία, πρὸς
νεκρῶν ἐπιτάξιν τῶν ἡδὶ τῆ θυσίας, ἢ μὲν, ἢ γὰρ, ἢ ἀντί ὀνου σίκερα ἐπιπέδοντα, ἢ
ὀρμῆς, ἢ ἰσάπια, ἢ ὀσπρια, ὡς παρὰ τῶν διατάξιν κυρίου ἐπιτάξιν, καὶ ταίρεισθω, πάλιν
νέων χυδῶν ἢ σαρφλῆς τῶν καρῶ τῶ δέοντι. μὴ ὄσον δὲ ἔστω πρὸς ἀγέσθω ἡ ἐτόρον εἰς τὸ θυσίας ἡριον,
ἢ ἔλασιον εἰς λυγίαν, καὶ θυμιάμα καρῶ τῆς πρὸς σφοδρᾶς. δ. ἡ δὲ πᾶσα ὀπάρια εἰς οἶκον
ἀποσελλέσθω ἀπὸ τῆς ἑσὼ ἐπισκόπων καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τῆ θυσίας ἡριον. εἴθω
δὲ, ὡς ὁ ἐπίσκοπος ἢ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμύριζοντο τοῖς διακόνοις, ἢ τοῖς λαῖποις κληρικοῖς. ε.
ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τῶν ἐκ τῶν γυναικῶν μὴ ἐκβαλλέτω πρὸς φάσει δὲ ἄλλοι-
ας. εἰ δὲ ἐκβαλλέται, ἀφορίζέσθω. ἐπιμύριζον δὲ, καὶ ταίρεισθω. ς. ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ
διακόνος κρημικῶς φροντίδας μὴ ἀλλὰ λαμβανέτω. εἰ δὲ μὴ, καὶ ταίρεισθω. ζ. εἴ τις ἐπίσκοπος,
ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τῶν ἀγίων τῶν πάρα ἢ ἡμῶν παρὰ τῆς ἐκρινῆς ἰσημῆρας μὲν ἰουδαίων ἐπι-
τελείσει, καὶ ταίρεισθω. η. εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τῶν κατὰ λόγου τῶ
ἰδραπικῶν, πρὸς σφοδρᾶς χρομῆς, μὴ μετὰ λάβοι, τῶν αὐτῶν εἰπέτω. καὶ ἐὰν ὄσῳ ἢ, συγγνώμης
τυγχάνετω. εἰ δὲ μὴ λέγει, ἀφορίζέσθω ὡς αἴτιον βλάβης γινόμενῳ τῶν λαῶν, καὶ ἑσὼ ὀσῳ ἢ
ἑσὼ κατὰ τῶ πρὸς ἐπίσκοπος. θ. πρῶτος ἐσὼ εἰσιόντας πρὸς, καὶ τῶν γραφῶν ἀκύνοντας,
μὴ ἡμῶν ἀκύνοντας δὲ τῆ πρὸς ἐκρινῆς καὶ τῆ ἀγία μετὰ λήξει, ὡς ἀταξίαν ἐμποιοῦντας τῆ ἐκκλησίας,
ἀφορίζέσθω. ι. εἴ τις ἀκοινωνήτω, καὶ ἐν οἴκῳ, σὺν ὄσῳ, οὐτος ἀφορίζέσθω. ια.
εἴ τις καθηρημένῳ κληρικῶς ὡς κληρικῶ σὺν ὄσῳ, καὶ ταίρεισθω καὶ αὐτός. ιβ. εἴ τις
κληρικῶς ἢ λαϊκῶς ἀφορισμῶ ἢ τοῖς ἀδικητοῖς ἀπελάσθω ἐν ἐτόρον πόλει δεξὴν αἰδὼν γραμμῶντων συ-
στατικῶν, ἀφορίζέσθω ἢ ὁ δεξιῶν καὶ ὁ δεξίος. εἴ δὲ ἀφορισμῶς εἴη, ἐπιτενέσθω αὐτῶ ὁ ἀφορι-
σμῶς. ιγ. ἐπίσκοπον μὴ εἶθω κατὰ λείψαντα τῶν αὐτῶν παροικίαν ἐτόρον ἐπιπέδον, καὶ ἢ
πὸ πλεονῶν ἀνακρίσθω, εἰ μὴ τῆς ὄσῳ αἰτία ἢ ὄσῳ βλαβερῶν αὐτῶν ποιῆν, ὡς πλεονῶν πικρῶς
διωκόμενῳ αὐτῶ τοῖς ἐκείσε λόγῳ θύσε βέσας συμβάλλεσθω. καὶ ὄσῳ δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ ἡρι-
σι τῶ κατὰ λόγον τῶν κληρικῶν, ἀπολαίψας τῶν ἐκ τῶν παροικίαν εἰς ἐτόρον ἀπέλθω, καὶ πρὸς τῶ
μεταξὺ διατρίβει ὄσῳ παροικία παρὰ γινόμενῳ τῶ ἰδίου ἐπισκόπου: ὄσῳ καὶ ὄσῳ μὲν καὶ π
πευρεῖν, μάλιστ' εἰ πρὸς ἀλαστομῆνῳ αὐτῶν τῶ ἐπισκόπου αὐτῶ ἐπαλελθεῖν οὐκ ἑσὼ ἡσύνεον. ἐπι-
μύριζον τῆ ἀταξία, ὡς λαϊκῶς μὲν τοῖς ἐκείσε κρινόμενῳ. ιε. εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρὸς τῶν γρα-
νοισί, παρ' οὐδὲν λογισμῶν τῶν κατ' αὐτῶν ὀσῳ ἀρῶν, δέξεται αὐτοῖς ὡς κληρικῶς, ἀφορι-
ζέσθω ὡς διδασκαλῶς ἀταξίας. ις. ὁ δὲ σὺν γὰρ σὺν συμπαλαίσει μὲν τῶ βλάπῃσιν, ἢ πρὸς τῶ
κλι κησὶ μὲν, οὐ δυνάται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὄσῳ τῶ κατὰ λόγον τῶ ἰε-
ραπικῶ. ιζ. ὁ χρεῖν λαῶν, ἢ ἐκβεβλημένῳ ἢ ἐταίρῳ, ἢ ὄσῳ τῶ τῶν ἡδὶ σκηνῆς, οὐ δυνά-
ται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὄσῳ τῶ κατὰ λόγον τῶ ἰδραπικῶ. ιη. ὁ
δὲ ὄσῳ ἀδελφῶς ἀγαθῶν, ἢ ἀδελφῶν, οὐ δυνάται εἶναι κληρικῶς. ιθ. κληρικῶς ἐγγύσθω
διδύς καὶ ταίρεισθω. κ. εὐνούχος εἰ μὲν ὄσῳ ἐπρεσβύσθω ἀνθρώπων ἐχέτω τῶ, ἢ ἐν διαγμῶ ἀφη-
ρεῖται τῶ ἀνδρῶν ἢ οὐτως ἐφθ, καὶ ἐσὶν ἄξιος γινέσθω. κα. ὁ ἀνθρώπων ὄσῳ ἐκ τῶν, μὴ γινέσθω
κληρικῶς: αὐτοφονοῦ τῶς ὄσῳ ἐκ τῶ καὶ τῶς τῶ θεοῦ δημονογίας ἐχέτω. κβ. εἴ τις κλη-
ρικῶς ὄσῳ, ἐκ τῶν ἀνθρώπων ὄσῳ, καὶ ταίρεισθω. φονοῦ τῶς γὰρ ὄσῳ ἐκ τῶ. κγ. λαϊκῶς ἐκ τῶν
ἀνθρώπων ὄσῳ, ἀφορίζέσθω ἐπὶ τῶ. ἐπίβουλος γὰρ ὄσῳ τῶ ἐκ τῶ ὄσῳ. κδ. ἐπίσκοπος, ἢ
πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ὄσῳ πρὸς τῶ, ἢ ἐπὸς τῶ, καὶ κλοπῆ ἀλόν, καὶ ταίρεισθω, ἢ μὴ ἀφορίζέσθω.
λέγει ὄσῳ ἢ γραφῆ, οὐκ ἐκδικήσεις δις ἡδὶ τῶ αὐτῶ. ὁμοίως καὶ οἱ λαῖποι κληρικῶ τῆ αὐτῆ αἰρεσει
ἑσὼ ὄσῳ. κε. τῶν εἰς κληρῶν πρὸς ἐκ τῶν ἀγίων, καὶ ὄσῳ μὲν βουλομένων γα-
μῶν ἀναγνώσας ὄσῳ ἀλλοῖς μόνον. κς. ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διακόνον τῶ ὄσῳ πρὸς
αὐτῶν ἀμύριζοντας, ἢ ἀπίστω ἀδικητῶν, ὄσῳ τῶ τῶν φροβῶν δέλονται καὶ ταίρεισθω πρὸς τῶ
τομῶν, οὐδὲ μὲν γὰρ ὁ κύριος ὄσῳ ἢ μὲν: ἐδίδαξε. τῶ κατὰ τῶν δὲ αὐτῶ τῶ τῶ ὄσῳ οὐκ ἀπέτυπῆ, λαῖ-
πομῶν οὐκ ἀντελοιδόσθω, πᾶρα οὐκ ἢ πείλῳ. κζ. εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διά-
κονος καὶ ταίρεισθω: δικαίως ἡδὶ ἐκ λημῶσιν φρονέοις, το λημῶσιν δέσθω τῶς τῶ ἐγγεγραμῶσιν
αὐτῶ λητοργίας: παντάπασιν ἐκ τῶ ὄσῳ τῶς ἐκκλησίας. κη. εἴ τις ἐπίσκοπος, ὄσῳ ὄσῳ

καὶ μὴ ἀπαντήσῃ καὶ ὁμολογήσῃ, ἢ ἐλεγχέῃ: ὀρίζεσθαι δ' ἐπιτίμων. εἰ δὲ καὶ λούμηνος μὴ ἔσται
 κούσῃ: καλεῖσθαι δὲ δυνάτον, διποσελλομένων ἡδὲ αὐτὸν δύο ἐπισκόπων. ἐὰν δὲ καὶ οὕτως κατεφρονή-
 σαι μὴ ἀπαντήσῃ: ἢ σαῦδος ἀποβαλέσθαι κατ' αὐτὸν τὰ δοκίμια, ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνῃ φυροδι-
 κῶν. οὐδ'. εἰς μάρτυριαν τῶν κατὰ ἐπισκόπου αἰρετικῶν μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ μὴδὲ πρὸς
 εἴνα μόνον. ἡδὲ σάματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μάρτυρων σαθῆσεται πᾶν ῥήμα. αἰ. ὅτι οὐ χρὴ
 ἐπίσκοπον τρεῖς ἀδελφῶν, ἢ ἕνα, ἢ ἑτέρω συγγενεῖ χειρίζεσθαι παθεῖ ἀνθρώπων. οὐ γὰρ τῶν τῶ θεοῦ
 ἐκκλησιῶν ἕως κληρονόμοις ἀφείλη πέναι. εἰ δὲ ἕς ἕτερο ποιήσει: ἄκυρος μὲν τῶν χειροτονία, αὐτὸς
 δὲ ἐπιπυμάσθαι ἀφορισμῶ. οὐδ'. εἰ τις ἀσπίρος ἢ ἕν ὀφθαλμῶν, ἢ δ' σκέλος τῶν πληγ-
 μῶν, ἄξιός ἐστιν ἐπίσκοπος γινέσθαι. οὐ γὰρ λυθὲν σάματις αὐτὸν μαίνη, ἀλλὰ ψυχῆς μολυσμός.
 οὐδ'. κωφός δὲ ὢν ἢ τυφλός, μὴ γινέσθαι ἐπίσκοπος. οὐχ' ὡς βεβλήμενος, ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ
 ἐκκλησιαστικά περιμποδίσοιτο. οὐδ'. εἰ τις σαίματα ἔχῃ κληρικός μὴ γινέσθαι, ἀλλὰ μὴ
 δὲ τοῖς πρὸς σαῦδος. καθαρθεῖς δὲ προσδέχεσθαι, καὶ ἐὰν ἄξιός γινέσθαι. οὐδ'. τὸν
 εἰς ἐνίκου βίου προσελθόντα ἢ βαπτισθέντα ἢ ἐκ φάλου διαγωγῆς, οὐ δικαίον ἐστὶ περιποιεῖται προ-
 χειρίζεσθαι ἐπίσκοπον. ἀδικον γὰρ ἔν μὴδὲ προπεύραν ἐπιδείξι μὲν ἐτέρων εἶναι διαδίσκαλον. εἰ
 μὴ πον κατὰ θεῖαν χάριν ἕτερο γίνεσθαι. π'. εἰ πομὴν ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον
 καθιεῖναι ἐκ τῶν εἰς δημοσίαν διοικήσεις, ἀλλὰ προσευκαίρεν ταῖς ἐκκλησίας καὶ σ' χρείαις. ἢ πε-
 ὄντων οὕτω ἕτερο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαρθεῖσθαι. οὐδεὶς γὰρ διώχεται διὰ κυρίοις δουλοῖν κατὰ κυρικῶν
 πρᾶξιαν. π'. οἰκέτας ἐς κληρονόμους προχειρίζεσθαι ἀπὸ τῆς τῶν διαποτῶν γῶμης,
 ἀναφορῆς τοῦ τοῦτον ὀργάζεσθαι. εἰ δὲ ποτε καὶ ἄξιός φανεῖν ὁ οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμῶν, οἷος
 ἢ ὁ ἡμέτερος οἰκισμὸς ἐφανῆ, ἢ συγγενήσονται οἱ διαποτῶν, ἢ ἐλευθερώσονται. καὶ τῶ οἴκῳ ἴστα ποτε-
 λούσι: γινέσθαι. πβ'. ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διακονος στρατεία ὀφθαλμῶν καὶ βου-
 λόμηνος ἀμφοτέρω κατέχειν, ῥωμαϊκῶν ἀρχῶν, καὶ ἰδραρχικῶν διοικήσεων: καθαρθεῖσθαι. τὰ γὰρ τῶ
 καίσαρος καὶ καὶ τῶ θεοῦ θεῶ. πγ'. ὅστις ὑβρίσει βασιλέα, ἢ ἀρχόντα τῆς ἡμετέρας
 πινύτω καὶ εἰ μὴ κληρικός καθαρθεῖσθαι. εἰ δὲ λαϊκός, ἀφορίζεσθαι. πδ'. ἔστω πᾶσιν ὑμῶν
 κληρικοί καὶ λαϊκοὶ βιβλία σβάσμια ἢ ἄλλα τῆς μὲν παλαιᾶς διαθήκης Μώσῳ πεντε, γένεσις,
 ἔξοδος, λυθίπκων, ἀριθμοί, δευτερονομίον. ἰησὺ ἡοῦ Νουῦ καὶ κ'. κριτῶν κ'. ῥ. ἢ κ'. βασιλῶν τέσσαρα,
 παραλαπομῶν τῆς βίβλου τῶν ἡμετέρων δύο. ἔστη κ'. μαχαβαϊκῶν τέσσα. ἰωβ κ'. ψαλτήριον κ'. σο-
 λομώντος τέσσα, παροιμίαι ἐκκλησιαστικῆς, ἄσμα ἄσματων, προφητῶν δεκά δύο. κ' ἡσαι. υ'. ἰδρεμίον
 κ'. ἰεζεκίηλ κ'. δαυιδ κ'. ἔξωθεν δὲ προσστερέσθαι ὑμῶν μανθάνῃ ὑμῶν ὅδ' νεῖος τῶν ἑσθίων τῶ
 πολυμαθῶν Συράχ. ἡμέτερα δὲ πεντ' ἐστὶ τῆς καινῆς διαθήκης. εὐαγγέλια τέσσαρα, ματθαίου,
 μαρκίου, λουκά, ἰωάννου. φάλου ἐπιστολῆς δεκά τέσσαρες. πέντε ἐπιστολῆς δύο. ἰωάννου κ'. εἰς. ἰακώ-
 βου μία. ἰουδά μία. κλήμντος ἐπιστολῆς δύο. Ἐὰν διαταγαί ὑμῶν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμῶν κλη-
 ρικῶν οἱ οὐκ τῶ βιβλίοις προσεφρονήμεναι, ἀς οὐ δι' δημοσίην ἡδὲ πάντων εἶναι τὰ οἱ αὐταῖς μν-
 στικά, καὶ αἱ πρᾶξις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.

τέλος τῶν ἀποστολικῶν κανόνων.

NOVELLARVM CON-

STITVTIONVM IVSTINIANI PRINCIPIS POST

repetitam Codicis prælectionem editarum liber, Grego-
rio Haloandro interprete.

DE HAEREDIBVS ET FALCIDIA. Constitutio I.

Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem præ-
toriorum præfecto, iterum ex consule & patricio.



MNI CVRARVM GENERE NOBIS CIRCA rem publicam occupatis, neq; de re parua cogitatione instituentibus, sed quomodo hinc Persæ mansuescant, hinc Vandali cū Mauritanis obediant, hinc Carthaginenses pristinam nobis libertate acceptam referant, quasiq; nunc primum in ditione Romani nominis redacti inter subditos perseuerent, id quod usq; adhuc nondum Deus Romanis, nisi sub nostro imperio concessit: confluunt etiam ex quotidiana subditorum nostrorum ad nos relatione curæ de rebus priuatis. quarum cum unicuiq; singulatim conuenientem formam damus: tum uero quæ per partes crebriore indigent auxilio, possuntq; cõprehensa lege in commune omnibus, quatenus opus habet, adferre utilitatem: ea si & legibus includamus, & subditis nostris tradamus, ut suapte natura usui sint, neq; semper principum iustiones desiderent, operæ nos precium facturos arbitramur. Assidue certe nos obturbant, qui de legatis relictis, non tamen præstitis, item de libertatibus, de cæteris deniq; rebus nos adeunt, eo quod hi quidem adsignata hæreditate dari aliquibus fieriue quid præceperunt, illi uero & bona impudenter appetunt, eaq; ad se recipiunt, neq; iussa tamen perficiunt: quantumq; à ueteribus legumlatoribus proditum sit, conuenire, ut morientium dispositiones, quæ cunq; legibus non repugnent, omnibus modis impleantur. Quoniam uero ea de re cõscriptas leges magna iam ex parte neglegenter habitas inuenimus: & reparari eas oportere putauimus, & tam uiuentibus illarum beneficio præstare securitatem, quam defunctis debitum inde honoris & officium persoluere. **PRINCIPIO** igitur illud considerandum, quod his, qui testameta condunt, partim lex necessitatem imponit, ut certam bonorum partem certis personis attribuant, perinde quasi ea iure quodam naturæ illis debeatur: quo in genere censentur filij & nepotes, patres & matres, interdum etiam fratres, & si quid præterea personarum inter eos, qui uel ex nobis sunt, uel ex quibus nos sumus, leges enumerarunt: partim nulla imminet necessitas dandæ bonorum suorum partis, sed spontanea existit liberalitas, quæ ex uoluntate testatoris ad quoduis porrigatur. His ante à nobis definitis: sancimus, ut his, qui uel hæredes ab aliquibus scripti sunt, uel fideicommissa (siue ea uniuersorum bonorum, siue specialia sunt) aut legata meruerunt, omni modo necessitas incumbat implendi eius, quod testator, aut qui legato eos honorauit, constituit: modo quod iniunctum est, legitimum sit, nec ulla id lex prohibeat, aut ut maxime honoratus facere omittat, ratum nihilominus fore expressis uerbis demonstrat. Si quis autem quod à testatore dispositum est, non impleat, sed dum quod iussus est, facere recusat, decreto iudicario admonitus, per integrum annum ea, quæ honorato relictis nomine competunt, extraxerit: si quidem ex illorum numero est, qui necessariò aliquid lege capiunt, in maiorem autem partem, quam lex requirit, hæres scriptus est: tantum capiat duntaxat, quantum illi in rationem trientis iure successio- nis ab intestato lex dari concedit. quod reliquum est, id totum auferatur. & si quidem alij hæredes scripti existunt, ad crescat illis pro ea parte, quæ cuiq; in institutione attributa est.

Quod si nemo alius hæres existat, aut qui scripti sunt, hæreditate forte nõ adeunt: tunc quod aufertur, adijciatur reliquis rebus, neq; non legatarijs, fideicommissarijs, & seruis libertate donatis copia fiat ad eundem & adquirendam eius hæreditatis: ut tamen modis omnibus imperata faciant, uidelicet cautione prius ab eis præstanda, prout uel rerum uel personarum ratio admiserit, omnia se perceptis rebus facturos, quæ testatores recte uoluerint. Enim uero si nemo eorum, quorum in testamento habita est mentio, hoc est neq; cohæres, neq; le-

gatarium, neque fideicommissarius, neque seruus libertate donatus, adire uoluerit: tunc post eum, qui scriptus quidem haeres, in legitimam uero duntaxat partem per hanc legem conclusus est, ad alios, quos ab intestato lex uocat, bona deferantur: ut consimiliter cautionem dent se completuros, quae testamento sunt comprehensa. Inordinati autem uel confusi aliquid admitti ne in hac quidem parte uolumus: sed ut quisque post eum, qui nostra iam lege exclusus est, prior ex ordine uocatur, ita & uocetur prior, postea qui eum sequitur, & deinceps, donec qui postremus relinquitur, locum faciat uel alicui externo adire uolenti & relicta exsequi, post quos etiam fiscum (si uoluerit) ponimus. Eundem etenim ordinem in legatariorum quoque ac fideicommissariis esse uolumus: ut prius ad eundem copia detur fideicommissario uniuersorum bonorum, aut plures cum sunt, ei, qui maiorem portionem habet: quandoquidem imitatione propemodum haeres existit, praesertim nobis imperitantibus, qui Pegasiani SEN. consulti ambages exosi explodentesque, soli Trebelliano in huiusmodi fideicommissis locum dedimus. Quod si uel nemo existat, qui uniuersitate bonorum honoratus sit, uel is, quod testator iussit, exsequi recuset: ad eos huiusmodi facultas transeat, qui maioribus specialibus legatis uel fideicommissis honorati sunt. Eoque modo seruis etiam libertate donatis tempus & facultas dabitur ad eundem hereditatis, & libertatis sine ulla interpellatione obtinenda, & percipiendorum bonorum, & iussa testatoris perficiendi, cum cautione, ut praediximus. Quod si nemo legatarius uel fideicommissarius existat, qui per uniuersitatem bonorum, aut etiam specialiter maiore portione uel legato honoratus sit, sed parem omnes fortunam obrineant: tunc ea ratione, quam ante exposuimus, item uniuersales fideicommissarii, aut qui ex illis quod praecipuum est, uult exsequi, caeteris praefertantur. Reliqui uero legatarii uel fideicommissarii, qui nihil inter se legato differunt, uel ad unum omnes, si uolent, uel quotquot ex illis uolent, uocentur. Si neque legatarius quisquam, neque fideicommissarius hoc in se receperit: damus facultatem seruis, qui libertate donati sunt, ut eo ordine, quo dominus quosque nominauit, praerogatiuam inter se habeant. Atque haec quidem omnia sancimus, ubi necessaria quaedam datio in quempiam eorum, quibus natura aliquid ex testatoris ac defuncti successione debetur, subest. **SI UERO** nulla huiusmodi persona in institutionibus subsit, sed spontanea liberalitatem testator in nouissima sua contulerit, deinde scriptus haeres intra tempus ante a nobis dictum, imperata non faciat: auferantur illi quidem, quae relicta sunt, ut neque occasione Falcidia, neque ulla alia de causa quidquam possit capere. Similiter autem cum superioribus & ea obtineat, ut si quidem cohaeredes adfuerint, hi ipsi uocentur, deinde ad fideicommissarios, & legatarios, & seruos, & omnes adeo, qui ab intestato succedunt, eo ordine, quem paulo ante adsignauimus, bona perueniant, ubique adnexo onere implendi ea, quae (ut praediximus) testator legibus conformia praecipuit. Si uero institutio praeterea substitutionem habuerit: nemini dubium, quin prius (si uelit) ad substitutum, qui ad legis praescriptum omnia legata praestet, bona peruentura sint. sicque illo non uolente: tunc secundum obseruationem a nobis dictam, ablata accedant cohaeredibus, legatariis, seruis, successoribus ab intestato, item extraneis, & fisco, qui per omnia legitimas defunctorum uoluntates exsequantur. propterea enim ad tam uaria successio generum respeximus, ne cuius defuncti haereditas non adita caduca fiat. Exhaereditatos uero liberos, si iuste a patre exclusi sint, nihilque ex uoluntate patris habeant, neque uocamus, neque admittimus, etiam si plus milies uelint. Vna enim haec est legum intentio, ut quae defuncti constituerunt, impleantur. Eum enim, quem defunctus ipse a substantia sua abigit, quomodo iustum fuerit uocare ad res, quarum ille eum per exhaereditationem expresse contra ipsum factam participem esse noluit. Quod uero eam partem, quae auferitur defuncti uoluntatem non implenti, prius ad substitutos, mox ad cohaeredes, & exinde ad legatarios & fideicommissarios, necnon & seruos deduximus, eoque pacto ad eos, qui ab intestato uocantur, & extraneos, ac fiscum deuenimus: non id absurde, neque temere, neque quod quinquam decorum latuerit, sed prouidentia quadam singulari & ex sententia legis factum est, ut decursis primum omnibus personis testamento comprehensis, tum demum ad successionem ab intestato & caeteros perueniremus. In omnibus autem casibus, in quibus cum supra scripti uoluntate testatoris non implent, personas uel ex testamento, uel ab intestato, uel etiam caeteros uocamus: permittimus uniuersis eiusmodi personis, ut & haeredes fiant, & aditionis siue pro haerede gestiois (quae legis uocabula sunt) ius habeant, omniaque ut haeredes gerant, siue conueniantur, siue alios conueniant: id, quod propria autoritate uetustissimae etiam leges praestabant, facientes haeredes eos, qui neque haeredes scripti fuerant, neque ab intestato ad haereditatem uocabantur.

cabantur. His omnibus obtinentibus, etsi non ab haerede, sed a legatario, uel fideicommissario, uel qui mortis causa quid percepit, dari quippiam fieri uel testator uoluerit: eodem ordine seruato & ablatarum rerum occasione, ut a substituto quidem legatarij incipiat, desinat uero in fiscum. Neque quisquam legi huic indignetur, si talibus quodammodo relictis priuetur: sed animo reputans, quod omnibus omnino hominibus uitae finis mors sit, non tantum spectet, quid ipse ab alijs accipiat, sed potius recogitet, quod & ipse moriturus alijs mandata dabit: & nisi ab hac ei lege auxilium feratur, nihil eorum, quae uel summo cum studio praeeperit, ad effectum perueniet. neque enim his tantum, qui uel sub imperio nostro, uel hoc tempore homines uiuunt, hanc legem proferimus, sed omnibus etiam post currentibus seculis. **HINC NOS** cura & cogitatio quaedam legis Falcidia subijt, quae uel inuitis testatoribus, si patrimonium legatis consumant, haeredibus permittit retinere, quantum illis ad trientem uel semissis bonorum efficiendum satis sit. tamen enim pugna contra testatoris uoluntatem hac parte suscipi uidetur, lege tamen permittente id factum defenditur. Sancimus igitur (ubi que enim sustentanda nobis defunctorum uoluntas est) ut haeredes, si eius legis beneficio uti uelint, incontaminatam legi autoritatem conseruent, neque ob ea forte, quae uel subriperint, uel dolo interuerterint, conentur Falcidiam introducere, quae ne utiqua competita sit, si nihil dolo malo egissent interuertissentque. Fiat igitur ab haerede, qui metuit, ne quando post res alienum detractum solutaque legata Falcidiam habiturus non sit, inuentarium eo modo, intraque ea tempora, intra quae antea, cum haereditariis oneribus usque ad relictum patrimonij modum redactis, homines damno, quod ex aditionibus in bonis proprijs experiebantur, exemimus, id ut fieret, lege lata determinauimus: illo solo adiecto, quod huiusmodi haereditatem, qui non tantum creditores, sed etiam legatarios ueretur, metuitque non tantum ne quid damni accipiat, sed etiam ne careat lucro, scire oporteat, oes omnino legatarios & fideicommissarios, quotquot in ciuitate praesentes sunt, assumendos esse, aut certe qui uicem eorum gerant, si forte uel personarum natura, uel dignitas, uel qualitas, uel aetas, uel etiam quauis necessitas facultatem illis in conficiendo inuentario absentiae praebet. Si qui uero abfuerint: eius rei testes ex fide dignissimis in ea ciuitate hominibus, quique ibi rem soli possideant, nec male existimationis sint, non pauciores quam tres accedant (quod enim ad eam rem pertinet, tabularijs solis fidem non habemus) coram quibus inuentarium fieri conuenit: quo magis redeuntibus aliquando legatariis, & forte que rentibus subtractum esse quid rerum, aut in inuentario non expressum, integrum sit non solum per quaestiones & tormenta seruorum (permittimus enim & hoc sane, ut tamen obseruentur, quae a nobis antea de seruilibus tormentis dicta sunt) sed etiam iureiurando tam haereditis, quam testium, qui se actis adfirmant interfuisse, spectasseque, quae tunc gerebantur, neque conscios esse ullius ab haerede perpetrati maleficij, rem ipsam inquirere, & ueritatem de his, quae mortis tempore testator in bonis habuit, inuenire: nisi forte praesentes legatarij uel omnes, uel quidam ex ijs testato conuenti, uenire & conficiendo inuentario adesse noluerint. tunc enim impune fuerit haeredi, si uel legatariis non accedentibus, testium praesentia contentus, inuentarium faciat: reposito nihilominus & istis legatariis tam haereditis iureiurando, quam seruorum tortura. Atque his omnibus obseruatis, beneficium habeat Falcidia. eo enim pacto neque legem tantopere in nostra usque tempora probatam minuere, neque defuncto iniuriam facere uidebitur. Nam si omnino cupit aliquos sibi haeredes existere, & ex successione sua consolationem percipere, seque sufficientes facultates possidere arbitratur, nec rei ueritas id ostendit: perspicuum est, non contrarietatem id cum uoluntate defuncti fore, sed potius dementiae illius purgationem. Enim uero si inuentarium ea forma, quam diximus, non fecerit: non retinebit Falcidiam, sed legatariis & fideicommissariis satisfaciet, tamen si legatorum praestatio pura substantiae defuncti modum excesserit. neque hoc dicimus, quod legem nostram infirmemus, quam de eo tulimus, ne quid per creditores damni haeredibus adferatur in rebus suis, praestabit enim illis, ut poenam suae improbitatis luat, ex eo quod leges transgressus sit, cum licuisset illi caute omnia agenti non solum nihil sentire damni, sed etiam per contrarium ea, quae lege Falcidia deferuntur, lucrifacere. **Hec autem dicimus, ubi errans testator de sua substantia hoc agit, aut forte cum debuisset etiam ampliore quantitate haeredi relinquere, pro minore disposuit. etenim etiam hoc errantis sententia est, et non pura et integra designationis. Si uero expressim designauerit, non uelle haereditatem retinere Falcidiam: necessarium est testatoris ualere sententiam, & aut uolentem eum parere testatori, forsitan etiam quaedam iuste & pie relinquenti, lucrum non in percipiendo, sed solummodo pie agendo habentem: aut si noluerit, eum recedere quidem ab huiusmodi institutione, locum uero fieri (sicut dudum praediximus) substitutis & cohaeredibus,**

et fideicommissarijs, et legatarijs, et seruis, et ijs, qui ab intestato ueniunt, et alijs, secundum prius a nobis inueniam in talibus uiam. Non dabimus aut heredi, exacte patrimonij modum noscenti, licentiam, ut alijs quidem protinus ab initio integra legata soluere, ipsamque testatoris uoluntatem plene conseruare (id, quod etiam constitutiones nostrorum antecessorum dicunt) alijs uero partem detrahare uelit, & ita partim testatoris uoluntati satisfacere, partim eam minuere: sed ut is, qui circa substantiae quantitatem nihil omnino errauerit, & statim atque cognouit, testatoris uoluntatem secutus sit, per omnia eam exsequatur, neque poenitentia abducatur ad deteriora. neque enim hoc esset pure sequi. Sed neque illis, qui cum initio pernoscerent, inconsiderate tamen soluerunt, permittimus, ut percipientibus post deinde negociu facebant, cupiantque, quod soluerunt, ab ijs recipere. conuenit enim, ut consiliu ante facta capiatur, tum demum agatur, non autem quod recte feceris, reuocare in ignorantiam, nisi iusta aliqua id causa introducat, puta si quid praeter opinionem emergat, quod patrimonium deminuat, & repetitioni locum faciat. Illud quoque prospeximus, ne tempus in eiusmodi quaestionibus in longum producat. Sancimus enim, ne qua huiusmodi quaestio aut controuersia anni spaciū excedat: necessitatem heredi imponentes, ut omnino ab adita hereditate intra annum & legata soluat, & a testatore relicta pro cuiusque rei natura praestet, oia denique faciat, quae supra diximus. Ac quemadmodum iam ante diximus, anno initium damus ex admonitione iudicario decrero facta. nam si culpa heredis annus praetereat: tunc & ipse relictis excidet, & alij ad ea perueniet, quos antea uocauimus. Pupillis sane, & aetate minoribus lex nostra nihil praui dicat. nam si quid ex causis a nobis enumeratis damni acceperint, duplici porum tur auxilio, tum ut restitutionem in integrum petant, tum ut curatores neglegentiae condemnent. Sed neque patronorum successiones excipimus. nam & illic legitima illis portio ne, quam nos definiuimus, conseruata: si quid illis ultra hanc relictum sit, & a libertis rogati, ut quippiam praestet, deinde id facere recusent: sancimus, ut idem ordo obtineat, quem sub initia sacrae huius constitutionis protulimus: nempe ut legitima quidem portio in talibus apud eos salua & incolumis permaneat, reliqua uero ea uia procedant, quam modo in huiusmodi casibus aperuimus, maxime postquam in ea constitutione, quam de iure patronatus tulimus, libertinorum successiones quodammodo ad instar ingenuorum redigimus. Quonia uero duplex ratio testamentorum existit, ut uel in dispositionem scripto comprehensionem de feratur, uel in uoluntatem sine scripto consistentem: omnia haec eodem modo & ex aequo obseruari, tam in testamentis absque scripto consistentibus, quam in uanis ultima uoluntate & persona sancimus, siue ea priuata sit, siue militaris, siue sacerdotalis, siue ex regio comitatu, siue qualiscumque tandem. in uniuersum enim omnibus hac legem hominibus communem ponimus. Haec nos pro communi omnium hominum utilitate scripsimus, ut tam uiuentes ijs, quae relicta sunt, persequantur, quam etiam hi, qui moriuntur, alacrius de uita discedant, sanctentes fore, quod ipsis sepultis lex opem adferret, & simul quae illi imperarint, ad effectum deducet. Quamobrem cum haec ad communem omnium hominum utilitatem tendant: si ent quidem hic ab excellentia tua edicta, quae omnibus uim legis declarent, dirigentur autem & per omnium gentium prouincias, tam quae pridem Romanorum ditioni fuerunt subiecti, quam quae per nos nuper diuino beneficio acceperunt. Sed & qui per metropoles principatum obtinent, accipientes ea, quemadmodum lege iam a nobis expressa sunt, per singulas ciuitates transmittent, nemocumque erit, qui eam legem non percipiat, quae neque in paupertate quencumque uiuere, neque cum animi anxietate uitam finire sinat.

NE MULIERES, QVAE NUPTIAS ITERANT, ELECTIONEM habeat, in quem filiorum donationem ante nuptias conferant. de quibus alijs capitulis. Const. II.

Imp. IUSTINIANVS A. Hermogeni gloriosiss. magistro sacrorum officiorum, ex consule, & patricio.



ante nos legislatoribus Romanis coninuum legislationis occasionem emergentium causarum dabat uarietas, & nos oem partem legislationis ordinantes reipublicae, cunctam penes correctionem aliquando quidem pro egentium interpellationibus, aliquando uero in iudicialibus quaestionibus celebrauimus, & multas leges hinc subiectis nostris conscripsimus. quale est, quod etiam nunc emergens ad hanc nos uocauit legem. Gregoria enim supplicauit, dicens habuisse se dudum uirum, & duos fecisse filios masculi & foeminae

& foeminam, & extulisse quidem maritum, plurimocumque a filio excepta fauore, aestimauit oportere, ne relinqueret eum sine remuneratione, nec extra competentem honorem dimitteret. Igitur antenuptiale donationem. licet non ueniens ad uota secunda, tamen restituit & dedit filio, qui non tamen uiuens ei permansit, sed abiit ex hominibus. antequam ad secundas uenire uellet nuptias mater. & lex tam antiqua, quam nostra uocauit ambas, & filiam & matrem ad minoris successionem. Et siquidem in prioribus mater nuptijs permansisset, nulla quaestio fuerat. sed illa quidem ad uirum descendit, secundum uolum fructum, qui fuerat, omnem habens antenuptialem donationem. licet enim eam etiam omnem donauit, ut usus quidem apud eam remaneret, proprietate autem fieret apud filium. Omnem uero proprietatem filia percipere minabatur, non secundum quantum haeres erat fratris, sed secundum quantum pater dederat matri, dicens nullam fiduciam habere matrem ad secunda uota migrantem, proprietatem habere donationis quacuque ratione. Verum mater nequaquam hoc antenuptialem esse donationem omnino affirmabat, sed permixtam iam rebus filij, & tanquam hereditatis, non autem tanquam donationis existentis, competere ei sex uicium & proprietatem & usum fructum. Et non solum hoc dubitabatur, sed etiam de ipsa hereditate fratris contra eam filia reluctabatur, matre quidem petente eius hereditatem pro media parte, secundum quam eam nos ad hereditatem filij uocauimus una existente sorore, moriente uero filio cum ea uocata: filia uero obtinere hereditatem fratris ualde fortiter ex prioribus sanctionibus insistente, & dicente, quia mater, siquidem ad secundas nuptias non uenisset, recte uindicaret hereditatem filij. uenientem uero ad uirum alium omnino priuari his, quae ex paterna substantia filius acquisiuit: quia si post secundas nuptias filius mortuus esset, undecumque acquisita est ei substantia, ipsa esset domina, haec constitutionibus ambabus uolentibus, quae talia discernunt. Mater quidem ualde crudeliter habere constitutiones illas, & dignas clementia nostrorum temporum affirmabat. ueruntamen uita est a nobis posita constitutione, dicens hac non subdi constitutionibus prioribus, atque matres quidem nondum ad uirum secundum uenientes cum filijs uocari, quae uero secundis copulantur nuptijs, ne quaquam. Hic autem etiam aliquid adesse peregrinum. se enim in filium largitatem conferentem occasione electionis rursus de donatione potius recepisse uideri, quam sic simpliciter lucrum irrationabile habere. Haec nos diu perscrutantes, & oem talium electionum & hereditatum contemplationem considerantes, oportere credidimus, omnino super his scribere legem, secundum quam & praesens quaestio suscepit terminum. Prospeximus itaque non consulum hoc de electionibus in discretumque relinquere, sed huiusmodi dare ordinem causae, & matre semel ad secundas nuptias ueniente, uolum mox tantummodo ante nuptialis donationis (filiorum proprietate manente) eius fieri, & nullam esse licentiam matri alios quidem filiorum eligere, alios autem exhonorare, quoniam omnibus simul secundis nuptijs fecit iniuriam. Quapropter & in praesenti proprietate antenuptialis donationis tota ad filiam ueniet, usu apud matrem, donec uiuet, seruando. Et secundum nostram constitutionem, siquidem mater praemoriatur, filiae tota antenuptialis donatio competit. si uero filia: manet quidem apud matrem lucrum ex pacto non existentium filiorum, reliquum uero erit filiae, & moriens hoc transmittet ad suos haereditas, qui ex lege uocantur. Hoc autem quod, sit quidem semper, expressim uero nondum lege determinatum eum, hoc ad melius incrementum & interpolationem damus huic legi. Nam si non filio forte, sed alicui extraneo, mater adhuc secundas non experta nuptias, partem quandam antenuptialis donationis, aut aliquam rem ex ea, uel totam donet, aut per alium forte alienum modum, deinde ad maritum ueniat secundum: palam est, quia superuenientibus secundis nuptijs alienatio euacuatur, nec hoc omnibus modis, sed in suspensio & alienatio & euacuatio maneat. nam si manserint superstitibus filij: euacuabitur omnino quod factum est, lege proprietatem antenuptialis donationis ad filios deducite, & non respiciente muliere, si quid egerit in laesionem filiorum. Si uero praemorianatur matri omnes filij: erit contractus firmus non in totum, sed secundum pactum non existentium filiorum (quod nos introduximus primi, & statim nuper de hoc scribentes legem) secundum quandam quidem partem erit contractus firmus, secundum quandam uero infirmus apparebit: hoc est, secundum hoc quidem, quod permanet apud matrem occasione pacti filiorum non existentium, ualebit: secundum hoc uero, quod transmittitur ad filij successores, infirmus erit. & si mater sola filio succedens ueniat, omnis contractus rursus firmus erit. Quonia uero contra binobis poenae communes & uiri sunt & mulieris, ille quidem in dote ad secundas ueniens nuptias periculum sustinebit, haec autem in antenuptiali seu propter nuptias donatione, & haec lex in utraque sit posita persona. haec & de electione & alienatione & lucro sancimus. CVM IGITUR reliquum sit cogitare de hereditatibus filiorum, pro quo etiam praesens est dubitatio: oportere credimus generali lege, & praesentem quaestionem dirimere & determinare, & in futuro mouendis omnibus dare decisionem. Et sancimus alias res post antenuptiale donationem ad filios uenientes, siquidem filius masculus aut foemina forte testetur, secundum legem uenire ad scriptos haereditas: hic matre non prohibita scribi a filio haerede, sed etiam contra testamentum ei datis allegationibus, si forte filius ea praetermiserit, aut irrationabiliter exhaereditata fecerit. Si uero intestatus decesserit, referuans illius partem: siquidem habuerit filios proprios, ad filios uenire. sin autem non habuerit quidem filios proprios: sit fratrum uocatio & matris una cum fratribus (secundum quod a nobis sancitum est) ad hereditatem uenientis, & eam firme habentis, siue ad secundas uellet uenire nuptias, siue non. Nec enim maiores poenas aduersus mulieres, quae ad secundas ueniunt nuptias, facimus, neque ex hoc eas ad necessitatem deducimus amaram & nostrorum temporum indignam, ut metuentium nuptiarum (licet secundae sint) ab his quidem abstineant, & descendant ad quosdam interditas permixtiones, & forsitan etiam ad seruatorum corruptiones, & quonia non licet legaliter caste uiuere, contra leges luxurientur. Nequaquam igitur ualere uolumus, neque agnoscimus uel in quinto libro Codicis positam nostrae pietatis constitutionem discernentem de hereditatibus filiorum, quos matres ad secundas nuptias uenientes uiderunt praebentes; uel in sexto libro eiusdem conscriptionis sub

Antenuptiali
donatio

Pulchra contra
prohibentem secun-
das nuptias

titulo ad SEN. CONS. Tertullianum, quae de mulieribus disputat secundis quidem nuptiis iunctis, ante secundam in copulationem filios amittentibus: sed uocet ad filij haereditate modis oibus mater cum fratribus, & hanc habeat firme, nihil ex secundis laedenda nuptiis. Quod & in subiecta quaestione, quae legem hanc mouit, obtineat, & mater una cum filia succedat haereditati, aut etiam succedens hanc irre fragabiliter habeat, nihil ex spe secundarum laedenda nuptiarum, sed domina eiusdem haereditatis cum filia absolute consistens. Optimum itaque est, atque laudabile, & dignum oratione, ut mulieres ita se honeste tractent, quatenus quae semel ad uirum uenerunt, seruent inuiolatum morientium torum. Eiusmodi mulierem & miramur pariter, & laudamus, & non procul a uirginitate ponimus.

Sin autem non uoluerit, & cum forsitan iuuentus hoc non patiat, nec possit contra feruore naturae resistere: non est torquenda propter hoc, nec interdiciendae sunt ei communes leges, sed ad uiri alterius ueniat nuptias honeste, & omni luxuria abstineat, & fruatur successione filiorum. Sic enim eos adhuc amplius diligit, & non quasi quosdam odibiles respiciet poenis subdita amaris. Sicut enim patres si ad secundas ueniunt nuptias, non fraudamus filiorum suorum successione, nec quaelibet est lex aliquid tale dicens: sic neque matres priuabimus filiorum successione, si matres ad uirum ueniant secundum, licet ante nuptias secundas aut post secundas filij moriantur. Alioquin ex absurditate legis, licet praemorianur filij omnes, non relinquentes filios aut nepotes, nihilominus supplicium manet: & non succedit eis mater, nec si sine filijs moriantur, sed inhumane ab eorum expellitur successione, frustra quidem pariens, frustra simul & nutriens, propter legales nuptias subiecta poenis: & succedent quidem illis aliqui ex longa cognatione, mater autem irrationabiliter expellitur. Quapropter & ipsa succedat filijs, & sit haec lex clemens & mitis, matres filijs concilians.

Colligentes igitur huius legis partem, sancimus, quia matrem (secundum quod iam dudum diximus) assimilamus patri, in ante nuptiali donatione. & ipsam sustinere quidem poenas, sicut sustinet pater in dote. in haereditate autem filiorum sine tergiversatione ueniat & pater & mater secundum subiectas utriusque casui quaestiones. Proinde quod patres habent, siue ad secundas uenientes nuptias, siue non: hoc etiam matres habeant, uoceturque mater ad filij haereditatem, siue iam ad secundas uenit nuptias, siue postea ueniet. Antenuptiali uero donatione ad secundam ueniens consortium, neque secundum quantum haeres existet filij, fruatur: sed hoc filiorum sit solum lucrum eis a lege datum, & non uideatur esse pars haereditatis filij, sed adhuc antenuptialis donationis naturam non abiciens. Quae conuenit tenere etiam circa eas, quae nunc iam sunt uiduae mulieres, & proprijs successerunt filijs, & quae nondum ad secundas ueniunt nuptias, licet postea ueniant. Quod igitur hic habet, sic omni tempore sanciat.

ALIUD VERO quiddam occasione secundo nubentium mulierum & antenuptialis donationis, adijcere prioribus bene se habere credidimus. praeis namque constitutionibus praebentibus electionem mulieri, quae ad secunda uota descendit, si uellet accipere ante nuptias donationem, secundum quod ei permittuntur poena, & expone re filijs cautionem, quia moriens haec restitueret, siue cum non ualere dare cautionem, aut nollet forte, manerent quidem res antenuptialis donationis apud filios, soluerent autem ei etiam tertiam partem centesimae usurae: nos ex quaestione emergentium uarietate moti (quoniam inuenimus minores in hoc periculum patientes antenuptiali donatione in pecunijs existente, & alios quidem aurum non habentes, coactos autem omnia paterna uendere, quatenus exsolueretur antenuptialis donationis debitum, ad eos utique secundum legem antenuptialis donatione ueniente) propterea iudicamus oportere hic dare ordinem causae, ut si quis contulerit res secundum antenuptialem donationem, liquidum omnnes immobiles sint: maneat harum usus apud matrem, & ipsa eum colligat, & non respuat, neque exigat filios pro harum aestimatione usuras, sed & diligentiam earum habeat, sicut lex iubet usu quidem existentes dominos, & custodiat eas secundum leges antiquas filijs superstitibus: aut si omnes moriantur, secundum nostram legem ueterem casus quidem non existentium filiorum matri, reliquum uero filiorum haereditibus conferuetur. Si autem omnis antenuptialis donatio in pecunijs forte uel alijs mobilibus rebus constat: tertiam usurarum partem percipientem matrem cum cautione iam definita non exigere a filijs aurum: nisi forte idonea sit uiri substantia, & habeat aurum, & argentum, & uestem, & quicquid conscriptum fuit matri. tunc enim electionem matri dabimus, siue uoluerit res percipere, & praebere cautionem: siue istam, quam diximus, usuram accipere & secundum priorum leges & nostram.

Si uero permixtae sint res, & donatio ante nuptias aliud quiddam in pecunijs, aliud uero in immobilibus habeat rebus: immobilia quidem omnibus manere apud matrem, ut alimentum habeat inde. Porro de mobilibus haec ualere, quae sancimus prius, si omnia antenuptialis donationis essent in rebus mobilibus consistentia.

ILLUD quoque dudum acerbe quiddam sancimus, raro autem in iudicio examinatum aestimamus oportere clara lege complecti, & tradere usui, & deducere ad iudicia pro communi positum adiutorio. Si enim coniungantur aliqui alterutris cum dotis & antenuptialis donationis documentis, deinde uir quidem antenuptialem praebet donationem, mulier autem scribat dotem, aut ipsa praebente eam, aut dante patre, aut quolibet extraneo, postea appareat matrimonij tempore dos non data marito, sed sustineat onera matrimonij, & matrimonium morte uiri soluat: non est iustum omnino mulierem dotem non dantem marito, antenuptialem accipere donationem. Sin autem etiam non totam dedit dotem: & ipsa pro tanto exigat donationem, in quantum dederit dotem. aequalitatis enim & iustitiae sumus amatores, quam cum in oibus alijs, tum & in consortijs uolumus obtinere. Quapropter quae mulier nil omnino dat, nil omnino percipiat. quae uero minus, quam professa est, dedit: tantum recipiat solum, quantum obtulerit. sitque etiam hoc optimum in praesenti lege incrementum plurima decernente, quae semper in dubitatione sunt, uix autem modo ad legislationem deducta. Hanc autem ualere uolumus legem, & in casu dante ei principium, & in pendens litibus, & etiam in omnibus de caetero prouenientibus. Quae igitur placuerunt nobis, tua sublimitas operi effectuique dare festinet, & manifesta uniuersis per programmata propria

propria faciat, quatenus in omnibus ciuitatibus, quas nostra ditio continet, haec ualeant, & certa omnibus fiant, secundum quod a nobis dispositum est.

UT DETERMINATVS SIT NUMERVS CLERICORVM
sanctis, maioris ecclesiae, neque non caeterarum sanctis, ecclesiarum huius augustis, urbis. Constit. III.

Imp. IVSTINIANVS A. Epiphano regiae huius urbis archiepi
scopo, & uniuersi eius tractus patriarche.



Communi quidem ac generali lege iam pridem tam ad beatitudinem, quam patriarcha, tuam, quam reliquos sanctis, patriarchas de ordinatione sanctissimorum episcoporum, & reuerendis, clericorum, neque non mulierum, & diaconorum, & ne ordinatorum numerus ueterem modum excederet, conscripta, disposuimus quaecumque nobis honesta, & decora, sacrisque regulis conformia esse uidebantur. Praesentem uero legem specialiter ad beatitudinem tuam scribimus, digerentes item in ordinem ea, quae ad numerum reuerendis, clericorum in hac urbe pertinent.

Ac cum nihil penes eorum, quae honesta & pulchra sunt, si modum egrediantur, deceat ne reuerendis, quidem clericos aut reuerendis, diaconissas tor ordinari conueniat, ut illis a lendis sacrosancta maior ecclesia in necessitatem magni aeris alieni incidat, & ad extremam paulatim inopiam deferatur. Si quidem compertum habemus, sacrosanctam huius regiae urbis maiorem ecclesiam nostri imperij matrem per hanc occasionem tam magno alieno aere inquietari, ut singulatim erogationes in reuerendis, clericos aliter facere nequeat, nisi prius immensam auri uim partim sub obligatione hypothecarum, partim datione pignorum in praesentis, eius praedij & suburbij mutuo desumat. Ea propter uisum nobis est, ipsos nos ad causae inquisitionem demittere, ac perdiscere, quo se modo initio habuerit, quid uo postea temporum series adinuenit.

Ex omni igitur parte ea peruestigantes, deprae hendimus eos, qui sacrosanctam aliam ecclesiam in hac alma urbe exaedificauerunt, non solum curam aedificij egisse, sed etiam ut sacris aedibus, quas ipsi instruxerunt, sufficiens erogatio suppeteret, utque definirent, quot per singulas uersari ecclesias presbyteros conueniret, quot diaconos uel mares uel saeminas, quot subdiaconos, & item cantores simul & lectores, & ostiarios, ad haec aedis sumptus determinasse, adiecisse praeterea peculiare redditus, qui instituto huic suo satis essent, neque multitudinem aliquam adiectam, cui exinde competens solutio fieri non posset. Atque haec sane in ea obseruatione longo temporis spacio permansisse, & quandiu manserunt, tandiu & sibi deputatis sacrosanctarum ecclesiarum res suffecisse. Simul ac uero dei amantissimi episcopi assiduus nonnullorum precibus intenti, ad plures ordinandos effusi sunt: excreuisse quidem sumptus quantitatem in immensum, undique uero creditores & usuras, ac postremo ob uacillantem iam fidem ne creditores quidem de caetero, sed (indignum factu, & neque in priuata familia utcumque instituta ferendum) necessitate extortas & legibus prohibitas alienationes extitisse, ut ex huiusmodi absurditate neque praedia neque suburbia ad hypothecas & pignora sufficerent, eamque ob causam neque creditorum copia esset, & ad summam ipsa inopia deueniret, neque ipsis amplius ministris alimenta praebere posset, imo etiam ad conditionem omnium calamitosissimam delaberetur, ut creditoribus bonis uniuersis cederet, id quod etiam ueremur dicere, & ne in posterum fiat, prouidemus. Nam si nemo facile eum, qui ultra substantiae suae modum sumptus faciat, aequo animo ferat: quare non & nos ea ad sollicitudinem nostram reuocabimus? Praeterea si non oportet undique ad sumptus possessiones conquirere (nam id insatiabili cuidam auariciae simul & impietati proximum est) sed ex moderatis facultatibus sumptum temperare: ea propter conuenienter & quae ista concernunt, lege includemus, & infinitatem manifeste ei rei medicina adhibita eiiciemus.

Sancimus igitur, ut reuerendis, clerici, & ministrantes mulieres, & ostiarii, qui adhuc usque diem in eadem sacrosancta maiore ecclesia caeterisque sacris aedibus consistunt, in ea forma, in qua iam sunt, permaneant, neque enim quod modo est, minimum, sed potius ista lege complectimur, ut futuro prospiciamus. Reliquo uero tempore nulla omnino ordinatio fiet, donec ad ueterem numerum ab ipsis sanctae ecclesiae aedificatoribus institutum reuerendis, clericorum quantitas reuertatur. Et sane reuerendis, clericorum sacrosanctae maioris ecclesiae regiae urbis nostrae mensura certis finibus descripta, & in arctum admodum contracta

In fauore secundo nubentium

centesima usura

Hae alia leguntur de uerbo ad uerbum infra Nouel. 91.

Aequalitatis. n. & iustitiae sumus amatores

cōtracta erat, quo tēpore sola adhuc erat sacrosancta maior ecclesia. Postquā uero & uenerāda domus sanctae & gloriose uirginis deique genitricis Mariæ, in uicinia sacrosanctae maioris ecclesiae posita, ab ipsa pia memoriae Verina cœpit exstrui: item religiosa domus sancti mar tyris Theodori à Sphracio gloriose memoriae cōsecrata, & ueneranda domus sanctae Irenes sacrosanctae maiori ecclesiae copulata fuit: redigere planē numerum ad ueterem formam im possibile est. Neque enim tot simul ecclesijs pauci quidam sufficere possint, quandoquidē nulla harū trium ædium peculiare clericos habeat, sed pro cōmunibus utatur ijs, qui ad sacro sanctam maiorem ecclesiam pertinent, qui omnes eas ordine & ueluti in orbem obeuntes, sacra in eis officia concelebrant: præsertim uero ingenti multitudine ex hæreticorum conciliabulis ad sacrosanctam maiorem ecclesiam, partim gratia beatis. dei & seruatoris nostri Iesu Christi, partim laboribus depulsionibusque nostris adducta, ut duplo plura, quæ ab initio, ministeria ad Christianam pietatis officium peragendum deputari oporteat. Quapropter sancimus, ne quādo in sacrosancta maiore ecclesia ultra LX. presbyteros, diaconos uero mares centum, scēmas XL. & subdiaconos XC. lectores autem ultra CX. cantores ultra XXV. existant: ut uniuersus reuerendis. clericorum maioris ecclesiae numerus in CCCC. XXV. personis, & ceterum præterea ostiarijs (ut uocant) consistat. In sanctissima igitur maiore almarū huius urbis nostrae ecclesia, & tribus illis sacris ædibus ei coadunatis, tanta clericorum multitudo esto: ne mine eorum, qui nunc sunt, efficiendo, tametsi multo maior numerus existat, quæ a nobis definitus est: nemine item de cetero per ullum ordinem, qui hoc tempore est, adijciendo, donec intra hunc numerum mensura consistat. Illo etiam adijciendo, ne quod hætenus indecore fieri consuevit, deinceps in usu habeatur, ut reuerendis. clericorum nonnulli in sanctis. ecclesijs, in quas uel hic uel per prouincias ordinati sunt, manere dedignantur, ac per patrocinia in sacrosanctam maiorem ecclesiam eiusque clerum subeant, quod omnibus modis in posterum fieri prohibemus. Nam si in sacris monasterijs prohibemus, ne quis de uno ad aliud transeat: multo minus id reuerendis. clericis permittemus, rati huiusmodi cupiditate speciem præ se ferre quæstus & nundinationis. Cæterum si quando & hoc transitionis genus uel beatitudini tuæ, uel pro tempore maiestati imperatoriae probabitur: ne aliter id fiat, nisi prius res ipsa ad numerum, quem prædiximus, redigatur, ut ea transitio in deficientis locum fiat, neque supernumerarius omnino aliquis irrepat. nulla enim id machinatione, neque ullo modo fieri permittimus. Atque hæc quidē de sacrosancta maiore ecclesia. In omnibus autem alijs ecclesijs, quibus expensas sacrosancta maior ecclesia suppeditat, sancimus, ut qui hoc tempore sunt, consimiliter & ipsi sub eadem forma maneant. in posterum uero ne mo ordinetur, priusque ad statutum cuiusque ecclesiae (ut uocant) quod per ædificatores harum ab initio determinatum est, presbyterorum simul & diaconorum, tam marium, quam foeminarum, & subdiaconorum, neque non lectorum, cantorum & ostiariorum numerus redigatur, neque quisquam interea temporis adijciatur. Nam & ipsi nos præcauebimus, ne quid eiusmodi faciamus, ordinatumque aliquos mittamus: neque magistratum nostrorum aliquis tale quid faciat, reueritus legem nostram: & beatis. archiepiscopus & patriarcha huius regiae urbis potestatem habebit ordinationi cōtradecere, licet de palatio iussio procedat. nam & qui præcipit, & cui præcipitur, uterque sub censura erit ecclesiastica, si quid tale peregerit. Sed neque in alijs ecclesijs, quæ alimenta & sumptus ex sacrosancta maiore ecclesia non habent, conueniens est, ut ordinandorum in ipsis multitudo intromittatur, aut mensura initio in illis statuta de cetero transcendatur, nequando qui sacra in illis obeunt, ad immensam multitudinem delapsi, interque se redditus ex piorum hominum collatione quæstus partiētes, nec illos exinde suæ mensuræ sufficere uidentes, in magnam animi angustiam incidant. Si uero ultra mensuram in sacrosancta maiore ecclesia aut alijs ecclesijs statutam sanctis. archiepiscopus, qui sacrosanctae maiori ecclesiae præest, ordinauerit, deique amantissimi eiusdem sacrosanctae ecclesiae œconomi sumptum ad hæc de redditibus ecclesiasticis expenderit: tam ipsi, quam etiam beatis. patriarcha, qui hæc ipsis suppeditare permisit, de suo deique proprijs facultatibus expensa restituent. Nouerint enim, si quid tale perpetrauerint, quod non solum sanctis. patriarchis, qui talia patranti succedent, & secuturis œconomis, sed etiam omnibus ceteris reuerendis. clericis, talium curiose perquirendi, & cum fiunt, prohibendi, deferendique ad imperatoriam maiestatem potestatem damus: quo magis hoc cognoscens ipsa, ex substantia œconomorum, qui hoc fecerint, aut etiam permittētis archiepiscopi, sacrosanctae maiori ecclesiae ista seruari demandet, ne rursus eiusmodi confusio & perturbatio in ea re incidat. Enimuero negotio ad pristinam mensuram redacto, tunc liberum erit ordinare, usque eodem tamen, ne dictam mensuram

mensuram transcendat, aut numerum superent, neue dolus circa hoc malus interueniat. neque enim ullo pacto locum habere patimur, quod plerisque in ore est, facultatem quidem ordinandi suppeteret, non autem præbendorum alimentorum. si quidem hoc iterum illorum est, qui confusione pariunt, aut supernumeraria adiectione altera pro unis collegia constituit: præsertim cum multas ea res circūscriptiones producat, ut sub prætextu alimentariae præstationis alias sibi uias insatiabilis cuiusdam auariciae inueniant. Hoc igitur etiam ipsum fieri prohibemus, & sub censuram (ut appellant) ecclesiasticam deducimus: magno usui futurum arbitantes, si sacrosanctam maiorem ecclesiam neque creditoribus obnoxiam, neque rebus angustis afflictam, neque perpetuo egentem, sed omnium rerum copia abundantem cernamus. Quomodo autem ad eam pertinētes sumptus certa sine descriptis, ita corruptus, ut sanctis. pro tempore patriarcha & reuerendis. clerici circūspiciant, ne reliqui sumptus, qui ex ecclesiasticis redditibus fiunt, aliter, quam in pias & deo placitas causas infumantur, & ut in illos cōferantur, qui & reuera egent, nec aliunde habent, unde uiuant (hæc enim dominum deum conciliare solent) non uero per patrocinia & hominum studia in locupletes distribuāt ea, quæ ad ecclesiasticos sumptus suppent, ut exinde egentes uitæ necessarijs defraudentur. Nouerint enim dei amantiss. œconomi, tam qui nunc, quam qui olim pro tempore futuri sunt, quod si quid in his deliquerint: non tantum pœnis caelestibus erunt obnoxij, sed etiam de substantia sua sacrosanctae ecclesiae indemnitate præstabunt. Sancimus igitur, ut beatitudo tua, quæ initio & a tenera propemodum ætate per omnes sacerdotales gradus & dignitates sacrosanctae exornauit ecclesiam, utpote quæ ex sacerdotibus etiam genus & originem ducat, in perpetuum custodiat: certo scientes, non minus nobis sacrosanctarum ecclesiarum commoda curæ esse, quam ipsam uitam.

VT CREDITORES PRIMVM AGGREDIANTVR PRINCIPALES DEBITORES, MOX ILLIS SOLUENDO NON EXISTENTIBUS, SECUNDO LOCO MANDATORES ETIÀ, AUT CONSTITUTÆ PECUNIÆ REOS, AUT FIDEIUSSORES. Const. IIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacrorum prætoriorum præfecto.

LEgem quidem iam olim apud ueteres propositam, usu autem haud scimus quomodo non approbatam, & tamen ob quotidianas rerum controuersias illi necessarium apparentē, si denuo reuocaremus, inque publicam reducere mus, non simpliciter eam ut erat posita referentes (prolata enim erat quædam in ea pars omnino indistincte) sed cum competente & deo placita accessione digerentes: præclare nos facturos arbitrati sumus. Si quis igitur mutuuum dederit, & in eam rem fideiussorem, aut mandatorem, aut constitutæ pecuniæ reum acceperit: non sane initio statim mandatorem, aut fideiussorem, aut constitutæ pecuniæ reum aggrediatur, et eo neglecto, qui mutuuum contraxit, negotium intercessionibus faceat: sed primum eum, qui aurum suscepit, quique mutuuum contraxit, conueniat. atque ab eo si id receperit, ab alijs absteat. quid enim cum extraneis habere potest negotij, cui iam a contrahente ipso satisfactum est? Si uero ab eo, qui mutuuum contraxit, id pro parte uel in solidum recipere nequirit: pro eo, quantum ab illo recipere non potuit, fideiussorem, uel constitutæ pecuniæ reum, uel mandatorem conueniat, et ab illo quod reliquum est ferat. Atque hæc quidem omnino seruentur, si utriusque tam principalis, quam qui fideiussit, aut mandatum dedit, aut pecuniam constituit, creditori præstō fuerint. Cæterum si fideiussor, aut mandator, aut qui de constituta pecunia obligationem subiit, præsens sit, principalem uero debitorem abesse contingat: acerbū uidetur creditore alio mittere, cum in re præsentis possit fideiussorem, aut mandatorem, aut constitutæ pecuniæ reum exigere. Sed hoc sane a nobis, quo fieri modo potest, adhibito remedio curandū est. Neque enim uetus lex aliquam hoc loco medēdi rationem definitā habuit, quāuis magnus ille Papinianus primus ista distauerit. Postulet igitur in iudicio fideiussorem, aut constitutæ pecuniæ reum, aut mandatorem: et iudex, qui disceptandæ causæ præsidet, temporis spacium addat fideiussori, ut constitutæ pecuniæ reo, et mandatori (idem enim de singulis licet dicere) ad principalem debitorem adducendum, si uelint, ut prius actionem excipiat ille, eoque ipsi pacto in subsidium referentur. Ac tueatur in ea

quoque re fideiussorem, et constituta pecunie reum, et mandatorum iudex (fideiussoribus enim, atque id genus hominibus auxilium ferre pium est) ut tantisper, dum ille adducitur, liberi a suscipiendo iudicio sint, qui pro illo molestantur. Quod si tempus huic rei praefixum praeterat (oportet enim & tempus a iudice finiri) tunc fideiussor, aut mandator, aut constituta pecunie reus causam dicat simul, & cessis a creditore actionibus contra eum, pro quo uel fideiussionem exposuit, uel mandatum conscripsit, uel pecuniam constituit, debitum exsoluat. Enimvero neque ad res debitorum, si ab alijs detineantur, prius perueniet, quam personali actione contra mandatores, & fideiussores, & constituta pecunie reos experiatur. Simul ac uero ad res principalis debitoris, quamuis ab alijs detineantur, progressus, earumque detentatoribus negotio facto, satis illi ex ijs factum non fuerit: tunc etiam fideiussorum, aut mandatorum, aut reorum constituta pecunia res aggrediat. Idem dicere licebit, & si omnes hi aliquos sibi obligatos habent, quibus hypothecarijs actionibus teneri queat. Certe contra principalem debitorem & res, quas penes se habere dinoscitur, omnem illi facultatem damus, siue personalibus extemplo, siue hypothecarijs, siue utriusque actionibus uti uoluerit: praedictam a nobis rationem & ordinem in alijs quoque tum personis, tum casibus obtinere sancientes. Neque hoc tantum in creditoribus dicimus, sed etiam si quis quid emat ab aliquo, deinde fideiussore ob euctionem accipiat, quem auctorem secundum appellat, & pro parte res empta euincatur: nata contra uenditorem actione, non protinus ad auctorem secundum emptor procedet, neque ad detentatorem rerum uenditoris, sed prius ad uenditorem ipsum, mox ad auctorem secundum, & denique ad detentatorem. eadem uidelicet distinctione & in praesentibus & absentibus existente, quam ante tam in fideiussoribus, & mandatoribus, & constituta pecunie reis, quam etiam ijs, qui mutuum contraxerunt, sanciuimus. Consimiliter hoc obtinente & in alijs contractibus, ubi fideiussores aliqui, aut mandatores, aut constituta pecunie rei assumuntur, & in ipsis utriusque principalibus, necnon haeredibus & successoribus eorum. Ac uetus quidem lex rursus ea fini obtineat, subditosque nostros iusticia & haccine distinctione refocillet. **QVOD AVTEM CONSEQUITUR, & humaniore quadam curatione medetur, tamen plurimis creditorum non perinde gratum futurum est, nihilominus tamen humanitatis intuitu a nobis sanciat.** Proinde si quis fidem & facultates mutantis secutus aurum credat, cui ad solutionem non aurum, sed tantum res immobilis suppetat, creditor autem urgeat, & omnino aurum efflagitet, tamen neque aurum, neque ulla res mobilis in parato sit: liberum creditori per nos fuerit, si uelit, uel immobiles res pro auro capere.

Certe si nemo, qui res eius immobiles comparat, adsit, creditore subinde rumores spargente, pignori nexa esse bona eius, cui mutuum dederit, eaque re ad emptionem accedere uolentes deterrente: tunc in hac quidem alma urbe gloriosissimi reip. nostrae proceres pro modo iurisdictionis unicuique a lege & nobis assignatae, in prouincijs uero gentium praesides procurant, ut exacta rerum debitoris aestimatione inita, creditoribus res immobilis pro portione debiti cum cautione, qualem debitor dare poterit, addicatur. Ceterum in additione earum rerum talis processus sit. quae quidem meliores & praestantiores erunt, has addicat creditori. quae uero deteriores, eas post solutionem debiti patiatur residere apud debitorem. Neque enim iustum fuerit, ut qui aurum mutuum dedit, aurum autem recipere nequit, sed possessionem immobilem agnoscere compellitur, non item praestantiores debitoris res percipiat, & per hoc saltem se consoletur, quod quamuis aurum non recepit, aut eorum aliquid, quae absportari possunt, possessionem tamen sibi habere licet haud despicabilem. Atque in hoc quidem perspicua quaedam legis humanitas elucet, agnoscantque creditores, quod ipsa necessitatis ratio rem eo perductura fuisset, tamen hanc legem non perscripsissemus. nam nec debitor pecuniae indigens, emptor siue non inueniens, quidquam aliud facturus erat, quam ut bonis cederet. & consequenter rursus ad creditorem res peruensissent creditam pecuniam recipere nequeunt. Vnde quod tam creditori, quam debitori cum contumelia & amarulento effectu accidisset, id nos cum summa humanitate & ut legislatorem decet temperantes, & aduersa fortuna oppressis debitoribus opem ferimus, & neque asperrimis creditoribus incommodi uideri possumus, id illis iniungentes, ad quod si pergant minus dicto audientes esse, omnino ipsi deuenturi sint. Sane si creditor paratus sit aliquem perquirere, qui emat: necessitatem habeat debitor hoc facere, arbitrio iudicis oblata cautione, qualem prorsus dare poterit. Ita enim undique creditorum commodis prospiciendum est, ne ullo debitorum modo grauentur. Creditorem autem ueteres secuti leges constituuimus, quicumque actionem contra

tra

tra aliquem habere potest, etsi non mutuum contractum, sed aliud genus contractus subsistat. ut tamen ea, quae argenti distractores constituerint, propter utilitatem illorum contractuum in suo ordine permaneant. Cognoscens igitur excellentia tua, quae ad utilitatem subditorum a nobis sancita sunt, solennibus ea programatis tam hic, quam ubique terrarum nostri imperij manifesta fieri procuret, ut in remotis etiam gentibus intelligant subditi, quantum pro illorum commodis prouidentiae geramus.

DE MONASTERIIS, ET MONACHIS, ET EORUM ANTISTITIBUS. Constit. V.

Imp. IVSTINIANVS. A. Epiphano sanctiss. & beatiss. huius regiae urbis archiepiscopo, eiusque uniuersi tractus patriarchae.



Onuerfationis monachalis uita sic honesta est, sic commendare nouit deo ad hoc uentientem hominem, ut omnem humanam eius maculam detergat, & purum ac rationali natura decentem, & plurima secundum mentem operantem, & humanis cogitationibus celsiorem reddat. Si quis igitur futurus est monachus perfectus, indiget & diuinorum eloquiorum eruditione, & conuersationis integritate, ut tanta dignus factus sit mutatione. Credimus igitur & nos explanare, quid agendum ab eis sit, & decertatores eos ueros ad sacram uiam constituere. & ita uobis intentio praesentis est legis, ut post illa, quae de sanctissimis episcopis sanciuimus, & quae de reuerendissimis clericis disposuimus, neque quod monasticum est, extra competentem formam relinquamus. * Illud igitur ante alia dicendum est, ut quocumque tempore & quocumque loco quis aedificare uenerabile monasterium uoluerit, non prius licentia sit hoc agendi, quam deo amabilem locorum episcopum aduocet. at ille extendat manus ad caelum, & per orationem locum consecret deo, figens in eo salutis nostrae signum (dicimus autem adorandam, & uere honorandam crucem) sicque inchoet aedificium, bonum utique quoddam in hoc, & decens fundamentum ponens. hoc itaque principium pie uenerabilium monasteriorum fabricae fiat. HINC autem nobis etiam de singulis monachis cogitandum est, quo conueniat fieri modo, & utrum liberos solum, aut etiam forte seruos, eo quod omnes similiter diuina suscipit gratia praedicans palam, quia quantum ad dei cultum non est masculus, neque femina, neque liber, neque seruus. omnes enim in Christo unam mercedem percipere. Sancimus ergo sacras sequentes regulas, eos, qui singularem conuersationem profitentur, non prompte mox a reuerendissimis praesulibus uenerabilium monasteriorum habitum percipere monachalem, sed per triennium totum (siue liberi forte sint, siue serui) tolerare, nondum monasticum habitum promerentes, sed tonsura & ueste eorum, qui laici uocantur, uti, & manere sic diuina addiscere eloquia. Et reuerendissimos eorum abbates requirere eos, siue liberi sint, siue serui, & unde eis desiderium uitae singularis accesserit: & discentes ab eis, quia nulla maligna occasio ad hoc eos induxit, & habere eos inter illos, qui adhuc docentur, atque monentur, & experimento percipere eorum tolerantiam, & honestate non enim facilis est uitae hominum mutatio, sed cum animae magno sit labore. Et cum triennio toto in ea uita permanserint, optimos semetipsos & tolerabiles alijs monachis & praesuli demonstrantes, hos monasticam promereri uestem, atque tonsuram, & siue liberi sint, siue calumnia permanere: siue serui, penitus non inquietari migrantis ad communem omnium, dicimus autem caelestem dominum, sed in libertatem eripi. nam si in multis casibus etiam ex lege hoc sit, & talis quaedam libertas datur: quomodo non praeualebit diuina gratia talibus eos absolueri uinculis? Si uero intra triennium uenerit quispiam, & aliquem horum, qui conuersationem professi sunt, abstrahere tanquam seruum uoluerit, hoc quod nobis nuper ex Lycia nunciauit Zosimus deo amabilis, uir famosissimus in conuersatione, & prope uicesimum & centesimum aetatis agens annum, pollens autem & animi uirtutibus & corporis operationibus, quia tanta quaedam in eo gratia dei floret. si quis igitur (sicut praediximus) intra triennium ueniat aliquem eorum, qui uolunt esse & psuerare monachi, in seruitutem tracturus, & dicat quod abripuerit quosdam res, & propterea recurrerit ad monasterium: sancimus eum non prompte agere, sed primo probare pro ueritate, quia & seruus est, & pro furto forsitan, aut pro uita maligna, aut pro uicinis pessimis fugerit quidem propter suum autem uicium ad monasterium uenerit. & siquidem uerax ostenditur, & apparuerit, propter huiusmodi causam monasticam eum simulasse conuersationem, aut propter turpitudinem uitae forte difugisse, & non pro ueritate sanctimoniae habitum concupisse: hunc reddi domino cum ijs, quae forsitan abripuit: si tamen haec etiam in monasterio fuerint. eum uero, qui dominus approbatur, dare ei iusiurandum, quia nihil mali ei faciet, & susceptum eum reducet domum. Si uero is quidem, qui dicit se esse dominum, nihil tale probauerit, & appareat is, qui in talibus accusatur, ex ipsa conuersatione non honestus ac mitis, & forte testimonium habeat aliorum, quia etiam apud dominum consistens discendi cupidus fuerit, & honestatis amator: & si nondum forte completum est triennij tempus, attamen etiam sic maneat in uenerabili monasterio, abstrahere cupientium asperitate liberatus. Triennij uero semel expleto tempore, iudicatus, quia monastica dignus est honestate, maneat in monasterio, nequaquam enim damus licentiam ulli penitus perscrutari, quae eius sunt: sed siue liber, siue seruus sit, manere eum in conuersatione uolumus.

b ij uolumus,

uoluntis. nam & si uicium in priori ab eo forte gestum est uita (humana enim natura quodammodo labitur ad delicta) atamen sufficit ad mediocrem purgationem peccatorum, & ad uirtutis augmentum triennalis temporis testimonium. ea uero, quae rapta sunt, apud quoscumque tandem inueniantur, modis omnibus reddantur prisco domino.

Si uero seruitij necessitate effugijs, tentauerit monasterium quidem derelinquere, aliam autem uitae sectari figuram: licentiam damus domino, retrahere eum, & probanti fortunam inter seruos habere. non enim iniuriam patietur tantam aduerum seruitium retractus, quantum ipse iniuriatus est dei culturam refugiens. & hoc quidem de fortuna horum, qui inter monachos profiteri uolunt, sancimus.

Cogitandum uero est, quomodo ipsos habitantes & ibi degentes monasticae philosophiae certatores dignos esse ostendamus. Neque enim uolumus in ullo monasterio sub ditione nostra constituto, siue plurimorum hominum est, siue paucorum, monachos, qui ibi sunt, diuisos ab alterutris esse, & proprijs habitationibus uti: sed communiter quidem eos comedere sancimus, dormire etiam omnes in communi, unoquoque quidem in quadam propria faciente, in domo uero una collocatos: aut si forte non sufficit ad multitudinem monachorum domus una, in duas forsan, aut plures, non tamen seorsim, & apud semetipsos, sed in communi testes alterutri sint honestatis & castitatis. & neque somnum desidiosum habeat, sed & in somno meditates bene coposito esse corpore propter increpationem respicientium. nisi tamen quidam eorum in contemplatione & perfectione degentes, uitam remotam habeant in secessu, quos uocare anachoretas, & hesychastas consueuerunt, tanquam a communione ad meliora ex ceptos. alioquin alios, quibuscumque inter multitudinem conuersatio est, in his, quae uocantur coenobia, esse uolumus. sic enim zelus eis ad uirtutem crescit, & maxime iuuenibus, si cum senioribus constituantur. fiet enim seniorum conuersatio iuuentutis educatio perfecta. & sic sint in coenobijs suo proprio abbati obediens, & traditam sibi conuersationem inculpabiliter obseruantes.

Si quis autem forte semel dedicatus, habitusque potius, deinde a monasterio discedere uoluerit, & priuatam fortassis eligere uitam: ipse quidem sciet, quam pro hoc dabit deo satisfactionem. res autem, quascumque habuerit, dum in monasterium intrabat, ex dominij sit monasterij, & nihil inde penitus eliciat. Illud quoque decernimus, eum, qui in monasterium introire uoluerit, antequam monasterium ingrediatur, licentiam habere suis uti, quo uoluerit modo. ingredientem namque simul sequuntur omnino res, licet non expressim, cum introduceret eas, dixerit: & non erit dominus earum ulterius ullo modo. Si uero filios habuerit: si quidem contigerit iam eum res aliquas donasse eis, aut per antenuptialem donationem, aut per dotis occasionem conuulisse, & faciant haec quarta ab intestato eius substantiae parte: nullum in reliquis rebus habeant participium filij. Sin autem nihil eis donauerit, aut minus quarta: & postquam abrenunciatis conuersatus fuerit inter monachos, nihilominus quarta debetur filijs, ut aut in totum eis detur, aut si contingat eos iam aliquid accepisse, suppleatur.

Si autem uxorem habens, deinde eam relinquens, in monasterium ingrediatur: & dos mulieri seruetur, & ex morte pactum, quod in alia nostra sancimus constitutione. Omnibus, quae super monachis dicta sunt, & in mulieribus monasterium ingredientibus ualituris.

Si uero relinquens monasterium ad quandam ueniat militiam, aut ad aliam uitae figuram: substantia eius etiam sic in monasterio, secundum quod a nobis prius dictum est, remanente, ipse inter officiales clarissimi prouinciae iudicis statuetur, & hunc habebit mutationis fructum, quod pro sacro ministerio despecto, tribunalis terreni obseruet seruitium.

Si uero relinquens monasterium, in quo conuersationem habuerit, ad aliud transeat monasterium: etiam sic quidem eius substantia maneat, & uindicetur a priori monasterio, ubi abrenunciatis hanc reliquit. Competens autem est, reuerendissimos abbates non suscipere eum, qui hoc egit. Erronea namque est talis uita, & nullatenus monasticae tolerantiae proxima, neque constantis & persistentis animi, sed indicium habens circulatoris, & aliud de alio requirentis. Ea propter etiam hoc prohibeat deo amabiles episcopi & archimandrite nuncupati, monasticam honestatem secundum regulas sacras conseruantes.

Si quis autem monasticam profectum conuersationem meruerit, clericum ordinationem: maneat etiam sic puram seruans conuersationem. quod si facti clerici abutatur fiducia, & ad nuptias uenire (quippe petali gradu constitutus inter clericos, qui ei uxorem ducere permittat, dicimus autem cantorum aut lektorum. alij enim omnibus nuptias secundum sacras regulas penitus interdiximus) aut concubinas habere, aut luxurijs tradere uitam praesumat: excludatur modis omnibus a clero, tanquam priorum conuersationem & solitariam confundens uitam, & priuatus sit de caetero. ad militiam quidem, aut ad aliud officium uenire non praesumens, nisi a nobis uoluerit dudum interminatis subiaccere poenis. ipse autem apud semetipsum reputas & agnoscens, qualis pro hoc daturus sit magno deo satisfactionem.

ORDINATIONE uero abbatum si quando contigerit egere monasterium, iubemus abbatem non per ordinem reuerendissimorum fieri monachorum, nec omnino eum, qui mox post primum est, nec qui post illum secundus est, neque tertium, aut reliquos, hoc quod etiam alia lex nostra dicit: sed deo amabilem locorum episcopum percurrere quidem consequenter per omnes (non enim ex honorandum est omnino tempus, & ex eo ordo) & eum, qui apparuerit prius optimus inter monachos optimos constitutus, & dignus praesulatu eorum, hunc eligere, eo quod humana natura talis est, ut neque omnes per ordinem inter summos boni, neque rursus omnes inter nouissimos mali constituti sint. sed procedat quidem secundum gradum antistitis inspectio, qui uero prior, mox inter numeratos optimus apparuerit: is abbas sit, & ordinem simul & uirtute suffragantem habens. oportet enim eos, qui discernunt, quod melius est, a peiore: aliud quidem ad regendum dimittere, aliud uero inclinari iubere, & paulatim per eruditionem hoc etiam ad melius adducere. Quaecumque tamen a nobis in omnibus, quae prius, & quae nunc prolatae sunt, sacris nostris constitutionibus sunt sancita de clericis, aut monachis, aut monasterijs, haec communia ponimus & in masculis & foeminis, & monasterijs, & alacriter non discernentes (quantum ad istos) masculinum aut foeminam, eo quod (sicut praediximus) unum omnia in Christo consistunt. Haec igitur omnia sanctissimi patriarchae sub se constitutis deo amabilibus me-

tropolis

metropolitanis manifesta faciant. at illi subiectis sibi deo amabilibus episcopis declarent, & illi monasterijs dei sub sua ordinatione constitutis cognita faciant, quatenus per omnia domini cultura maneat undique incorrupta. Imminebunt enim maximae poenae ista transgredientibus. dicimus autem de caelo, quas necesse est rectorum dogmatum contemptoribus imminere. Et nostrae quoque reipublicae iudices, si haec eis nunciatur, omnibus studeant modis ea, quae sacris regulis continentur, quas nostra sequitur lex, ad effectum perduci procurare. nam nec illos deserit poena haec negligentes. Quapropter sequentem haec tua sanctitate decet omnibus sub se positis sanctissimis metropolitanis haec facere manifesta. Data XIII. Kal. April. Constantinop. Belisario V. C. COS.

QUOMODO OPORTEAT EPISCOPOS ET CAETEROS clericos ad ordinationem perducere, & de expensis ecclesiarum. Constit. VI.

Imp. IUSTINIANVS. A. Epiphano archiepiscopo & patriarchae Constantinopolitano.



Maxima quidem inter homines dona dei sunt a superna collata clementia sacerdotum & imperum. quae illud quidem diuinis ministras, hoc autem humanis praesidens ac diligentia exhibens rebus, ex uno eodemque principio utraque praecedentia humana exornant uita. Ideoque nihil licet studiosum imperatoribus, sicut sacerdotum honestas, cum utique & pro illis ipsi semper deo supplicent. nam si id quidem inculpabile sit undique & erga deum fiducia plenum imperium autem recte & competenter exornet tradita sibi reipublicam: erit bella quaedam consonantia, omne, quicquid utile est, humano conferens generi. Inde adeo maximam habemus sollicitudinem circa uera dei dogmata, & circa sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus credimus, quia per eam maxima nobis dona dabuntur a deo, & ea, quae sunt, firma habebimus, & quae nondum haecenus uenerunt, acquiramus. bene autem uniuersa geruntur & competenter, si rei principium fiat decens & amabile deo. hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum obseruatio custodiatur, quam iusti laudandi & adorandi inspectores & ministri dei tradiderunt apostoli, & sancti patres custodierunt & explanarunt. Sancimus igitur, sacras per omnia sequentes regulas, cum quibus omnino post uenturo tempore ad episcopatus ordinationem adducitur, considerari prius oportere eius uitam secundum sanctum apostolum, si honesta, & inculpabilis, & undique irreprehensibilis sit, & a bonis testimonium habeat sacerdotem decens. Et neque ex officiali aut ex curiali ueniat fortuna, nisi si forsan ex nouella aetate (secundum quod iam dispositum est) in monasterio constitutus, fortuna liberetur, quartam tamen prius substantiae reddens curiae. Neque etiam ex idiota, & his, qui uocantur laici, ex istis, & ita mox ad episcopatum ascendens, quasi imaginariam suscipiat ordinationem, ut qui modo quidem idiota sit, mox autem clericus, deinde paruo admodum tempore praeterito episcopus appareat. Et neque uxori alteri copulatus, sed aut in uirginitate degens a principio, aut uxorem habens ex uirginitate ad eum uenientem, & non uiduam, neque seiuictam a uiro, neque concubinam, neque filios aut nepotes habens, neque cognitos legi, neque illi odibiles. Alioquin qui praeter hoc aliquid agit, & ipse cadet a sacerdotio, & qui cum ordinat, extra episcopatum deget hanc legem offendens. Sed neque pecunijs ullis emere sacerdotium ei permittimus. solum uero eum respicere domini dei culturam uolumus, & non plurimis humanis cogitationibus distrahi. Sed neque ineruditus existens sacrorum dogmatum ad episcopatum accedat, nisi prius aut monasticam uitam professus, aut in clero constitutus non minus mensibus sex, uxori tamen non cohaerens, aut filios aut nepotes habens. hoc enim omnimodo in deo amabilibus episcopis requirimus, sicut etiam prius sacris duabus nostris constitutionibus hoc sancitum est, per quas dudum cohaerentes uxoribus non persequamur, omne praeteritum relinquentes, de caetero autem nulli permittentes a positione legis uxorem habentem talem imponi ordinationem. quam legem etiam nunc renouamus, ne forte si praeter hoc aliquid fiat, & ipse cadat sacerdotio, & ordinantem similiter excludi procuret. Igitur ordinandus episcopus aut ex monachis aut ex clericis sit. etiam in huiusmodi uita testimonij boni, uita bonus, & honestus, & gloria fruens bona, & hoc fundamentum pontificatus deponens animae suae. Sed etiam sic eum constitutum & ad episcopatum praeparatum competens esse uenerabiles, & undique probatas legere regulas ante ordinationem, quas recta & inuiolata nostra suscepit fides, & catholica dei apostolicaque disposuit & tradidit ecclesia. & cum frequenti eas lectione percurrerit, qui ad ordinationem deducitur: tunc is, qui ordinationem impositurus est, interroget eum, si sufficiens sit custodire & agere, quae sacrae regulae sancierunt. & si quidem ille declarauerit & dixerit, praecipua sacrarum regularum non se ualere seruare: nullo modo ei ordinationem imponi. si uero ille susceperit, & dixerit, quia quantum homini est possibile, complebit haec, quae his continentur: tunc monere eum, & dicere, quia nisi haec obserauerit, & a deo alienus erit, & cadet a suo dato honore, & neque civiles leges delictum inultum relinquere, eo quod praecedentibus nos imperatoribus, & a nobis ipsis recte dictum est, oportere sacras regulas pro legibus ualere. Esti etiam sic permanserit causam amplectens: tunc super his professionibus uniuersaque sacra suscipere episcopatus ordinationem. Et haec non pecunijs redimere, neque per res alias dationem suscipere, sed puram percipere, & sine mercede tunc a

b ij deo datur

deo datam. Tamen enim alia omnia habeat utilia, quae prius a nobis dicta sunt, pecunijs autem uel rebus etiam uideatur episcopatum emisse: sciat se & ab ipso episcopatu casurum, & hoc munus retributum ordinanti, ut & ille episcopatum amittat, & a clero cadat; & utriusque causa talem praestet retributionem, ut & hic quidem non adipiscatur, quae sperabat, ille autem etiam quae habebat, amittat. Nihilominus etiam pecunijs ac rebus datis occasione ordinationis sanctissimae a signandis ecclesiae, siue episcopus sit accipiens, & propterea a sacerdotio cadat, siue etiam quilibet alius in clero constitutorum. nam & illi aequali imponimus poenam, ut ordine, quem inter sacerdotes habuerit, cadat; & reddat aurum aut res, quae ordinationis occasione datae sunt, iniuriam passae (quatum ad ipsum) ecclesiae. Si quis autem extraneus oritur, & non in clero constitutus, qui aurum aut rem aliquam propter patrocinium ordinationis accepit, & maxime si administrationem aliquam gerat: habebit ipse non tantum a deo poenam, & succedent ei de caelo supplicia: uerum etiam illud, quod datum est, ablatum ab eo, sanctissimae ecclesiae omnibus redatur modis in duplum. insuper etiam si quam administrationem habet, ea cadat, & perpetuo exilio condemnatur. Illud quoque sciat aperte, qui pecunijs aut rebus alijs emerit praefulatum, quia si prius diaconus aut presbyter sit, deinde per suffragium ad sacerdotium ueniat: non solum cadet episcopatu, sed nec prior ei relinquatur ordo presbyterij forsitan, aut diaconatus. amittet etenim etiam illud, & omni sacerdotali excludetur ordine, ut pote decentia indigne concupiscens. Oportet autem in ipso ordinationis tempore eum, qui hanc imponit illi coram omni fidei populo sanctissimae ecclesiae haec omnia praedicere, ut agnoscens eum omnia, quae prius a nobis dicta sunt, habere, ad sacram eum deducatur ordinationem: ut etiam ille coram omnibus haec audiens, non solum habeat dei timorem, sed etiam coram omnibus denunciationem & professionem erubescat. Si quis autem talis quidem esse putetur, & ad episcopatus ordinationem transeat, contradicat autem aliquis, atque dicat confitendum se esse alicuius quod illicite admisit: non prius mereatur episcopatus ordinationem, quam examinatio querimoniarum fiat, & appareat undique innocuus. Quod si etiam post huiusmodi contradictionem non passus is, qui ordinationem facit, legitimam examinationem imponi causae, currat ad ordinationem: sciat, quod ab eo fit, pro nihilo esse. sed & is, qui contra legem facit, cadet sacerdotio: & qui sine probatione imponit ordinationem, & ipse quidem similiter cadet sede sacerdotali. reus autem erit deo, qui omnium praecipue quaerit suorum sacerdotum puritatem. Si tamen is, qui ordinationi contradicit, aut examinatione facta probetur calumniator, aut in ipso principio, neque in examinatione persistere confidat: segreget istum in perpetuum a sacra communione is, qui ordinationem facere uult, ut non ipsa fallitas impunita sit. Sicut enim bonam gloriam in eo, qui ordinandus est, quaerimus: ita etiam calumniam in eo, qui frustra accusauit, punimus. Si uero nemo accusauerit omnino, aut in toto denunciatio examinationem non faciat, aut facta examinatione demonstrare (sicut praediximus) non ualuerit accusationem ueram: tunc oportet eum, qui per tot uias inculpabilis apparuerit, accedere ad futuram ordinationem. qui enim ordinatur, ex hoc multa & meliora cognoscit praecipua, neque qui taliter animo, uerbo, corporis exercitatione & sapientia eruditus est, incurrat in uitam animaduersione dignam. ET ILLUD etiam definimus, ut nemo deo amabiliu episcoporum foris a sua ecclesia, plusquam per totum annum, abesse audeat, nisi hoc per imperialem fiat iussione. tunc enim solum erit inculpabile. Et ut sacratissimi patriarchae uel uel cuiusque dioeceseos compellant deo amabiles episcopos suis inherere sanctissimis ecclesijs, & non longo itinere separari, neque in peregrinis demorari uelle, neque sanctissimas ecclesias negligere, neque annum excedere, quae & ipsa propter misericordiam constitutum. Si uero ultra annum errauerit, & dereliquerit, neque ad proprium episcopatum remeauerit, neque imperialis aliqua eum (sicut praediximus) detineat iussio: tunc si quidem sit metropolitanus, contra ecclesiasticam dispositionem absentem regionis illius patriarcha reuocet quidem eum legitimis, pelamationibus, seruans ubique sacrarum regularum obseruationem. Si uero maneat per omnia inobediens: expellatur a sacro episcopatu choro, & alii introducat huiusmodi & reuerentia, & uerecundia, & honestate dignum. Si uero non metropolitanus, sed aliorum episcopo rui aliquis sit, qui errauerit: haec omnia a metropolitanano fiant. Nemo enim eorum tale suscipiat praetextum, si dixerint propterea se proprias derelinquere ecclesias, quod litium causas aut aliarum rerum praepararum aut ad sacras ecclesias respicientium circumlustrant, & hic constituti haerent, aut in alijs oberrant locis. hoc enim non habet decentem rationem, ut cum multitudine famulicij, quod necesse est episcopi habere, praesentent & peregre sumptus faciant: cum neque ullum sanctis ecclesijs lucrum inde & iuuantem accedat, neque (lectum quod decet sacerdotem) proprium habere possint habitum: & ut maxime quaedam sint lites forte sanctissimis ecclesijs, propter quas tales praetextus afferunt, rectius eas per illos, qui sub ipso sunt, religiosos clericos, aut apocrypharios, aut oconomos mouere liceat, & petitionibus ad imperium directis impetrare desiderata. Propterea sancimus, si quando propter ecclesiasticam occasionem incidit necessitas, haec aut per eos, qui res agunt sacrarum ecclesiarum, quos apocrypharios uocant, aut per aliquos clericos huc destinatos, aut oconomos suos notam imperio facere, aut nostris administratoribus, ut impetraret, quod competens est: neque hoc deo amabilibus episcopis erroris & absentiae, & sanctissimis ecclesijs laesionis occasionem fieri, tam in prouincia ecclesiasticis rebus per absentiam eorum neglectis, quam etiam hic expensis multis ab ipsis factis, praeterea peregre habitatione non habili constituta, & undique causa nullum iuuamen, magis autem laesionem sanctissimis ecclesijs inferente. Non autem aliter aliquem deo amabiliu episcoporum praesumere, dirigere se ad hanc felicissimam ciuitatem, priusquam siquidem episcopus sit, literas acceperit, proprii metropolitani ad imperium, quae secundum diuinas regulas commendatiae uocantur, testimonij phibentes necessitatis eius praesentiae. Si uero metropolitanus sit, qui praesentiae uult: literas sumat eiusdem dioeceseos patriarchae eius praesentiae necessaria esse dicentes, & sic oportere impatore iurare hunc praesentari: & non temere ac sine conscientia metropolitanorum aut patriarcharum proficiscantur, propterea quod hoc diuinis interdictis est regulis. Vnde huc aduenientes non praesumat per semetipsos se prius pronuntiare ad imperium, sed primitus aut ad deo amabilem patriarcham proficiscantur, aut ad uniuscuiusque dioeceseos, ex qua sunt, apocrypharios, & cum ipsis conferant causas, propter quas uenerunt, & cum eis ingrediantur ad imperium, & deinceps imperiali perfruant aspectu. Mox quae imperati adfuerint, liceat quidem petentibus episcopis, aut per eos, qui uocantur referendarij sanctissimae maioris ecclesiae, aut per religiosos apocrypharios cuiusque dioeceseos sanctissimorum patriarcharum suggerere se imperio, & promereri responsum celeriter, ita ut si aut iusta ab imperio petierint, haec accipiant: aut si non iusta quaerunt, uelociter reuertantur, unde profecti sunt. Haec autem de deo amabilibus episcopis secundum diuinas constituentes regulas, & religiosos clericos cum multa fieri inquisitione secundum diuinas regulas, & boni testimonij uiros ordinari sancimus, literas omnino scientes, & eruditos constitutos (literas enim ignorantes omnino nolimus neque unum ordinem suscipere clericorum uidelicet, presbyterorum & diaconorum, tam sacras orationes dicentium, quam ecclesiarum & canonum legentium libros) & ordinationem sine querela, & inculpabile, & sine aliqua contradictione, & sine datione pecuniarum aut rerum suscipientes. Neque autem eos uolumus omnino, qui officiales aut curiales constituti sunt, suscipere ordinationem, nisi secundum leges, quas super his superius posuimus pridem, quas & hic nunc confirmamus. Et episcopi autoritate ordinatos sacra praecipua in conspectu totius populi suscipere propter easdem causas, propter quas hoc ipsum agi etiam supra in deo amabilibus episcopis sancimus. Sed neque eum, qui secundas habet aut habuit nuptias, ordinari in diaconum aut presbyterorum, neque si mulieri coniungatur se iunctae & proprium uirum dereliquenti, neque si concubinam habeat. sed saltem eiusmodi uxorem, quae cum castitate & ex uirginitate sit. nihil enim sic in sacris ordinationibus diligimus, quam cum castitate uiuentes, aut cum uxoribus non cohabitantes, aut unius uxoris uirum, qui siue fuerit, siue adhuc sit, & ipse castitatem eligat, secundum diuinas regulas primum principium & manifestum fundamentum residuae uirtutis constitutam. Si autem & aliquis presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus postea ducat uxorem, aut concubinam, aut palam, aut occulte: sacro statim cadat ordine, & deinceps idiota sit. Quod si & lectior secundam ducat uxorem de caetero statim & ex irrecufabili quadam necessitate: neque omnino ad altiorem accedat gradum, neque perfruat tur gradu maiore in sacerdotio, sed maneat in eodem gradu perpetuo. Sed non & ad tertias ueniat nuptias, satis est enim, si ad nuptias ueniat. Si uero aliquid tale egerit, & ad secundas uenit nuptias, ad maiorem gradum uenire festinauerit: exinde idiota erit, & laicus, omnino sacro ministerio cadens. pudice enim nos per omnia decet uiuere. si enim tales constituti hi, qui in clero adducuntur, ordinantur: facilius eis ad episcopatum ascensus erit, & ex multis bonis uiris facilius inuenientur, qui digni adducantur ad primum gradum sacerdotij. Quanta igitur super uenerabiles clericos a nobis dicta sunt, haec etiam super deo amabilibus diaconis illi intelligi uolumus, ut neque ipsae circa obseruationem fiant sed primum quidem eis aetatem neque nouellam esse, neque crescentem, ne hac occasione delinquentium proficiant, sed super mediam constitutas aetatem, & circa quinquaginta annos secundum diuinas regulas agentes. sicque sacram promereri ordinationem aut uirgines constitutas, aut quae uenit uiri fuerant uxores. non enim permittimus neque secundas contrahentibus nuptias, neque uitam non habentibus (ut diximus) irreprehensibilem, omnique suspitione liberam ad sacrum uenire ministerium, & adorandis ministrare baptismatibus, & alijs ad se secreta: quae in uenerabilibus ministerijs per eas rite aguntur. Si uero quaedam necessitas fiat, & minor ab hac aetate, quam diximus, ordinari diaconis nissam contigerit: liceat eam in aliquo uenerabilium aetate destinari, in quo habitare possit nequaquam admista uiris, neque suo habitans arbitrio, sed uitae separatae & modestae a conuenientia multitudine bonum testimonium habens. Volumus autem & ipsas, quae ad ordinationem perducuntur, diaconissas, siue ex uiduitate, siue ex uirginitate, non cum aliquo cohaerere, aut cognatorum, aut eorum, quos appellat dilectos (talibus enim nominibus utentes, maligna suspitione suam replent uitam) sed aut solae habitent, aut cum parentibus solis, & filijs, aut uere fratribus, aut cum his, de quibus si quis suspicari aliquid praesumpserit malignum, ipse insipiens simul & impius forsitan putabitur. Et si dicatur tale aliquid de aliqua earum, quae in diaconissarum ordinationem ingredi uult, quod alicui adhaerit sub imagine quidem bonae appellationis, cum maligna uero suspitione: non oportet huiusmodi mulierem perducere omnino ad ordinationem diaconiae. Nam & si ordinetur, & tale aliquid egerit, & cohaerit alicui cum praedicto nomine, aut schemate: cadat quidem ipsa a diaconia, & tam ipsa, quam ille subiecti erit huic legi, & reliquis, quae corruptores puniunt. Oportet enim omnes, quae ordinantur, uenerabiles diaconissas tempore ordinationis etiam moneri, & coram reliquis, quae dum sunt uenerabiles diaconissae, sacrorum audire mandatorum praecipua, ut & ipsae dei timorem habeant & adherentem sacris mandatis fiduciam, timeant autem & confundi, & sacro cadere ordine. scilicet turis, quod si praesumpserint aut erubescerent ordinationem, aut dereliquentes sacrum ministerium, ad nuptias uenire, aut aliam omnino uitam elegerint: ipsae quidem obligatae efficiuntur morti, & substantia earum applicabitur sanctissimis ecclesijs, aut monasterijs, in quibus sunt. qui uero eas aut in uxores accipere, aut corrumpere praesumpserint, obnoxij quidem & ipsi gladio erunt, substantia autem eorum applicabitur fisco. Si enim in antiquis legibus uirginibus illis, quae in eorum errorem uocabantur, mortis incumbebat periculum corruptis: quomodo non magis nos in his, quae a deo glorificantur, idem definimus pudicitiam, quae quam maxime mulieres exornat, conseruari uolentes: cum conueniat uenerabilibus diaconissis, ut & quod natura decet, custodiant, & quod debet sacerdotio, conseruent. Secundum hoc autem & semel factos diaconos, aut presbyteros, nullo modo derelinquere sacerdotium. quod non solum in presbytero & diacono sancimus, sed etiam si subdiaconus, aut forte lectior fiat aliquis, neque hunc relinquere pristinum schema, & ad alteram migrare uitam: quia si tale aliquid egerit

us pronuntiare ad imperium, sed primitus aut ad deo amabilem patriarcham proficiscantur, aut ad uniuscuiusque dioeceseos, ex qua sunt, apocrypharios, & cum ipsis conferant causas, propter quas uenerunt, & cum eis ingrediantur ad imperium, & deinceps imperiali perfruant aspectu. Mox quae imperati adfuerint, liceat quidem petentibus episcopis, aut per eos, qui uocantur referendarij sanctissimae maioris ecclesiae, aut per religiosos apocrypharios cuiusque dioeceseos sanctissimorum patriarcharum suggerere se imperio, & promereri responsum celeriter, ita ut si aut iusta ab imperio petierint, haec accipiant: aut si non iusta quaerunt, uelociter reuertantur, unde profecti sunt. Haec autem de deo amabilibus episcopis secundum diuinas constituentes regulas, & religiosos clericos cum multa fieri inquisitione secundum diuinas regulas, & boni testimonij uiros ordinari sancimus, literas omnino scientes, & eruditos constitutos (literas enim ignorantes omnino nolimus neque unum ordinem suscipere clericorum uidelicet, presbyterorum & diaconorum, tam sacras orationes dicentium, quam ecclesiarum & canonum legentium libros) & ordinationem sine querela, & inculpabile, & sine aliqua contradictione, & sine datione pecuniarum aut rerum suscipientes. Neque autem eos uolumus omnino, qui officiales aut curiales constituti sunt, suscipere ordinationem, nisi secundum leges, quas super his superius posuimus pridem, quas & hic nunc confirmamus. Et episcopi autoritate ordinatos sacra praecipua in conspectu totius populi suscipere propter easdem causas, propter quas hoc ipsum agi etiam supra in deo amabilibus episcopis sancimus. Sed neque eum, qui secundas habet aut habuit nuptias, ordinari in diaconum aut presbyterorum, neque si mulieri coniungatur se iunctae & proprium uirum dereliquenti, neque si concubinam habeat. sed saltem eiusmodi uxorem, quae cum castitate & ex uirginitate sit. nihil enim sic in sacris ordinationibus diligimus, quam cum castitate uiuentes, aut cum uxoribus non cohabitantes, aut unius uxoris uirum, qui siue fuerit, siue adhuc sit, & ipse castitatem eligat, secundum diuinas regulas primum principium & manifestum fundamentum residuae uirtutis constitutam. Si autem & aliquis presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus postea ducat uxorem, aut concubinam, aut palam, aut occulte: sacro statim cadat ordine, & deinceps idiota sit. Quod si & lectior secundam ducat uxorem de caetero statim & ex irrecufabili quadam necessitate: neque omnino ad altiorem accedat gradum, neque perfruat tur gradu maiore in sacerdotio, sed maneat in eodem gradu perpetuo. Sed non & ad tertias ueniat nuptias, satis est enim, si ad nuptias ueniat. Si uero aliquid tale egerit, & ad secundas uenit nuptias, ad maiorem gradum uenire festinauerit: exinde idiota erit, & laicus, omnino sacro ministerio cadens. pudice enim nos per omnia decet uiuere. si enim tales constituti hi, qui in clero adducuntur, ordinantur: facilius eis ad episcopatum ascensus erit, & ex multis bonis uiris facilius inuenientur, qui digni adducantur ad primum gradum sacerdotij. Quanta igitur super uenerabiles clericos a nobis dicta sunt, haec etiam super deo amabilibus diaconis illi intelligi uolumus, ut neque ipsae circa obseruationem fiant sed primum quidem eis aetatem neque nouellam esse, neque crescentem, ne hac occasione delinquentium proficiant, sed super mediam constitutas aetatem, & circa quinquaginta annos secundum diuinas regulas agentes. sicque sacram promereri ordinationem aut uirgines constitutas, aut quae uenit uiri fuerant uxores. non enim permittimus neque secundas contrahentibus nuptias, neque uitam non habentibus (ut diximus) irreprehensibilem, omnique suspitione liberam ad sacrum uenire ministerium, & adorandis ministrare baptismatibus, & alijs ad se secreta: quae in uenerabilibus ministerijs per eas rite aguntur. Si uero quaedam necessitas fiat, & minor ab hac aetate, quam diximus, ordinari diaconis nissam contigerit: liceat eam in aliquo uenerabilium aetate destinari, in quo habitare possit nequaquam admista uiris, neque suo habitans arbitrio, sed uitae separatae & modestae a conuenientia multitudine bonum testimonium habens. Volumus autem & ipsas, quae ad ordinationem perducuntur, diaconissas, siue ex uiduitate, siue ex uirginitate, non cum aliquo cohaerere, aut cognatorum, aut eorum, quos appellat dilectos (talibus enim nominibus utentes, maligna suspitione suam replent uitam) sed aut solae habitent, aut cum parentibus solis, & filijs, aut uere fratribus, aut cum his, de quibus si quis suspicari aliquid praesumpserit malignum, ipse insipiens simul & impius forsitan putabitur. Et si dicatur tale aliquid de aliqua earum, quae in diaconissarum ordinationem ingredi uult, quod alicui adhaerit sub imagine quidem bonae appellationis, cum maligna uero suspitione: non oportet huiusmodi mulierem perducere omnino ad ordinationem diaconiae. Nam & si ordinetur, & tale aliquid egerit, & cohaerit alicui cum praedicto nomine, aut schemate: cadat quidem ipsa a diaconia, & tam ipsa, quam ille subiecti erit huic legi, & reliquis, quae corruptores puniunt. Oportet enim omnes, quae ordinantur, uenerabiles diaconissas tempore ordinationis etiam moneri, & coram reliquis, quae dum sunt uenerabiles diaconissae, sacrorum audire mandatorum praecipua, ut & ipsae dei timorem habeant & adherentem sacris mandatis fiduciam, timeant autem & confundi, & sacro cadere ordine. scilicet turis, quod si praesumpserint aut erubescerent ordinationem, aut dereliquentes sacrum ministerium, ad nuptias uenire, aut aliam omnino uitam elegerint: ipsae quidem obligatae efficiuntur morti, & substantia earum applicabitur sanctissimis ecclesijs, aut monasterijs, in quibus sunt. qui uero eas aut in uxores accipere, aut corrumpere praesumpserint, obnoxij quidem & ipsi gladio erunt, substantia autem eorum applicabitur fisco. Si enim in antiquis legibus uirginibus illis, quae in eorum errorem uocabantur, mortis incumbebat periculum corruptis: quomodo non magis nos in his, quae a deo glorificantur, idem definimus pudicitiam, quae quam maxime mulieres exornat, conseruari uolentes: cum conueniat uenerabilibus diaconissis, ut & quod natura decet, custodiant, & quod debet sacerdotio, conseruent. Secundum hoc autem & semel factos diaconos, aut presbyteros, nullo modo derelinquere sacerdotium. quod non solum in presbytero & diacono sancimus, sed etiam si subdiaconus, aut forte lectior fiat aliquis, neque hunc relinquere pristinum schema, & ad alteram migrare uitam: quia si tale aliquid egerit

egerit: secundum quod à nobis iam sancitum est, aut in curiam cum substantia, aut sub inopia degeat ad officialem deponetur fortunam. Sed neque effulas competit fieri de cætero reuerendissimorum clericorum ordinationes. quod enim hætenus gestum est, licet corrigi oportet, attamen propter tempus sinimus. de cætero autem non propter hoc fieri, neque ad damnum sanctissimarum ecclesiarum uenire sancimus. Quæcunque igitur oportebat de tali modo in sanctissima maiore ecclesia huius nostræ regni ciuitatis, & sub ea constitutis sanctissimis ecclesijs, & alijs, quæ hic sunt, fieri: hæc specialiter lege complexi sumus. In omnibus autem quæ foris sunt, locis sancimus, si quis cum constituit ab initio ædificare ecclesiam, definitiue ordinandorum mensuram, tanquam secundum eam expensas constituit: non prius ordinari quinquam in eadem ecclesia, nisi ad numerum à principio definitum eius mensura redigatur. Si uero hoc non fecerit, ipsa uero ciuitatis ecclesia ministrat emolumenta & sibi & alijs ecclesijs: tunc non promptum sit augere illi clericos, neque propter aliquas forte compansiones aut beneficia ex hoc eam sumptibus prægrauare. non sunt enim hæc pia, neque sacerdotibus digna, sed ex his, quæ dominus deus dederit, quæ possibilia sunt, administrare, aut antiquam cõseruare consuetudinem nihil penitus inuouantem. Vnde competit deo amabiles patriarchas & metropolitanos huius habere prouidentiam, & eos quidem, qui hætenus sunt, sine in schemate, in quo sunt clericos. Metri uero uniuersiusque ecclesiæ facultates, & ita ipsos quoque sanctissimos patriarchas sub se constitutas ecclesias ordinare, & metropolitanos hoc ipsum à sanctissimis patriarchis cõmonitos facere, illos autem alios omnes sub se positos episcopos ad mensuram hanc deducere, & studere non ultra expensas facere clericorum ordinationes. scimus enim, quot sanctissimæ ecclesiæ propter hanc ordinationem & alias expensarum effusiones inopes factæ sunt. Et quia aliquas earum uix quidem, tamen liberauimus, quædam uero adhuc oneratae iacent ex tali eleuari angustia non ualentibus: ideoque hoc prouideant sanctissimi patriarchæ, & metropolitani, & reliqui deo amabiles episcopi, ut & nos quæ ab eis aguntur discentes, approbemus eos, qui nostram legem in literis positam apud semetipsos ostenderunt operibus adimpleri. Quæ igitur à nobis sancita sunt, & sacrum ordinem statumque custodiunt secundum sacrarum regularum obseruationem & tenorem, de cætero cõseruent perpetue integra & sanctissimi patriarchæ uniuersiusque dioeceseos, & deo amabiles metropolitani, & reliqui reuerendissimi episcopi, atque clerici, ubique dei culturam & sacram disciplinam custodientes inuiolatam, poena imminente ista præuaricanti, quo penitus alienus sit à deo, & imposito sibi sacerdotij ordine. nam uelut indignus hoc excludit. Licentiâ uero uniuersis damus, cuiuscumque sunt officij, uel cõuersationis, respicientibus aliquid horum præuaricari, nunciare nobis & ad imperium, quod semper est: ut nos, qui hoc secundum sacrarum regularum explanationem apostolicamque traditionem constituimus, de centem etiam indignationem præuaricatoribus inferamus. uidelicet his etiam, quæ sancita sunt à nobis de hæreditibus deo amabilium episcoporum, custodiendis. Sanctissimi sanæ patriarchæ uniuersiusque dioeceseos hæc proponant in ecclesijs sub se constitutis, & manifesta faciant deo amabilibus metropolitanis, quæ à nobis constituta sunt. Illi quoque rursus etiam ipsi proponant in metropolitana sanctissima ecclesia, & constitutis sub se episcopis hæc manifesta faciant. illorum uero singuli in propria ecclesia hæc proponant, ut nullus in nostra republica ignoret, quæ à nobis ad honoris & magnificentiam magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi disposita sunt. Insuper sequens hæc tua sanctitas omnibus, qui sub ea sunt, sanctissimis metropolitanis hæc faciat manifesta uniuerso tempore tenenda. Scriptum exemplar Epiphano sanctis, archiepiscopo magnæ huius & alme urbis. Scriptum exemplar sanctis archiepiscopo Hierosolymorum. Scriptum exemplar Iohanni uiro gloriosissimo præfecto sacrorum prætoriorum secundo exconsule & patrio, cui etiam hoc adiectum est. Et tua quoque celsitudo hæc sciens unam cum semper suscepturis sedem tuam hæc seruare festinet. & si denunciatum aliquid fuerit, tale delictum prohibeat, & maxime quæcunque in ordinationibus curialium uel officialium interdita sunt. Nunciet autem etiam nobis, ut decens super eis imponatur correctio, uratur quoque præceptis ad clarissimos prouinciarum iudices, ut & ipsi quæ sunt inspicientes, non permittant aliquid extra hoc, quod à nobis constitutum est, fieri. imminet enim eis & poena quinque librarum auri, siquidem & ipsi præuaricari uidentes non denunciauerint aut sedi tuæ, aut imperio, ut undique decens ornatus ordinationis gradui cõseruetur. Scripta cum adiectione dominica.

DE NON ALIENANDIS, AUT PERMVTANDIS REBUS

ecclesiasticis immobilibus, aut in specialem hypothecam dandis creditoribus, sed ut sufficiant generales hypothecæ. Constit. VII.

Imp. IVSTINIANVS A. Epiphano archiepiscopo & patriarche Constantinopolitano.



Nam intentionem hanc semper proponimus, omne, quicquid prius imperfectum aut confusum uidebatur, hoc & expurgare, & perfectum ex imperfecto declarare. quod etiam in omni legislatione facientes, credimus oportere & in alienationibus, quæ sunt super sacris rebus, una complecti lege, quæ priores omnes & renouet, & emendet, & quod deest adiciat, & quod superfluum est abscindat. A Leone siquidem bonæ memoriæ, qui post Constantinum piæ memoriæ Christiana fide inter cæteros imperatores principatus auxit, & constituit sacrarum ecclesiarum honorem & disciplinam scripta lex est de alienationibus ecclesiasticis cõclusa in sola huius felicissimæ ciuitatis sanctissima maiore ecclesia. & laudamus plurimam huius legis cum omni uehementia & dei cultura posita. sed eo quod non generaliter posita sit, in omnibus

mnibus: indigere etiam eam quadam correctione credimus. Ab Anastasio quoque piæ memoriæ scripta quadam de talibus lex est, neque similis priori, & omnino minus habens. effusa namque & per loca foris posita, nihilominus mansit imperfecta, eo quod ad solum sacerdotium & dioecesein respiciat constitutam sub beatissimo patriarcha huius regni & felicissimæ ciuitatis, alias autem omnes non percurata sedes: cum utique dignam correctionem esse eam arbitrat, propter quam occasione alia quidem corrigebat, alia uero incomposita relinquebat. Quam ob rem eam quoque uacare de cætero sancimus, utpote imperfectam, & loco circumclusam, & non generalem inter leges existentem, neque aliquid studium introducentem. Hæc ergo nos omnia emendantes, unam existimamus legislationem omnibus sanctissimarum ecclesiarum, xenodochiorum, nosocomiorum, monasteriorum, brephotrophiorum, gerontocomiorum, & totius sacri collegij rebus imponendam, & hanc legem Leonis piæ memoriæ constitutioni adiciendam esse: prius quidem breuiter legislationem exponentes, sicque omne, quod reliquum est, intextentes. Vult autem illa neque deo amabilem archiepiscopum & patriarcham huius felicissimæ ciuitatis, seu sanctissimæ maioris ecclesiæ, neque economum uedere, aut donare, aut aliter alienare rem immobilem, domum forsitan, aut agrum, aut colonum, aut mancipia rustica, aut ciuiles anonas (nam & hæc inter immobilia numerata sunt, quæ cõpetunt Constantinopolitanæ sanctissimæ maiori ecclesiæ) sed neque pro ulla cõpensatione, aut qualibet alia circũuentione tale aliquid agi. Et interminat emptori quidem rei restitutionem, ut reddat pro tempore economo rerum sanctissimæ ecclesiæ rem, quam ipse perceperit, cum omni medijs temporis fructu, & alijs lucris: casu imminente prætorum ei, qui tale aliquid accipere aut cõparare præsumpserit: cum etiã hoc quidem, quod contra leges actum est, ita ponat, ac si neque à principio gestum sit. Economum uero hæc preuaricantem dare quidem de suo sanctissimæ ecclesiæ iubet omne, quicquid ex ea causa lucratum est, aut sanctissimæ ecclesiæ dani intulit. Super hoc autem etiam excludit officio economum, & dat actionem sanctissimæ ecclesiæ, non solum contra deo amabiles economos, sed etiam contra successores eorum, siue ipsi hæc alienauerint, siue pro tempore deo amabilem episcopum, aut alium quempiam clericorum uidentes alienatam degeneri & illiberali tacurnitate passim sunt: & multo potius si, cum uiderent, consentientes tale aliquid permiserunt, & non prohibuerunt. Ad hæc autem etiam tabellionem, qui talia cõfecit instrumenta, perpetuo tradit exilio, nullam ei clementiam neque pro reuersione participans. ipsos quoque maximos iudices, qui ad hæc accedunt, & talibus ministrant caulis, aut consilij apud semetipsos monumenta pro confirmatione talium donationum aut aliorum actuum patiuntur, cingulo, & dignitate, & substantia interminatim excludere. Hæc igitur increpans uehementer, permittit rei ecclesiasticæ usum, aut qui uocatur usufructus, sub certo quodam tempore, aut etiam usque ad uitam percipientis dare sanctissimæ maiorem ecclesiã: sub hac tamen definitione, ut is, qui hæc accepit munificentiam, eiusdem quantitatis rem recompenset sanctissimæ maiori ecclesiæ iure proprietas, ex qua possit eundem redditum sanctissima ecclesia habere, quantum ille ex usu accepit: post percipientis uitam mortem, aut definitum tempus, usu uidelicet & usufructu data ecclesiastica rei ad sanctissimam maiorem ecclesiã redeunte, & ite usu donatæ rei cum proprietate sanctissimæ ecclesiæ uindicando. talem namque cõtractum sine periculo esse ponit lex. Si uero minoris fuerit, quæ quod dat à sanctissima ecclesia, illud, quod cõpensatur ei, cuius mox quidem percipiet proprietatem, sperat autem & usum accipere: infirmum contractum & pro non facto ponit, datque licentiã uindicationis, utpote circũuentione contra ius sanctissimæ ecclesiæ facta. Lex itaque talia sub breuitate decernit, & multa imponit, & usque ad res sanctissimæ maioris ecclesiæ stat solummodo. & quanquam omnem perimit circũuentionem, quam prædiximus: non tamen retinere calliditate postea insurgentium ualuit. Quidam enim dudum hoc, quod uocatur colonarium ius (est autem colonarium ius, ueluti si domum ualentem centum solidos, & præstantem pensionem solidos decem accipiat quis ab ecclesia, & det pro ea solidos centum, seu amplius, aut etiam minus, & quasi iam de proprio aggrauet se dare singulis annis quasi pensionis nomine solidos tres. iste autem appellatur paræcus. sed ipsam domum sub tam parua pensione in perpetuum & ipse & hæres eius possidebant) adinuenientes, neque nostris legibus, neque cuiuscumque omnium notum, circũuentionem non paruam meditari sunt contra legem, perpetuas penè excogitates alienationes. quod nos de cætero agi prohibemus, & pro eo ipso conscripsimus legem. Dudum autem & ad emphyteusim respexerunt, & imminuerunt plurimam quantitatem ueri redditus illis, qui emphyteusim accipiunt, præstantes hi, qui rebus quidem sanctissimæ maioris ecclesiæ præsidebant. Ideoque nos in quadam constitutionum nostrarum definimus quidem usque ad personas tres emphyteusim fieri, accipientis, & duorum aliorum successorum: hoc etiam super rebus sanctissimæ maioris ecclesiæ fieri permittentes, non autem ultra sextam partem propter fortuitos casus emphyteusim accipientes releuari sancientes. Quia uero didicimus licet effuse & impie ab aliquibus fieri documenta, ut neque sexta relinquat sanctissimæ ecclesiæ pars, reliquis omnibus emphyteusim accipientibus donatis: porro autem Anastasius piæ memoriæ gesta monumentorum constitutus fieri super alienationibus, sic ut etiam huius rei tempus adijceret, & emphyteusim statuens, sine gestis quidem usque ad solam uitam accipientis emphyteusim, cum gestis autem in perpetuum eam extendens, neque perfectam lecit neque utilem legem, & undique imperfectam, usque ad solam dioecesein patriarchicæ sedis huius felicissimæ ciuitatis (sicut prædiximus) legislationem statuens: NOS IGI TVR (iam enim ad legem ueniendum est) sancimus, neque sanctissimam huius felicissimæ ciuitatis maiorem ecclesiam, neque sub ea constitutas ecclesias, quæ ipsa erogationem suscepit (sicut eam Anastasius piæ memoriæ interpretatus est) neque alias omnes ecclesias in hac felicissima existentes ciuitate, aut circa eius confinia, neque sub patriarchica sede huius felicissimæ ciuitatis constitutas, quarum metropolitana nos ipse ordinat, neque alium ullum ubicumque, siue patriarcham, siue episcopum (dicimus autem & eos, qui in Oriente, & qui in Illyrico, insuper & in Aegypto, & Lycaonia, atque in Lycia, & eos, qui in Africae na prouincia, atque ut strictum dicamus, per omnes nostræ ditioris terras, necnon qui in Occidente

sunt, deo amabiles episcopus ab ipsa seniore Roma usque ad Oceanum consistentium sanctissimarum orthodoxarum ecclesiarum neque aliquem xenodochium aut prochorophum, aut nosocomium, aut orphanotrophum, aut brephotrophum, aut gerontocomium, aut monasterium (uirorum uel mulierum) abbatem seu abbatissam, aut quemlibet omnino praesidentem uenerabilibus collegiis, licentiam habere alienare rem immobilem, aut in domibus, aut in agris, aut in hortis, aut omnino in huiusmodi consistentem, neque rusticum mancipium, neque civilem annonam, nec per specialis pignoris occasionem tradere creditoribus. Alienationis autem nomen generalius ideo posuimus, ut prohibeamus & uenditionem, & donationem, & commutationem, & in perpetuum extensam emphyteusim, quae non procul ab alienatione consistit sed omnes ubique sacerdotes ab huiusmodi alienatione prohibemus, subdolos poenis, quibus Leonis patris memoriae usque est constitutio. illam namque per omnia ualere & ratam esse sancimus. Praeterea autem proposuimus & protulimus, & conscripsimus hanc legem non paternam uoce, sed hac communi & Graeca, ut omnibus sit nota propter facilem interpretationem. Quod itaque iam praeterijt, relinquimus. nam documenta tam longo abhinc tempore facta denuo commouere, multum erit tergiversationis. quapropter quae usque huc habentur existant, propriam habeant uigorem: de caetero autem omnem alienationem interdiciamus, praedictas eis poenas imponentes.

VT AUTEM lex ad humanam naturam uarietate permaneat, & ad id, quod semper uenit, accommodata, per omnia immota permaneat (quid enim esse potest stabile inter homines & immobile, ut nullam patitur mutationem, cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat) necessarium existimauimus, quasdam exceptiones dare legi, cum multis uigilijs & subtilitate adinuentas, ut eas habens in auxilio lex, nequaquam moueatur.

Sinimus ergo imperio, si qua communitas est, & causa ad utilitatem reipublicae respiciens, & talem exigens possessionem alicuius immobilis rei, qualem proposuimus: hanc ei a sanctissimis ecclesijs, & reliquis uenerabilibus domibus, & collegijs, percipere licere, undique sacris domibus indelentate seruata, recompensanda re eis ab eo, qui percipit, aequa uel etiam maiore, quam data est. Quid enim causetur Imperator, ne meliora det, cui plurima dedit habere deus, & multorum dominum esse, & ut facile dare potest: & maxime in sanctis, ecclesijs, in quibus omnes donatae eis rebus immensitas optima mensura est. Vnde si quid tale fiat, & pragmatica praeserit forma, praecipiens imperio dari aliquid talium rerum, & recompensauerit mox rem meliorem, & uberiorem, & utiliore: sit ea permutatio firma, & hi, qui praesident domibus, quarum est, quod alienatur, & qui talibus administrant literis, sine querela undique sint, nullam metuentes poenam, quae a Leone patris memoriae interminatur, & a nobis firmatae sunt. utique cum nec multum differant ab alterutro sacerdotium & imperium, & sacrae res a communibus ac publicis: quandoquidem omnium rerum sanctissimis ecclesijs abundantia & status ex imperialibus munificentijs perpetue praebentur, alterutris itaque compensantes, quae decent, non ab aliquibus iure culpabuntur.

Alia uero omnium, siue ad ipsum imperium, siue ad aliam quancumque personam facta, siue uenditionem, siue emphyteusim perpetuam omnino perimimus. Sed neque donationem, siue ue permutationem, siue dationem cuiusdam pignoris in re immobili factam occasione mutuo fieri sinimus. Et haec ualere uolumus in omni ecclesia, omnique monasterio, & nosocomio, & xenodochio, & brephotrophio, & asceterio, & gerontocomio, & omni absolute collegio, quod actio pia constituit, nullo penitus horum accipere aliquid ab eis ualente. Vnde neque constitutione Anastasij diuinae memoriae ulterius opus erit, neque secundum illam facienda decreta memoratae obseruationis. ipsa enim rei principia perimentes, & prohibentes quod sit, nequaquam percutatione deinceps indigebimus.

Emphyteusim autem, siue in sanctissima maiore ecclesia, siue in omnibus reliquis adorandis domibus, fieri sinimus & in persona accipientis, & in duobus eiusdem personae haeredibus deinceps, filijs ditaxat solis masculis aut feminis, aut nepotibus utriusque sexus, aut uxore, aut uiro, si hoc uidelicet de uxore aut uiro expressim nominetur. alioquin non transire ad aliquem alterum haeredem, sed usque ad solam uitam percipientium standum, nisi filios aut nepotes habuerint. aliter autem penitus emphyteusim agi ecclesiasticae cuiusdam, aut prothicae rei immobilis, aut mancipij rustici, aut civilis annonae, nullo modo permitimus, neque quod sit, aliquid penitus robur habere sinimus.

Quia uero Leonis quidem patris memoriae constitutio sub nulla penitus deminutione dari rem ecclesiasticam sancit, nos autem in alia constitutione a nobis scripta, sextam solum excipimus super emphyteusim: huiusmodi quendam deminutionis rei ordinem damus, ut quaeratur cum omni ueritate & subtilitate pensio eorum, quae dantur, an tanta sit, quanta ab initio fuerit, quando ad sanctissimam uenit ecclesiam: & detur emphyteusim talibus personis, quales dudum diximus. tunc enim sextam partem cum scrupulositate imputanda concedimus. Si uero minui contigerit per quandam calamitatem pensionem; aut in totum tunc constantem pensionem accipiat, qui emphyteusim subire uult, aut penitus abstineat: cum liceat elocare potius, quam tales deminutiones in emphyteusim celebrare.

Si uero alicuius ecclesiastici suburbanij praedij emphyteusim detur: qualia plurima, maxime in hac nouimus felicissima consistere ciuitate, multo quidem digna precio, paruas uero redditu pensiones, aut nihil pensionum omnino: non ex redditibus metiri emphyteusim, sed aestimare suburbanum subtiliter, & reputari ex precio reducto redditus possibiles in uiginti annis computari, & in redditibus secundum hoc computatis agi emphyteusim, non perpetuo, sed in eum, qui percipit, & duas ex eo successiones, & uiro & uxori (sicut praediximus) faciendam. Scire autem emphyteusitas conuenit, quia si in biennio continuo non exsoluerint emphyteusim canonem (hoc enim tempus pro triennio aliorum hominum sufficere ad casum ecclesiasticarum aut prothicarum emphyteusim pro non soluto canone ponimus) sicut omnino extranei emphyteusimatos, & uolentibus praepositis sanctae domuum licebit praedia aut domus uiuicare, nulla metuentibus meliorationum repetitionem. Sed si quid deterius fecerit praedium, aut suburbanum, aut domum, qui emphyteusim percipit: cogi eum de suo diligentiam ac restitutionem prisca status facere, obligatumque ad hoc esse & ipsum, & haeredes eius, & successores, eiusque res, insuper & debitos omnes redditus sine dilatione exigere.

Quod

Quod autem dictum est a nobis, ut nullius immobilis rei ecclesiasticae aut prothicae alienatio sit permilla: ad nullam nostrae reipublicae personam ualere, non solum super constantibus domibus, & suburbanis, & hortis, & agris, sed etiam super ruinis (siue ex igne, siue ex terrae motu, siue ex qualibet causa ruina sit) & in his, quae omnino destructa sunt, & in pavimento iacent, siue etiam in puris ruinis nullum aedificium habentibus, neque materiam iacentem. non enim in illis alienationem fieri permittimus, nisi in sola emphyteusim temporali, secundum quod dudum a nobis dictum est, & in tribus personis talibus, quales praediximus. Et ut neque ulla circumscriptio in rem ecclesiasticam in talibus fiat: duobus per tempora primatibus mechanicis, aut architectis, siue in hac regia & maxima ciuitate una cum deo amabili episcopo: siue etiam in prouincia duobus insignibus mechanicis aut architectis, aut etiam uno (si unum solum ciuitas habeat) interuenientibus in illis locis, sacrosanctis Euangelijs praepositis, definiatur ab architectis, quantum competat pro hoc solui sanctissimae ecclesiae secundum modum emphyteusim, & sub his emphyteutica conscriptio in eo celebretur secundum figuram prius dictam: ille uero & aedificet, & utatur materiabus (si materias habeat) & transmittat emphyteusim usque ad duas successiones (sicut dictum est) & sic reuertat post trium personarum mortem ad sanctissimam ecclesiam aut uenerabilem domum, ex qua facta est emphyteusim, & ualeat etiam talis contractus, utpote praefecti non repugnans legi.

Neque illud, quod haecenus contra tales contractus agebatur, ualere permittendum est de adiectione, ut si duorum haereditum compleatur tempus, licentia sit eis, qui post illi sunt, in emphyteusim dare id, de quo agitur, & semper eos praeponi alijs. hoc enim nihil aliud est, quam per reuolutionem & machinationes perpetuas eis emphyteusim, magis autem priuationes ecclesiasticarum agerum. sed si quid factum est tale, nullam necessitatem esse reuerendissimis economis, duobus haereditibus cessantibus, caeteris tradere. Si quis autem uoluerit accipere secundum rationem usus, aut qui uocatur ususfructus, rem ecclesiasticam aut sanctissimae maioris ecclesiae, aut alterius cuiuslibet, quae in omni nostra ditione sunt posita, aut prothicae: omnino percipiat hoc, & secundum praedictam obseruationem, & secundum formam constitutionis Leonis patris memoriae, ut iste locuples existens, & substantiae immobilis dominus, aliam mox rem secundum proprietatis ius compenset sanctissimae ecclesiae, aut uenerabili domui, ex qua hoc percipit, talem & tales iserentes redditus, quatos aut quales habet id, quod datur: ut ita post eius obitum ecclesiastica aut prothica res reuertatur ad uenerabilem domum cum usu, qui datus est, non transcendente tempus uitae percipientis, accipiat autem similiter & rei in compensationem datae usum: quatenus post percipientis obitum aut tempus, in quo donatio usus conuenit, non transcendens uidelicet percipientis uitam, utrunque ex toto & secundum proprietatem & secundum usum apud sanctissimam ecclesiam remansurum sit.

QUIA VERO Leonis patris memoriae constitutio poenas penes solummodo in uenditiones decreuit, nos autem interdiximus non uenditiones solum, sed etiam donationes, & permutaciones, & perpetuas emphyteusim, & pignorum dationes in rebus immobilibus: uidemus autem quosdam sic amatores periculi constitutos, ut praesumant ad ea, quae interdicta sunt, accedere, & circumventionem facere legibus ex uoluntate & praesumptione, quam habent, & quae omnibus modis interdicta sunt, & quae forsitan deducunt homines ad mortem, qui id agunt: propterea necessarium existimauimus in unoquoque contractu etiam certa statuere poenam. his scilicet poenis, quae posita sunt aduersus economos ex constitutione praedictae patris memoriae Leonis, similiter & nunc imminentibus economo, aut xenodochio, aut nosocomio, aut brephotropho, aut abbati, aut abbatissa monasterij aut asceterij, secundum quod prius dispositum est. Si quis igitur emere praesumpserit rem ecclesiasticam, aut prothicam: cadat quidem mox precio, exigatur autem res, quam accepit, cum omni medij temporis incremento, & contra sanctissimam ecclesiam quidem, aut uenerabilem domum nullam omnino habeat actionem. contra uenerabiles uero economos, aut qui omnino uendiderunt, in proprijs eorum substantijs ex contractu habeant actionem, ut & si non propter dei timorem, tamen metu suae substantiae segniores circa uenditionem fiant.

Si quis autem per donationem accipere praesumpserit rem ecclesiasticam, aut prothicam: & ipso, quod datum est, omnino cadat, & aliud tantundem ex sua substantia repenset sanctissimae ecclesiae, aut uenerabili domui, ex qua hoc suscepit: ut quam nihil est ingerere contra eam nouitate suam exercens malignitatem, ea ipsemet in proprijs bonis sentiat.

Si autem permutatio in quibusdam personis fiat, praeter solum imperium, sicut praediximus: & qui permutationem accepit, subiaceat poenae, & datam sibi rem amittat, & recurrat rursum haec ad uenerabilem domum, unde progressa est, & quod pro compensatione dedit, maneat apud uenerabilem domum: & qui accepserit ad causam legi contrariam, cadat utroque iuste, & secundum hoc poenae subdatur, secundum quam & proprijs cadat, & quod sperauit, non acquirat: etiam hic actione ei seruata in propria substantia eorum, qui contractum cum eo celebrauerunt.

Si autem creditor in pignore corporali elegerit accipere rem immobilem ecclesiasticam, aut prothicam, in domibus forsitan, aut suburbanis, aut agris, aut hortis, aut civilibus panibus, aut rusticis mancipijs, & dederit aurum: ab hoc cadat creditor, & quae mutuum acceperit sanctissima ecclesia aut uenerabilis domus, quod mutuum est aurum, lucro habeat: etiam hic contra celebrantem mutuum economum, aut xenodochum, aut brephotrophum, aut praesulem monasterij, aut asceterij, aut aliorum uenerabilium collegiorum creditori actione manente: his omnibus etiam in abbatissis mulierum asceteriorum aut monasteriorum ualentibus. Si enim omnino sanctissimis ecclesijs aut alijs uenerabilibus domibus credito opus sit, idque forte aut in necessariam quandam & inuitabilem occasionem, & praeter quam non poterit quod imminet adimpleri, aut in aliam causam utilissimam sanctissimae ecclesiae consistente: licebit praepositis eorum usque ad generale hypothecam stare, & nullum speciale pignus creditoribus praebere.

Si uero etiam perpetua quisquam emphyteusim accipere praesumpserit, quod non licet, aut tempo

c ij ralem

ralem quidē non tamē secundū huius nostrae legis obseruationem: etiam sic cadat quidem de emphyteusi, & quod datū est, maneat apud uenerabilem domū. debet autē continuo & post eadem emphyteutas solvere, quantum solutus erat, si secundū legē emphyteusin subijisset: nihil apud eū manente ex rebus pauperum, quae frustra per emphyteusin datae sunt. Haec igitur oīa custodiantur praedictis subiecta poenis: neque tabellionibus praesumentibus instrumentis talibus ministrare, sed usque meuentibus exilium, ex quo nunquam reuertatur, nec si sacra hoc praebat forma; neque iudicibus uel dicere talia instrumenta praesumentibus, uel facta suscipere & gestis monumentorum ea firmare, ne etiā ipsi & cinguli ac dignitatis & substantiae casum secundū Leonis constitutionem sustineant. Iisdem poenis seruandis etiā aduersus eos, qui sacra uasa contra nostrā legē aut pignori dant, aut uendunt, aut cōstant propter alienationem. nam & illos aequali, aut maiore poena dignos esse sancimus, quando etiā circa sacras res & deo dedicatas praesumpserunt impie agere: nisi tamen aliquod tale fiat, quod diximus, circa redemptionem captiuorum, ubi animae hominum liberantur à mortibus & uinculis inanimatorum uenditione ualorum. Simili uidelicet obseruatione & super alienatione ciuiliū panū custodienda, sicut saepe diximus, eōque tales esse panes nō solum in hac felicissima ciuitate, sed etiam in magna Alexandria, & in Theopoli esse didicimus, forsitan autē tale aliquid etiā in alijs puincijs quibusdā est. Vnde tamē alibi quoque huiusmodi quaedā est possessio: & in illa lex seruet, & suā obseruationē extēdat.

Quia uero uerisimile est quēpiā etiā in circūuentionē huius legis tentare pragmaticas sacras formas accipere, tale aliquid eis agere permittētes: & hoc prohibemus in omni persona maiore, uel minore, siue in cingulo cōstituta, siue horū, qui circa nos sunt, siue aliorū quispīa inter populos tantum. Et sancimus nulli penitus licentiā esse, talem quēpiam pragmaticā proferre typū, neque ex hoc accipere aliquid de sanctissimis ecclesijs compendii, aut de monasterijs, aut ptochijs, aut alijs uenerabilibus collegijs immobilium rerū. Sed & gloriosissimo quaestori poenā imminere cētum librarum auri, si quid tale dictauerit: simul & suscipientibus insinuationē talis cuiuspiam sacrae formae gloriosissimis iudicibus, aut alijs quibusdā eandē imminere poenā: & tabelliones succumbere Leonis piaē memoriae cōstitutioni, si cōfecerint tale aliquid instrumentū: & deo amabiles episcopos, aut uenerabiles economos sine periculo refutare huiusmodi sacras pragmaticas formas, magis autē cū periculo suscipere & agnoscere, quia circa ipsam sacerdotiū periculū sustinebūt, si negligētes has leges, quae ita uelut pragmaticas sequantur formas. oportet enim ea, quae cōmuniter & generaliter ad oīm utilitatē sancuntur, potius ualere, quam ea, quae circa aliquos studentur agi ad corruptionē cōmunium legum. His solis uidelicet cōducendis & in emphyteusin dandis rebus, quascūque putant tali aliquo egere. Si tñ uoluerint quaedā sub propria gubernatione habere deo amabiles economi, aut aliorū praesules collegiorum: nulli horū, qui in potentatu sunt, neque secundum sacram pragmaticā formam, licentiā esse cōgere eos, aut per cōductionē, aut per emphyteusin hac tradere ei, qui hoc agit, & sacrilegiū subiacere poenā & omnibus nullēis, quae hac nostra lege sacra cōtinentur, & supplicijs. Quia uero cognouimus aliquod pessimū delictum factū & apud Alexandrinos & Aegyptios, iam autē & in alijs quibusdā imperij locis quosdā praesumere uel ipsa uenerabilia monasteria uendere, aut permutare, aut donare, in quibus & altare collocatū est, & sacrum exhibitū ministeriū, quale moris est in sanctissimis ecclesijs celebrari, quippe sacris lectis scripturis, & sacrosancta & ineffabili cōmunionē tradita, & monachica illic facta habitatione, ita ut haec mutaretur ex sacra & deo amabili figura ad priuatam mansionē & statum: haec omnino de cetero fieri prohibemus, nulli hominū permittentes hac delinquere, sed etiā factum infirmum omnibus declaramus modis, & preciorum casum imponimus accipientibus, & uenditorem quoque damnificamus & rei casu & precij amissione, sanctissimae ecclesiae eius loci & uenerabilibus monasterijs hoc tribuētes, quatenus ipsi prouideant, ut quod male alienatū est, rursus ad monachicā reuocent figuram; neque hypotheca super his ualente, sed etiam ipsa infirmāda, & rursus sacro monasterio assignanda.

Sicut autem damnosas alienationes prohibemus, sic & damnosas possessiones interdiciamus. multae enim apud nos motae sunt quaestiones, ubi quidā minus idonea praedia donauerunt sanctissimis ecclesijs, aut uenerabilibus domibus, aut etiā uendiderunt tanquam idonea: cū utique sterilia à principio essent, & ex hoc uenerabilibus domibus nocuerūt. Interdicimus igitur rectoribus uenerabilium domorum: tale aliquid agere, aut certe cognoscere, quia si non cum omni subtilitate fecerint cōtractus, sed foena quaedā possessio aut damnosa detur ecclesijs, aut monasterijs, aut xenodochijs, aut nosocomijs, aut alijs uenerabilibus collegijs: cōtractus quidem pro non factio erit, & recipiet omnino qui dat, quod per circūuentionem & fallaciā datū est. Oeconomus autem, qui tale aliquid egerit, aut abbas, aut xenodochus, aut nosocomus, aut prochorophus, aut orphanotrophus, aut gerontocomus, de suo ei, qui dedit, saluabit ex hoc damnū. si uero sic causa fingeretur, ut etiā aliquid auro pro hoc detur: & hoc lucrabitur quidē uenerabilis domus, quae foenā aliquid accepit, qui uero aurum dedit, habebit contra eū, qui cōtractū celebravit, ex hoc actionē, sicut praediximus.

Haec omnino à nobis super ecclesiasticarum, aut ptochiarum rerū alienatione posita sit lex, Leonis quidē piaē memoriae sequens constitutionē, & nō aliud quidem curans, aliud autē incuratū relinquens: sed in omni terra, quā Romanorum continet lex, & catholicae ecclesiae sanctio, haec extendatur, & determinet, quae sua sunt, & ualeat perpetuō, custodita à sanctis, patriarchis uniuersuiusque diocesibus, & à deo amabilibus metropolitanis, & ab alijs episcopis, & clericis, & economis, & abbatibus, & xenodochis, & nosocomis, & brephotrophis, & gerontocomis, & orphanotrophis, & oībus similiter rectoribus aliquorum sanctorum collegiorum, omnibus imponens propriū robur, & licentiā praebens uolenti denunciare, quae delinquitur. laudabilis em huiusmodi est, & calumniatoris effugiet nomē, qui causam cōtra leges factā redarguit, author pietatis & utilitatis sacris domibus factus. Seruabunt autē ea nihilo minus & nostrae reipublicae iudices maiores & minores, ciuiles & militares, & praecipue per dioceses constituti gloriosiss. praesules sacrorum praetorios, & medias habentes administrationes, quas spectabiles

etabiles uocāt (dicimus autē Augustalē & consulares, & spectabilem comitē Orientis, & alios) & qui post illos sunt magistratus, hoc est puinciarum cōsulares siue praesides cōstituti, atque defensores ciuitatū, & simpliciter oē ciuile, militare, & publicū auxiliū hac nostrā legē tāquam ad cōem ualitatē & potius terrae pietate posita seruet, & puaricatores subdat poenis, quas primitus diximus. Si quid autē de cōductiōibus ecclesiasticarum rerum, aut alijs capitulis sancimus, aut à prioribus nostris sancitū est: mane at hoc in propria firmitate, neque ex praesenti sacra nostra cōstitutione nouandū. alia em oīa manere in proprijs terminis sinimus, nisi tñ aliquid de his habeat, quae hic constitutum, cū sufficiat, p oibus haec lex sup id. qd à Leone piaē memoriae factū est, oēm aduersus proclitas res auferre alienationis occasionē.

Tua igitur beatitudo, & qui post illā in pontificalibus sedibus fuerint, quae à nobis disposita sunt, operi effectuique tradere festinet. DAT. XVIII. Kal. Maij. Belisario V. C. COS.

VT PRAESIDES ABSQVE VLLA DATIONE PECUNIAE AD OFFICIA MITTANTUR. Constit. VIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni Praef. praet. iterum ex consule & patricio.



Obis equidē, dū sedulo cōsultamus, quibus modis boni aliquid, & qd deo placeat, subditis per nos inferat: usū uenit planissime, ut diu simul noctūque in curis & uigilijs uersemur. Neque eā animi uigiliantia superuacue aut praeter re suscipimus, sed siue interdiu quid geramus, siue noctibus ex aequo utamur cū die, in tā numero sa eā cōsilia ipendimus, ut nobis p oibus curā gerentibus, subditi nostri oīm sollicitudine uacui, in tuto & summa tranquillitate collocent. Omni em cū peruestigatio ne & accurata inquisitione pgreddimur, ea efficere cupiētes, quae utilitatē subditis nostris adferat, simulque oī eos onere ac dāno, quod praeter descriptionē publicā & iustā ac solitā collatio nē alicunde inductū est, exsoluat. Inuenimus namque plurimū in reipublicā iniquitatis irrepsisse, quae nō initio, sed paucis abhinc annis intrusa, subditos nostros ad paupertatē adigat, ut periculū sit, ne ad summā oīm rerū inopiā delabant, & secundū descriptionē publicā, ne cōsueta quidē & solita, uereque pia tributa publica sine graui dispendio & necessitate queant psoluere. Ac cū & qui imperiū aliquot retro annis parū probe gesserūt, semp aliquid cuperēt rebus suis lucri per officiorū delationē accedere, meritoque illos sequerent etiā gloriosiss. praetorios pfecti: qui unquam fieri potuit, ut collatores extraordinarijs dispēdijs simul & solitis ac pietissimis publicis praestationibus, per id genus iniquitatis sufficerēt. Subijt igitur aim cogitatio, quorandē factio, quidquid uspiā in puincijs nostris noxium existit, possemus uno generali actu ad meliora traducere. Et re ipsa hoc euenturū deprehendimus, si demus operā, ut gentiū praesides, qui ciuilia in puincijs officia administrāt, puris utant manibus, & omni praeda abstineant, his solis cōtenti, quae praebent ex publico. Quod quidē aliter nō fiet, nisi quoque ipsi officia gratuita susceperint, neque praetextu (ut uocāt) suffragiorū, neque ijs, qui magistratus gerunt, neque cuique alij quidē dantes. Tametsi em nō exiguus imperio reditus ea re decedit: animad uertimus tñ collatoribus nostris, si indemes atque illaesi à iudicibus cōseruent, ingēs incrementū accipientibus, tā imperiū, quā publicū aerariū recte se habiturū, semper usibus suis paratos habēs subditos locupletes: & unico hoc ordine introducto, amplā & ineffabilem oīm rerū copiam existurā. An uero oibus manifestū nō est, quod qui aurū dat, quicque eo pacto officiū redimit, non hoc tantū dat, quod praetextu (ut appellāt) suffragiorū excogitatū est: sed etiā aliud extrinsecus multo amplius accumulatur, ut prius ab ijs gratiā ineat, qui uel cōferre officiū, uel ambire solent. Et sic uno absurdo principio admissio, multas deinde manus obeat necesse est, qui semel largiri coepit: & quidquid id auri ē, nō de suo forte praebat, sed mutuo sumptū, & ut mutuum accipere possit, damno obnoxius: secūque ratiocinet, quod cōueniēs sit: tantū ex puincia recipere, quantum uel ad dissoluendū aēs alienū suū tam in sorte, quā usuris, quā etiā damno, quod ut mutuum acciperet, sustinuit, satis sit: uel administrationis tempore tā iudici, quā circa ipsum uersantibus, largiores sumptus atque ante fecerūt, suppeditet: uel post officiū depositū, quo forte tempore cū potestate nō erit, in longiores sibi usus ueluti reditū reponat: ut qd à collatoribus nostris exigūt, in triplo, aut potius (si uera decet proloqui) in decuplo superet id, quod ab ipsis dabat. qua re & fiscus detrimentū sentiet. Nā quae in fiscū inferri debebāt, si puris manibus ute res ille, qui officiū obtinet: ea postquam qui officiū gerit, in usus suos cōuertit, penitus ad inopiā redacto collatore, huius deinde inopiā ab ipso inductā nobis reponat. Ad haec quicquid impie gerūt, ea merito in huiusmodi furtorū occasionē referunt. Siquidē puinciarū moderatores si lucro & praeda intēti sint, multos reos fontes accepta p delicto pecunia absoluūt, multos rursus ifon-

tes, ut fontibus gratiam faciant, condemnant. Neq; in pecuniarijs tantum hoc causis agunt, sed etiam in criminibus publicis, ubi de uita periculum uersatur. hinc ex prouincijs fugae exitunt, hinc ex omnibus passim locis gementes huc confluunt sacerdotes, decuriones, cohortales, patres familiarum, plebei, rustici, optimo iure iudicium nostrorum rapinis & iniurijs succensentes. Neq; ea sanè sola fiunt, sed etiam in ciuitatibus seditiones & populares motus pecuniae (ut plurimum) causa & excitantur & reprimuntur. In summa hæc est omnium malorum causa, & pecunias ex officijs conquirere omnium flagitiorum principium & finis. Et profecto quod sacra docent eloquia, admiratione dignum simul & uerissimum est, nempe auariciam omnium malorum matrem existere: & maxime cum in animis non priuatorum, sed magistratum innascatur. Quis enim absq; metu periculi non furetur, quis non secure latrocinetur, cõuersis ad magistratum oculis, uidensq; illum omnia auro habere uenalia, confidens fore, ut nihil tam turpe admitrat, quod nõ data pecunia possit redimere? Inde homicidia, adulteria, latronum aggressura, uulnera, raptus uirginum, nundinarum & publicorum contentuum confusio, contemptus legum & magistratum, omnibus tanquam uile aliquod mancipium uenit eas proponi existimantibus. Adeoq; non sufficimus, ut uel cogitatione complectamur, uel prosequamur dicendo, quam multa ex prouincialium magistratum furtis atrociam eueniat: nemine audente eos libere increpare, continuo illis administrationis emptionem praetenduntibus. His omnibus apud nos ipsos in consultationem propositis, assumptaq; postmodum in consultationis societatem pietissima à deo nobis data coniuge, communitato praeterea cum excellentia tua negotio, quantq; ex suggestionem consilij tui suscepto, ad diuinam hanc legem peruenimus, per quam sancimus, ut neq; ulla proconsularis, neq; (ut hactenus appellarunt) uicaria, neq; comes Orientis, neq; quacumq; alia administratio, siue consularis, siue correctoria (quarum expresse mentionem diuinæ huic nostræ legi subiecta tabula facit, quas etiam solas sub hanc legem deducimus) suffragium, aut pro officio aliquid ulli magistratui, uel ijs, qui circa magistratus sunt, alijue personæ patrociniij nomine praestent: sed cum gratis officia adipiscantur, modica tantum quædam nomine codicillorum & chartarum, quæ super unoquoq; dari solent, praebent. siquidem tabulam huic diuinæ legi nostræ subiecimus, quæ declaret, quid unumquodq; officium uel in sacro nostro laterculo, uel in iudicio excellentiæ tuæ codicillorum, siue instrumentorum, uel iussionum nomine praebere conueniat: ut id tamen ad moderationem redactum, non magnum illi sensum & detrimentum adferat. **ILLVD SANE** decernimus, ne Asiaticæ prouinciæ uicarius, qui & Phrygiæ Pacatianæ praeses est, amplius eo appelletur nomine, sed de cætero nomen habeat Comitum Pacatianæ Phrygiæ, eademq; ex fisco annonarum & capitum titulo ferat, quæ pro utroq; officio usq; adhuc percepit, nullo ex hoc deminuto. Neq; duabus cohortibus utatur, sed ex utraq; tam praesidis, quam uicarij simul permista, una Comitiana re & nomine constituatur: publicorum tributorum periculo ipsi simul & omnibus imminente, nimirum una cohorte constituta, & in nullo penitus diuisa, sed uniuersis in uno ueluti collegio coniunctim militantibus: ferens item ex publico annonas & capita propter cõgeminatum periculum, quæ utraq; antea cohors ferebat. Non tamen, ut ante quidem uicarius, nunc uero spectabilis Pacatianæ Phrygiæ comes, ullam omnino in cæteras Asiaticas tractus prouincias potestatem sibi & imperium usurpet, sed quemadmodum spectabilis Pacatianæ Phrygiæ comitis appellationem obtinet, ita etiam sola (ut praediximus) Pacatiana Phrygia contentus sit. Hoc ipsum uero & in altero uicariorum, qui ante per Ponticum tractum erant constituti, definimus, ut non duo in posterum existant, sed unus tantum, qui quidem comes appelletur Galatiæ primæ, habeat autem (ut hodie quoq; solet) etiam in milites potestatem, & utriusq; officij annonas ferat. Vt tamen extra Galatiam primam (nullam enim omnino aliam ei permitimus) nihil obtineat imperij in ullâ Ponticam prouinciam, sed per solâ Galatiam primam: consimiliter & cohorte permista, & pro uno (ut diximus) Comitiano collegio re & nomine intellecta & numerata, nemine ex ipsis ullam erga alios omnino differentiam obtinente: sed unâ cohors sit ijs, qui uni praesidi unius prouinciæ rectori subiecti sunt: tota simul cohorte unâ cum suo praeside circa tributa periclitante. *Nulli quoq; iudici penitus conadimus, neq; cui li, neq; militari, mittere per ciuitates prouinciæ, quibus praesidet, eos, qui uocantur loci seruatores: scientibus, quod si quid tale fecerint, ipsi cadent administratione, praesumentes alios in suum officium eleuare.* Idem hoc dicimus & in claris. comite Orientis & claris. praeside (nã & illic ex utraq; unâ administratione facimus) ut nomē quidē spectabilis comitis Orientis habeat, uni uero tantum re & nomi-

ne Comitianæ cohorti imperet, & primam solummodo Syriam & Cyrrhesticos regat, & utriusq; pariter officij annonis perfruatur. æqualem enim uicarijs ipsum quoq; ponimus, ut & ipse unâ cum cohorte illi obsecundante pro tributorum exactione & ciuilibus ac publicæ disciplinae conseruatione periclitetur. Porro uolumus, ut omnes omnino prouinciarum nostrarum praesidibus subijciantur. plebei quidem (prout iurisdictionis proprium est) in omnibus causis, & quacumq; occasione, tam pecuniaria, quam criminali. qui uero militia decorati, & proprijs iudicibus deputati sunt: nihilominus etiam isti per oia illis tributorum & criminum occasione subijciantur. Sed neq; eos, qui ex quocumq; hinc iudicio quascumq; sententias executuri commeant, patiantur prouinciarum praesides consuetudinum seu sportularum nomine amplius aliquid, quam sacra nostra constitutione promulgatum est, accipere: scientes, quod si hoc neglexerint, omne damnum, quod exinde subditis nostris irrogatur, ipsi dependent. Damus autem eis licentiam, non tantum ut ad eos ista iudices referant, à quibus destinati sunt, sed etiã ad nos, ut & nos ijs cognitis factum ipsum competentem animaduersionem persequamur. Praeterea si quos dignitatis seu cinguli fastu tumidos compererint collatoribus nostris iniurios esse: damus illis licentiam, ut & de maleficio cognoscant, & ijs, qui fontes depræhenduntur, cingulum adimant, nostrasq; uices in prouincijs obeant, id quod antiquis etiam legibus promulgatum fuit. Quemadmodum enim omni eos iniusto arcemus lucro: ita sancimus, ut qui integre se in officijs gerunt, omni honore, reuerentia, autoritate potiantur. **AD EVM ITA QVE** modum discretis à nobis magistratibus: conuenit, ut hic facta de deo mentione coram nobis, aut (si tantum nobis ocij non suppetat) coram celsitudine tua & ijs, qui unq; sedem tuã cõdecorauerint, coramq; eo, qui unq; sacrarum nostrarum largitionum gloriosiss. comes futurus est, & gloriosiss. quæsto re sacri nostri palatii, & gloriosiss. comite ubicumq; constitutarum sacrarum nostrarum rerum priuarum, praesente item pro tempore magnificentiss. chartulario sacri nostri cubiuli, qui nobis à codicillis est: is, qui magistratum suscepit, iururandum praestet, nemini se quicquid omnino uel muneris uel patrociniij loco dedisse, promississe, aut ex prouincia mittere partem esse, siue gloriosiss. praefecti sint, siue alij cum potestate existentes, siue circa illos uersari soliti, siue quicumq; titulo inquam patrociniij: sed quemadmodum gratuitum magistratum capit, percipit praeterea ex publico annonas (quas quidem & solas ipsum percipere sinimus) ita & puris ipsum manibus conseruabit, deo simul & nobis eo nomine rationem redditurus. Sciat enim celsitudo tua, & qui eundem thronum post te conscendent, quod siue ipsi, siue hi, quorum opera in cõmissa sibi parte reipub. utuntur, siue cohors tua, aut ab ijs, qui ad praedicta officia proficiscuntur, aut quouis alio, quicquid praeter consuetudines ipsi à nobis de finitas (quas etiam solas arbitrates sufficere, dari decreuimus) accipere praesumpserint: pena haudquaquam leuis infligetur, sed summi quidem magistratus, qui aliquid ab ijs, qui ad praedicta officia proficiscuntur, uel ipsi accipere ausi fuerint, uel cohortem suam consimile aliquid facere permiserint, uel ad se delatum nõ emendauerint: nõ solum quod acceperunt, eius quadruplum restituent, uerum etiam grauem indignationem sustinebunt, & ne de potentatu periclitentur, solliciti erunt. Si uero qui circa ipsos sunt, cohorsq; ipsis obtemperans ultra ea, quæ à nobis concessa sunt, accipere aliquid pertentauerint: tenebuntur & ipsi quadrupli restitutione ijs, qui damno affecti sunt, & ultra hoc, quod poenis subijciuntur, quæ ipsorum delicta promeruerint, spoliabuntur etiam bonis & cingulo. **PROINDE** cum ita gratis officia suscipiant: ante omnia studio eos habere oportet, ut diligenter ad tributa aduigilent, & indeuotos quidem ac intractabiles, & qui compulsionem indigent, cum summa uehementia exigant, in nullo cedentes, neq; eo nomine lucri aliquid captantes: erga deuotos uero paterno se gerant affectu. Deinde ut subditos nostros ex omni parte illæfos conseruet, nihil quicquid ab ullo eorum accipientes: sed æquos se in disceptandis controuersijs, æquos in cõseruanda disciplina publica praebent, in persequendis quidem criminibus insones à calunijs reddentes liberos, reis uero fontibus poenas legitimas imponentes: neq; aliter inter subditos imperium exercentes, quam patres solent inter filios, ut diligant quidem eos, si crimine uacui sint, coërceant uero ac puniant, si criminibus uideantur esse obnoxij: iusticiã deniq; illis exhibentes tam in causis publicis, quam priuatis contractibus. Neq; ut ipsi tantum hoc agant, sed etiã ut adesse forẽ & omnes circa ipsos uersari solitos sibi similes assumat: ne quando cum ipsi culpa careant, per alios delinquere, & furari, & (quod multo foedius est) malefactorum sibi socios adsciscere uideantur. **Quapropter** celsitudinis tuæ intererit, ut eos ad officia

cia mittat, qui & grauitate morum caeteros praecellant, & peritiam habeant rationum publicarum, quales esse solent decuriones, & alij, qui bonitatis de se experimentum dederunt, & gerendis magistratibus sunt idonei. Et quis eum non diligat, atque omnibus honestis artibus abundare non existimet, qui ad officium proficiatur non solum nostro decreto & iudicio tui culminis comprobatus, quia frugi & bonus uir sit, uerum etiam gratis ipsa administratione suscepta, neque ulli omnino per prouinciam uiciosae rei deditus, uel quomodo pro officio numeratam pecuniam corradat, uel unde aurum in usus suos colligat, sed in hoc tantum studia sua conferat, ut deo se & nobis commendatum reddat, bonumque & memorabile nomen consequatur, ac futuram a nobis amplae remunerationis spem sibi comparat. Caeterum si quis hac contra quid fecerit: sciat, quod etiam administrationis tempore, quo iudex est, furti reus postulabitur. & quidem si ut uel magistratum perciperet, uel ex magistratu reciperet (utrumque enim aequae haret in crimine) aurum dedisse uidebitur: non solum bonorum publicacionem, & exilium, & corpori adhibita tormenta ac supplicia sustinebit, sed etiam eum, qui ab ipso (ut praediximus) susceperit, ingentibus malis inuoluet. puras enim a prouinciarum moderatores manus requirimus, ut undique subditos illatos & omnium rerum copia affluentes conseruemus. Atque haec quidem poenae tam ex legibus, quam a magistratibus inferentur illis, qui tale aliquid perpetraverint, etiam dum in praedictis sunt officijs. Damus autem & inter prouinciales licentiam, si quid per prouinciam praefes contra fas egerit, aut etiam collatores ipsos damnis forte aut dispendijs obiecerit, ut dei amantiss. episcopus & primores eius loci, praesidis delicta enumerantes, preces ad nos dirigant. Nos enim re comperta destinabimus in prouinciam aliquem, qui ista examinet: ut ibi delictorum poenas sufferat, ubi & deliquit, & ut alius ad hoc exemplum respiciens, consimilia facere non praesumat. Secundum ueteres constitutiones necessitatem habente eo, qui magistratu defungitur, ut cingulo deposito, per quinquaginta dies in prouincia sub publico aspectu commoretur, & omnium aduersus se intentatas actiones excipiat. Quod si prius, quam quinquaginta dies compleat, diffugiens tanquam uile aliquod mancipium comprehendatur: tribuimus collatoribus licentiam, ut & ibi eum locorum detineant, & quidquid illi dederint, totum furti titulo exigant: praesente uidelicet dei amantissimo episcopo, & causam sine scriptis cognoscante, donec unum uersum, quod rapuisse uidebitur, restituar. Adeoque ipsi etiam prouincialibus, si praesidum rapinam sentiant, referendi ea ad nos licentiam, aut potius necessitatem permittimus: ut nos edocti, quod omnino ius auro uenale habeat, ultra caelestia supplicia, quibus ut iusiurandi, sub quo magistratum suscepit, uiolator est obnoxius, etiam praedictis illi poenis subiiciamus.

Si autem uoluerit ex quacunque causa, non completis quinquaginta diebus, ex prouincia fugere: tunc comprehensus, ubi queq; degere uidetur, reuocabitur quidem in prouinciam, in qua administrabat: omne uero, quod inuentus fuerit accepisse, restituit in quadruplum. Illo scilicet obseruando, in nullo alio subditis nostris contra praesides ista facere permittimus esse, quam ob rapinas. Non enim si in exigendis tributis contra indeuotos, aut in persecutione criminum paulo uehementior uisus est, aliquid aduersus ipsum conari subditos permittemus. Quin contra potius omnium eos acerbissimis poenis subdemus, si illos, qui puris usi sunt manibus, & in exactionem tributorum omni cura ac diligentia incubuerunt, deposito postmodum magistratu iniurijs afficere praesumpserint, ac non laetis acclamationibus post deputatum tempus prouincias excedentes persecuti fuerint.

Oportet enim clarissimos prouinciarum nostrae ditionis praesides, qui post hanc legem futuri sunt, non solum animo reuoluere, quanta illos maneat gloria, si tales se praebant: sed etiam in quantas difficultates incident, si (quantum in ipsis est) hanc legem dissoluere, & pro abrogata habere praesumpserint. Absurdum namque fuerit, si in leuibus quidem furtis deprehensos ipsi coerceant, tormentisque subiiciant, nec prius ueniam dent, quam res ablatas restituerint: ipsi uero maximorum furtorum rei absque causae ditione noxa soluantur, neque exempli eos pudeat, quod subditis in hoc exhibent: cum interim si istis abstineant, non tantum inter honestos, ingenue uiuentes, & omni laude cumulatatos censerent, sed etiam bonum a nobis testimonium obtinere possint. Enimuero ut & nos illis honorem ac reuerentiam tueamur, & illi nobis uicissim integritatem reddant & beneuolentiam: neque spectabilibus ducibus, neque cuiusque alij potestatem facimus, ullam sibi contra eos prerogatiuam usurpare, aut inferre iniuriam, aut ullo se pacto ciuilibus immiscere negocijs. Nouerint enim uniuersi subditi, quod propter ipsorum commoda, nempe ne quid damni ulla ex parte sentiant, ut sub tranquillo & felici omnium rerum statu agant, neue sedes suas relinquere, & in peregrino solo miserias

perpeti

perpeti cogantur: propterea praesentem legem conscripsimus, deo simul ipsam & institutibus uenerandis magni eius & publici festi diebus dedicantes, ut omnes intelligat, magis se patres in praesides, quam fures & uilissimos mancipijs similes habituros. Ex quo autem, o collatores nostri, scitis, quantam pro uobis in animo curam reposuimus: aequum est, ut & uos cum summa animi alacritate & absque ullo detrimento publica tributa inferatis, non expectata compulsionem praesidum. imo ita uos alacres & deuotos ultro praebatis, ut nobis ex ipsis factis indicium fiat, quod pro tam ampla erga genus humanum benignitate uestram nobis deuotionem representetis, & merito apud praesides occasione deuotionis summum fauorem obtineatis & prouidentiam. Ac cum omnino praesidibus tributorum periculum imminet, & in confesso est, quod suo periculo ad officia proficiuntur, idque etiam uos cognoscitis: conuenit, ut & uos ista scientes, indeuotionem omnibus modis euitetis, neque ita rationes ac consilia uestra ad inobedientiam traducatis, ut ipsorum uehementia opus sit, quam necesse est eos assumere propter inuitabilem tributorum exactionem. Siquidem & uobis notum est, o subditi nostri, quod militares expensae & persecutiones hostium tum magna indigent assiduitate, tum sine pecunijs omnino confici nequeunt: cum neque ullam ea res dilationem recipiat, neque nos aequis oculis Romanorum ditione deminutam aspicere sustineamus, sed potius uniuersa iam Libya recuperata, & in seruitute redactis Vandalis, multo quotidie his maiora nos a deo percepturos & peracturos speremus, ad quae conueniens est tributa publica sine detrimento, & cum alacritate, & deputatis exigi temporibus. Inde adeo si & uos praesidibus deuote ad solutionem occurratis, & illi libere expediteque tributa ad nos perferri curauerint: tam praesides ob diligentiam laudabimus, quam etiam uos ob promptam uoluntatem amplexabimur: eritque bella quaedam & undique consona inter eos, qui praesident, quibusque praesidetur, harmonia. Magno igitur deo & seruatori nostro Iesu Christo laudes pro hac lege simul omnes offerant, quae ipsis praestabit, ut in sua quisque patria secure habitent, sua quisque bona possideant, & fructum praeterea ex praesidum iusticia percipiant. Et sane nos quoque hac de causa ipsam posuimus, ut per hanc legis aequitatem eo facilius nos deo conciliare, nostrumque illi imperium commendatum reddere possimus: neue homines, quos deus nobis in hoc tradidit, ut secuti illius bonitatem, per omnia rationem illorum clementer haberemus, oppressos iniuria despiciere uideremur. Vnde (quantum ad nos) consecrata sit deo, propterea quod nihil eorum bonorum, quae pro tuitione subditorum nobis in mentem ueniunt, omittimus. Volentes enim illiberalia illa & seruilia furta tollere, & collatores nostros tueri, ne quid aspectu a prouinciarum moderatores patientur: propterea gratis illis officia conferre studuimus, ne quam ad delinquendum, diripiendumque subditos, quorum gratia nihil non laboris sustinemus, occasionem habeant: dedignantes imitari eos, qui ante nos imperio praesuerunt, qui pro pecunijs conferentes officia, sibi ipsis iuste increpandi eos, qui iniuste se in officijs gerant, copiam ademerunt: digni profecto, quibus propter turpiter acceptam pro officijs pecuniam capita obuoluerentur pallio, cum neque suos ea re collatores ab improbis praesidibus eripere, neque ob praedictam causam ipsos praesides coercere potuerint. Nos autem satis esse reddituum imperio arbitramur, si uel sola publica tributa collatores inferant: neque opus esse, ut extra ordinem in dies alia atque alia conquirantur, quae uniuersam uitae rationem subditis concutiant. Quod uero a nobis paulo ante dictum est, id maiore etiam & exquisitioris legislatione muniendum censuimus, ut animi nostri propositum omnibus elucescat. Sancimus enim, ut clarissimi subiectarum nobis prouinciarum praesides, absque ulla pecuniarum datione creati, & praestiti a se iusiurandi memores, hoc etiam ius a nobis obtineant, ne qua sit omnino apud ipsos fori praescriptio, siue de ui aliquibus illata, siue de criminibus, & inde natis iniurijs, siue de instantijs ac iudicijs publicis, siue de publicorum tributorum exactionibus agitur: sed ex aequo omnes horum iurisdictioni subiaceant, non expectantibus ipsis, donec a magistratibus, quibus sunt suppositi, iussa accipiant, aut donec ad illos referant: sed contenti sint hac nostra lege, per quam plenam eis potestatem tradimus, nemine omnino licentiam habente in praedictis causis uti ullo priuilegio, aut exinde sibi impune delinquendi autoritatem sumere. Neque enim praesides, si omni munere abstineant, quidquam timori dei, legis, & nostri praeposent: sed eo respicientes, subditis conseruabunt iusticiam, omnia secundum leges nostras & iudicantes & agentes. In talibus enim etiam milites, qui in prouincijs resident, ipsis submittimus, non sane indigentibus ad hoc speciali iussu, uel nostro, uel nostrorum procerum, sed tantum praesenti lege utentibus, & militibus eam ostendentibus, ut potestate officij ipsis utentibus

d
tribus

tibus auxilio sint: scientes, quod si hoc non egerint, non solum annorum & militiæ amissionem sustinebunt, sed etiã de corpore ueniẽt in periculũ. Vt nullo præterea nobis alio magistratu opus sit, aut etiã uel latruncultores, uel quos uocant uiolentijs cohibẽdis (imò gratificationibus exercendis) præpositos, uel exarmatores emittere, satis quidẽ honesto præ se ferentes titulos, re autem ipsa perpetrantes omnium flagitiosissima. Nam si prouinciarũ præfides uniuscuiusq; uel maximorum magistratuum locum implent, multorumq; aliorũ iudicum instar sunt prouincijs, & quantum in ipsis est, secundum leges nostras sententias profertur: quis aut præscriptione fori, aut alio eius generis uti apud ipsos audeat? Interdicimus autẽ & gloriosiss. per Orientẽ magistro militũ, & oibus omnino magistratibus nostris, ne uel latruncultores, uel uiolentijs cohibendis præpositos, uel exarmatores, uel eiusmodi alios in prouincias emittant. *Sciãt enim, qui ad hoc institui post hanc nostram legem presumpserint, quoniam capti à nostris iudicibus prouinciarum, & in uincula redigentur, & causa ad nos nunciata, summum à nobis periculum sustinebunt: & qui huiusmodi eis præcepta tradiderint, triginta librarum auri poenam sustinebunt, & maiore insuper ac uehementiore nostram indignationem experientur.*

Oportet igitur prouinciarũ præfides, tãta à nobis potestate dignatos, ita se in agẽdis rebus gerere, ut (quoad tamẽ iusticia & leges permittunt) ab omnibus formidentur: scientes, quod si male & præter dignitatẽ à nobis commissã eis potestatis tradita administratione utantur, antedictis subiacebunt supplicijs: sustinentes scilicet ea, dum adhuc in officio sunt, maioribus etiam tentãdi periculis eo deposito. Denegamus enim illis, quas rexerunt prouincias, prius excedendi licentiam, q̃ legitimam quinquaginta dierum spacium compleatur, siue occasione reuocatoria, siue obtentu fugã, siue alia quacunq; de causa: scientibus, quod siue (ut ante diximus) in hac alma urbe, siue alibi locorum uersentur, ad prouinciam denuo reducti, quam rexerũt, poenas excipient, quas prædiximus. Iusurandum uero dabunt, hic quidem secundum formam superius expressã. Si quibus uero, q̃ in prouincijs existant, administrationis codicillos mitti placuerit: iusurandũ corã dei amantissimo episcopo metropolis, eiusq; ciuitatis primoribus subibũt, & ita rerum administrationẽ suscipient: celsitudine uidelicet tua prouidẽte, ut siue in ampla hac urbe magistratum quis suscipiat, siue à celsitudine tua eius codicilli in prouinciam mittantur: is, qui suscipit, cautionem fisco de tributis sine querela exigendis præstet, prout ipse prorsus statueris.

Feratur autem nobis hæc lex de omnibus, qui iam inde expresse à nobis nominanda officia gratuita percipient. Præterita enim iam ante positis subiaceant legibus: nulla definitarum in hac nostra lege poenarum imminente ijs, qui usq; adhuc officia administrant, nisi forte & ipsi post huius legis insinuationem rapuisse aliquid depræhendantur. Hæc igitur omnia perdiscẽs celsitudo tua, ut apud oẽs sub se constitutas gentes manifesta fiant, procuret, ex more destinatis ad omnes prouinciarum rectores præceptis, ut nostrum circa subditos studium deq; creandis præsidibus sententiam agnoscentes ipsi, scient, quanta in illos beneficia contulerimus, qui ut meliore fortuna utãtur, ne regio quidem famulicio pepercerimus. DAT. XVII. Kalen. Aprilis. Constantinop. Belisario V. C. COS.

Edictum ubiq; locorum cõstitutis dei amanti. archiepi scopis, religiosiss. q; patriarchis conscriptum.

Curam gerentes traditã nobis à deo reipublicã, simulq; ut subditi nostri ex oĩ parte cũ iusticia uitã degant, studẽtes, subiectã legẽ descripsimus. quã quidẽ & sanctitati tuã, & per eã oibus, qui in prouincia tua sunt, manifestã facere pulchrũ duximus. Tuã igitur religionis & reliquorũ episcoporum fuerit ista obseruare, & si quid præfides transgrediatur, ad nos referre, ne quid eorum, quã religiose simul & iuste à nobis sancita sunt, despiciatur. Nam si nos quidẽ subditos nostros miserari, quod ultra publicorum tributorum pensationem, ingentibus præterea iniurijs propter uenditiones prouinciarum ex præsidum rapina supprimebantur, eas per subiectam legem tollere properauimus: uos autem in utranq; dormientes aurẽ, nihil nobis renunciatis: sit quidem domino deo consecrata, uos autem rationem ei reddetis de iniuria alijs illata, si per hanc occasionem, quod de his nõ instruamur, nocementi aliquid uestris istis hominibus irrogetur. Imò uos, qui in loco præsentis estis, & tã pro uobis, q̃ pro cæteris decertatis: oportet certiores nos reddere & de ijs, qui recte se in administratione gerũt, & qui hanc nostrã legẽ transgrediuntur: ut utroq; cognito, in hos quidẽ animaduertamus, illis uero aliquã referamus gratiã. Simul ac uero lex publice pposita, & oibus manifesta facta est: tunc suscepta intra sacrosanctã recondatur ecclesiã unã cum sacris uasis, nimirũ cũ & ipsa deo dedicata, & ad salutem sub ipso constitutorum hominum scripta sit. Multo autẽ specio-

speciosius, & magis ex usu hominum, qui per ea loca sunt, facietis, si eam tabulis aut lapidibus insculptam, in porticibus sacrosanctã ecclesiã perscribatis, promptã omnibus legendi & parandi ea, quã sancita sunt, facultatem præbetes. Cũ uero de præsidũ sinceritate tantã in animo sollicitudinem repositum: manifestum est, multo nos minus permissuros ciuitatum defensoribus, ut uel aliquid accipiãt, uel dent. Dabunt enim pro præbitis sibi in foro gloriosiss. præfectorũ iussionibus, siquidẽ maiores sint ciuitates, tantũ solidos quatuor: si minores, solidos tres, & præterea nihil. à nemine autẽ quippiam, si reditus illis ex publico cõstitutus erit: aut si nihil ex publico percipiant, ultra ea, quã sacra nostra constitutione ipsos ferre debere expressum est, accipient. Alioqui si quid uel ipsi, uel ipsorũ (ut uocant) chartularijs, uel quæpiam eorum, qui circum ipsos sunt, accepisse depræhenduntur: in quadruplũ ei, quod acceperũt, restituent, neq; non ea sollicitudine depellentur, & præterea perpetuo exilio multati, & corpore castigati, locũ dabunt melioribus uiris, qui pro malis eam sollicitudinem obeant. Eritis aut uos quoq; huius rei custodes, simul inhiabentes ea, quã cõtra hæc fiunt, simul ad nos referentes, ut neq; aliquid eiusmodi admissorum lateat, neq; latendo relinquantur impunitum, sed undiq; subditis nostris æquitas & iusticia reflorescat. Sed & qui etiam in officijs sunt, si post huius legis insinuationem non omni rapina abstinerint, sciant etiam ipsi se constitutis in hac lege poenis subiiciendos.

Scriptum est edicti exemplum Constantinopolitanis in hæc uerba.

Quantam in animo sollicitudinem de uniuersis subditis repositum, satis indicat lex nuper à nobis posita, quã ad gloriosiss. nostros præfectos conscripsimus. Sed conueniens est, ut & uos prouidentiam nostrã, quam circa omnes homines gerimus, cognitã & perspectã habeatis. eaq; de re legem ipsam in forma edictorũ proposuimus, ut uos domino deo & seruatori nostro Iesu Christo iustas laudes referatis, sed & nostro imperio, quod ob uestra comoda nihil non laboris sustineamus.

NOTICIA SIVE INDEX EIVS QUANTITATIS, QUAE

pro singulis infra designatis officijs consuetudinũ nomine ab ijs, qui ea administrant, præstari debet, nemine ultra præscripta audente quid quam amplius uel dare uel accipere.

A SPECTABILI comite orientis sic. in sacro nostro cubiculo, solidos 63. primicerio clarissimorum tribunorũ notariorũ cũ quatuor scrinijs sacri laterculi, solidos 50. eius adiutori, solidos 3. cohorti gloriosiss. præfectorũ pro iussione, solidos 80. Aproconisule Asiã sic. in sacro nostro cubiculo, solid. 63. primicerio clarissimorũ tribunorũ notariorũ cũ quatuor scrinijs sacri laterculi, sol. 50. eius adiutori, sol. 3. cohorti gloriosiss. præfectorum pro iussione, sol. 80. A spectabili comite Phrygiã Pacatianã sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri nostri cubiculi, sol. 9. primicerio clarissimorũ tribunorũ notariorũ, sol. 24. eius adiutori, sol. 3. cohorti gloriosiss. præfectorũ pro iussione, sol. 50.

A spectabili comite Galatiã primã sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri nostri cubiculi, sol. 9. primicerio clarissimorum tribunorũ notariorũ, sol. 24. eius adiutori, sol. 3. cohorti gloriosiss. præfectorũ pro iussione, sol. 50. A uicario Longi muri sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri nostri cubiculi, sol. 9. primicerio clarissimorũ tribunorũ notariorũ, sol. 24. eius adiutori, sol. 3. cohorti gloriosiss. præfectorũ pro iussione, sol. 40. Et quacunq; consulares administrationes sunt. A præside Palæstinã primã sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, sol. 9. primicerio clarissimorũ tribunorũ notariorũ, sol. 24. eius adiutori, sol. 3. cohorti gloriosiss. præfectorũ pro iussione, sol. 40. A præside Palæstinã secundã sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, sol. 9. primicerio clarissimorũ tribunorũ notariorũ, sol. 24. eius adiutori, sol. 3. cohorti gloriosiss. præfectorũ pro iussione, sol. 40. A præside Phoeniciã maritimã sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, sol. 9. primicerio clarissimorũ tribunorũ notariorũ, sol. 24. eius adiutori, sol. 3. cohorti gloriosiss. præfectorũ pro iussione, sol. 40. A præside Syriã primã sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, sol. 9. primicerio clarissimorum tribunorũ notariorũ, sol. 24. eius adiutori, sol. 3. cohorti gloriosiss. præfectorum pro iussione, sol. 40. A præside Syriã secundã sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, sol. 9. primicerio clarissimorũ tribunorũ notariorũ, sol. 24. eius adiutori, sol. 3. cohorti gloriosiss. præfectorũ pro iussione, sol. 40. A præside Theodorias sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, sol. 9. primicerio clarissimorũ tribu-

d ij norum

notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Osdroena sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Ciliciae primae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Cypri sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40.

A praeside Pamphiliae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Bithyniae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Hellepontici sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40.

A praeside Lydiae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Phrygiae salutaris sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Pisidiae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Lycaoniae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40.

A praeside Nouae Iustinianae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Armeniae secundae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Armeniae magnae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Cappadociae primae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Cappadociae secundae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40.

A praeside Helenoponti sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Europae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Thraciae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40.

A praeside Rhodopae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Aemi montis sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Cariae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. A praeside Lyciae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40.

A praeside Augustanae primae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 24. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 40. Et quaecumque praesidales aut correctoriae administrationes sunt.

A praeside Libyae superioris sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36. A praeside Aegypti primae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36. A praeside Aegypti secundae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36.

A praeside Augustanae secundae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36. A praeside Palaestinae tertiae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36. A praeside Arabiae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36.

A praeside Euphratensis sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36. A praeside Mesopotamiae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36. A praeside Ciliciae secundae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36.

A praeside Armeniae primae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36. A praeside Galatae secundae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36. A praeside Honoriadis sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36.

A praeside Insularum sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36. A praeside Mysiae secundae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36. A praeside Scythiae sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, fol. 15. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussione, fol. 36.

A defensore cuiusque ciuitatis, siquidem metropolis sit, pro iussione cohorti gloriosiss. praefectorum detur solidi quatuor: si alia ciuitas, solidi tres, & praeterea nihil. Nam neque defensores uolimus uel summis magistratibus, aut alicui alij quippiam dare, uel accipere, nisi ex publico illis consuetudines quaedam praebantur: scientibus illis, quod si de aliquo ipsorum ad nos referatur, quod fancita nostra transgrediat: & quod accepit, in quadruplum restituet, & abrogato officio perpetuum incolet exilium: cum neque ipsi prouinciarum praesides minorem poenam excepturi sint, si hoc neglexerint, & sub suo ueluti aspectu defensores rapere patiantur.

SCRIPTVM huius legis exemplum Dominico gloriosiss. praetoriorum per Illyricum praefecto, bis quoque additis. Iusurandū subeant secundum proprium de hoc factum & infra positum sacramentum, cuius exemplum etiam de rectū est tuae celsitudinis. Qui uero administrationes suscipiunt a tua celsitudine, directos hinc eis a nobis codicillos suscipiant, praesente deo amabili ciuitatis, in qua degunt, episcopo, & alijs, qui in ciuitate sunt, in iudicio tuae celsitudinis congregatis, & omni tuo officio coram quibus etiam codicillos accipiant, & iurent praedictum iusurandū. & maxime hoc praecipimus circa ariales agi, quos copetens est magna frui & a tua celsitudine: & qui eundem cingulum, optima erit prouidentia & studium, ut nihil ab eis lucrevis omnino, neque permittas eos ab illo laedi. eos enim, qui hanc ne tuur iniquitate, quatenus & felicissimo nostro utantur exercitu, & reliquas ariales adimpleat functiones: quia non oportet talia attentari solatia, ut possit referri ad tantam tardi tatem. nihil enim nobis commendat tuam celsitudinem, quo modo circa ariales uniuscuiusque ciuitatis prouinciae, quam praebere uolumus istis, & a tua celsitudine, ac cinguli senes per suassoribus. Quapropter dum codicillos dederis administrationes accipientibus a te, aut praesente, hoc eis tua denunciare uolumus sedem, ut arialibus omnem ferat fauorem, nihil penitus ab eis accipiens. prohibeatur autem & ab alijs eis offerri damna, & agnoscat per te, quia si praeter hoc aliquid egerint, poenis subiacebunt grauissimis. sicut enim

curialibus parere te uolumus, ita & defensorum castigare & retinere auariciam sancimus, & ab eis presumere accipere à nostris subiectis, nisi secundum quod eis administrat res publica, aut si non est aliquod eis publicum solatium, quantum inadpabilis antiquitas definiuit, ut à spontaneis ipsis magis, quam ab inuitis accipiant, & hoc parum, & quantum eis ad mediocrem sufficit uitae gubernatione. Sciant enim, quia si circa haec aliquid acciperint, non solum quadrupli subiecti obunt poenae, sed etiam exilium habitabunt continuum, prius eis plagis corporis infligendis.

IVSIVRANDVM, QVOD PRAESTARI SOLET AB
ijs, qui officia suscipiunt. Confit. IX.

Testor ego iurando omnipotentem deum, & unigenitum filium eius deum nostrum Iesum Christum, & spiritum sanctum, necnon sanctam ac gloriosam dei genitricem & perpetuam uirginem Mariam, & quatuor euangelia, quae hisce manibus teneo, & sanctos archangelos Michaelē & Gabrielē, quod sacratis, & pientis, dominis nostris Iustiniano & Theodorae coniugi potētiae illius existenti, occasione concessi mihi ab illorum pietate officij, puram conscientiam & genuinum praestaturus sum seruitium, quodque pro ipsorum imperio & republica, in cōcesso mihi ab ipsis officio, summa cum animi promptitudine, sine dolo & absque fraude, oem operam ac laborē subiturus sum. & quod cum sanctissima dei catholica & apostolica ecclesia cōmunionem habeo, neque ei ulla unquam in re aut modo aduersabor, neque (quantum in me erit) alicui alij permittam. Eodem iuramento testor, quod neque occasione traditi mihi officij, neque per causam patrociniij, aut praestiti apud dominum suffragij, ulli omnino quidquam uel dedi, uel dabo, uel promisi, uel pactus sum ex provincia mittere, uel mittam, siue gloriosissimi praefecti sunt, siue alij celeberrimi uiri cum potestate existentes, siue circa illos uersari soliti, siue quicquam omnium: sed quemadmodum gratuitum officium suscepi, ita & erga pientis, nostrorum dominorum collatores integrum me & syncerum exhibebo, cōstitutis mihi ex publico annonis cōtentus. Ac praeter omnibus sanam operam dabo, ut tributis diligenter incumbam, & inde uotos quidem, ac compulsionem indigentes cum omni uehementia exigam, in nullo eis cedens: neque omnino lucri captandi studio, uel per gratiam, uel odium, ultra quam cōuenit, siue petam ab aliquo, siue alicui remittam: deuotos uero paterno quodam affectu cōplectar, et subditos pientis, nostrorum dominorum (quantum in me erit) undique noxa & damno liberos conseruabo. atque aequum me utriusque parti tam in disceptandis controuersijs, quam tuenda disciplina publica praebens, neutri parti praeter ius & fas addictus ero, sed omnes delinquentes persequar, & aequitate omni ex parte cōseruabo, & prout mihi iustum uidebitur, simul infontes, ne quid sentiant dispendij, tuebor, simul reis fontibus secundum leges irrogabo supplicium, & (ut dictum est) tam in publicis, quam priuatis contractibus, praeterea & si si socio adferatur iniuria, iusticiam obseruabo. Neque ego tantum ista perficiam, sed etiam qui unquam mihi adfident, quicquam circa me sunt, tales studebo adsumere, ut non solum ego innocenter uiuere, qui uero circa me sunt, rapere & delinquere uideantur. Si quis autem circa me talis inuenietur: praestabo, quod ipse admisit, eumque abigam. Quod si non omnia haec, ut dixi, obseruauero: omnibus incommodis ero expositus tam hic, quam in futuro seculo in horrendo iudicio magni domini dei & seruatoris nostri Iesu Christi, habeboque partem cum Iuda, & lepra Giezi, & tremore Cain, ultra hoc, quod etiam poenis lege eorum pietatis comprahēsis ero obnoxius.

Scriptum exemplum huius Dominico gloriosissimo, per Illyricum praetorium praefecto.

VT ECCLESIA ROMANA CENTVM ANNORVM
gaudeat praescriptione. Confit. X.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni beatis, ac sanctissimo archiepiscopo & patriarchae ueteris Romae.

V legum originem anterior Roma sortita est, ita & summi pontificatus apicem apud eam esse, nemo est, qui dubitet. Unde & nos necessariū duximus, patriam legum, fontem sacerdotij, speciali nostri numinis lege illustrare: ut ex hac in uniuersas ecclesias catholicas, quae usque ad Oceanum positae sunt, saluberrimae legis uigor extendatur,

tendatur: & sit totius Occidentis, necnon & Orientis, ubi possessiones siue inueniuntur ad ecclesias nostras siue nunc pertinentes, seu postea eis adquirendae, lex propria ad honorem dei consecrata. Cum enim antiqua iura xxx. annorum metis temporales exceptiones cōcludebant, & si hypotheca fuerat, paulo longiora eis spacia condonabant: nos sacrosanctas ecclesias huiusmodi quidem curriculis temporum nullatenus excludi cōcedimus, maxime in his rebus, in quibus uel laesionem sustinuerint, uel quidquam debeat: sed centum tantummodo annorum lapsu temporalem exceptionem eis opponi sancimus: ut maneant per totum praedictum tempus integra iura ecclesiastica, & non possit eis alia praeter centum annorum obuiare exceptio, cum hoc tempus uitae longaeui hominis plerumque finis esse dignoscatur. Habeat itaque sanctitas tua hanc legem catholicis totius Occidentis ecclesijs profuturam, & in orientales partes propagandam, in quibus aliquid sacrosanctae possident ecclesiae: ut sit deo omnipotenti dignum donarium diuinarum rerum tuitio, nec iniquis hominibus impium remaneat praesidium, & tutus peccandi locus etiam scientibus relinquatur: sed ille seruetur innocens, qui reuera innocens sit, nec improba temporis allegatione se tueatur, tempus pro puritate praetendens. Quod igitur nostra aeternitas ad omnipotentis dei honorem uenerandae sedis summi apostoli Petri dedicauit, hoc habeant omnes terrae, omnes insulae totius Occidentis, quae usque ad ipsos Oceani recessus extenduntur, nostri imperij prouidentiam per hoc in aeternum reminiscens.

Huiusmodi autem legis praerogatiua (sicut supra dictum est) non solum in occidentalibus partibus Romanae ecclesiae condonamus, sed etiam in orientalibus partibus, in quibus ecclesiasticae urbis Romae possessiones sunt, uel postea fuerint: scilicet omnibus iudicibus & maioribus & minoribus, qui Christiani & orthodoxi sunt, uel postea fuerint, hanc nostram constitutionem seruantibus: nihilominus huiusmodi legis temeratoribus post caelestes poenas etiam legitimam semper uigorem pertimescentibus, & poenam quinquaginta librarum auri formidantibus: hac lege non solum in emergentibus causis suum tenorem exercente, sed etiam in his, quae iam sunt deductae in iudicium.

Sanctitas itaque tua praesentem nostrae mansuetudinis legem piissimam, siue sacrosanctam oblationem, quam deo dedicamus, accipiens: intro apud sacratissima uasa reponat, & a nobis seruandam, & in oēs ecclesiasticas possessiones seruituram. DAT. Constantinop. vi. Kal. Maij. Belisario v. c. cos.

DE REFERENDARIIS sacri palatii. Confit. XI.

Imp. IVSTINIANVS A. Hermogeni gloriosissimo, sacrorum officiorum magistro, excelsule & patricio.

Inter caetera, quae in decentem ordinem reduximus, neque ea, quae spectabiles nostros referendarios concernunt, extra prouidentiae nostrae terminos relinquenda putauimus: idcirco eo magis, quo pluribus in rebus magno nobis esse solet usus. Nam cum initio non amplo admodum numero inclusi essent: nos, quo magis multos illorum interuentu adiuuaremus, facilius singulorum desideria perdifcentes: ut plures es

res essent, quàm dudum, effecimus. Cæterum exstiterunt quidam, qui liberalitatem nostram ad immensum prouocantes, partim multos introducendo, qui nobis supplicarēt, partim multis utendo precibus, dignitatis plenissimā rem quotidianis additamentis penē ad infinitū de duxerunt. Neq; enim ante petendi finē fecerūt, quàm in quatuordecim usq; illorū numerus euaderet. Ne igitur quod iure à nobis in precio habitū est, si ad multitudinē effundatur, suā amittat dignitatē: placuit nobis ad certam illorum numerū mensuram contrahere, nō ut ijs, qui hoc tempore sunt, cōcessa derogemus (neq; enim regiæ hoc magnificentia propriū est) præsertim cū neminē eorum, qui nobis placeant, quicq; nobis honeste subseruiūt, nostro expellere ministerio ullo unquā modo soleamus. sed manere illos sub eadē, qua modo sunt, forma sancimus, neq; omnino quisquā apponatur, donec intra octo uiros illorū mensurā cōsistat, ut ppetuò octo existāt: nullo quidē neq; modo neq; tēpore eo numero augēdo, semp autem cōtendentibus illis, ut circa nos obsequio, & erga imperatoriā maiestātē beneuolētia alter alterū uicissim superēt. nemine licentiā habente, ut eius generis aliquid de cætero petat: sciente, quòd neq; ea, quæ petit, assequetur: & quia petere auius est, nō solum decem librarū auri pœnæ erit obnoxius, sed etiā propria excidet militia. Volumus enim, ut ad prædictum usq; numerū intra mensurā cohibeantur, semperq; iusticia & alijs augeantur, magisq; ac magis illustrent uirtutibus. Nullā em̄ dignitatē obtinet multitudo, quæ solo spectatur numero: quandoquidē ex tam multis uix paucos reperias, in quibus uita secundū uirtutem salua sit.

Quapropter maneant quidē (ut diximus) nunc sub hac forma. cognoscens uero ea excellentia tua ita custodiat, ut nullo unq; tēpore trāsiliat eorū aliquid, quæ à nobis sancita sunt, permittat. quin potius ab ijs, qui hæc cōtra quid faciūt, prædictā pœnā exigat, utpote qui ea expetāt, quæ neq; petere licitum, neq; dari possibile est. Atq; ita prorsus nostra hæc lex multitudine depulsa uirtutē inducat, quæ nō admodū in multis elucescit, præsertim in ijs uiris, qui tametsi bonis prognati sunt parētibus, fortunas tamē ac facultates suas in exponēdis supplicū precibus, & impetrando illis à nobis auxilio repositas habent. Quæ igitur nobis placuerūt, & per hanc sacram exprimūtur legem, ea studeat excellentia tua ad effectū deducere, certōq; fini tradere. *D. A. T. Idib. Maij. Constantinop. Belisario V. C. C. O. S.*

DE INCESTIS ET NEFARIIS NVPTIIS. Constit. XII.

Imp. IVSTINIANVS A. Floro gloriosiss. Comitū ubiq; positarū sacrarū rerū priuarū.

Multa adhuc ad perfectionē deesse arbitramur illis legib; quæ de incestis antea ab aliquot retro principibus conscriptæ sunt, quæ quidem eos, qui incestas contrahunt nuptias, impunitos relinquunt, prolem uero inde progenitam, cui tamen nihil omnino criminis potest obijci, paternorū ademptione bonorum multat: quasi necessarium sit, ut delinquentes soluantur crimine, qui uero omni carent crimine, tanquā delinquentes puniantur. Proinde sancimus, ut si quis de cætero illicitas & naturæ contrarias, quas lex incestas, nefarias, & damnatas appellat, nuptias cōtraxerit: siquidem liberos ex prioribus & legitimis & inculpatis nuptijs natos non habet: illi confestim & bonorum suorū ademptio imminet, simul neq; ijs, quæ ei dotis nomine data sunt, perfruatur, sed uniuersa fisci iuribus adsignentur. Indēq; adeo, quia cum legi cognititas liceat facere nuptias, legibus potius prohibitas adamat, & tā semina cōfundit, quàm familiā iniuria afficit, & pietati simul ac religioni cōtraria perpetrat, penitusq; ea appetit, quæ multa etiam bruta animantia auersantur: sit sanē illi pœna nō tantum bonorū publicatio, sed etiā cinguli detractio, & exiliū, ac (siquidem uilis conditionis fuerit) corporis etiā castigatio: quo magis caste discat uiuere, & intra naturæ limites se cōtinere, nō autē idulgere genio, & amoribus uetitos excedere terminos, cōtrāq; traditas nobis à natura leges impotenti se animo opponere. muliere quoq; si cognita lege hæc neglexerit, & illicitis seipsam nuptijs tradiderit, ei dem pœnæ subdenda. At si ex prioribus inculpatis nuptijs filij forte, aut nepotes, aut etiam ultra existant: paternā illi successionem confestim percipient, nempe paterno supplicio suæ potestatis facti, ut tamen illū alant, & reliqua illi necessaria suppeditēt. tæcti em̄ legū trāsgressor est & impius, nihilominus tñ pater existit. Atq; hoc quidē post futuro tēpore, quodcūq; post præsentem nostram labitur constitutionē, obtineat, nemini futurū molestia

lestia, si caste uiuatur. neq; enim licet eos, qui nihil peccāt, huic legi subijcere. Cæterū quod iam præterit, neq; omnino pro noxa soluto relinquimus, neq; itē penitus sub acerba indignationē deferimus. Certe cōtractis incestis nuptijs, si usu uenit, ut hæc aliquo iā ante pacto dissolutæ sint: extra noxā sunt. Præterea si quem nostra hæc lex talibus inhærentē nuptijs depræhēderit, habeat & ille licentiā intra bienniū, ex quo omnibus hæc manifesta facta est, eā, quæ ita sibi coniuncta fuit, à se dimittendi, nūq; ad se reuersurā, neq; cū in speciē separata uideat, re ipsa cōsuetudinē cū eo habentē. Poterit em̄ & hic forsā priora defendere, sola uidelicet quarta substantiæ eius parte in fiscū deferēda. Et filij sanē (quoniā illis ut innoxijs ueniā damus) siquidē soli, & nō cū alijs legitimis, qui ex alijs innoxijs scilicet nuptijs suscepti sunt, ipsi quoq; fuerint: minime paterna defraudētur successione, nisi iure ipsos pater ex osus, propter legitimā aliquā offensionē à successiōe sua excludat. Quòd si alia quoq; nuptiæ, quæ in nullo legem offendāt, intercesserint, & ex illis existant liberi: integrū esto ijs quidē filijs, qui omni ex parte reprehensione & noxa carēt (nisi & ipsi in aliquo alio offenderint, quod secundū leges ipsos paterna successione indignos ostēdat) dodrantē hæreditatis: ijs uero, qui tametsi incestuosi habentur, noxa tamen à nobis soluti sunt, quadrantē relinquere, si & ipsi erga patrem undiq; se inculpate gessisse uideatur: quarta uidelicet parte, quæ fisco assignari præcepimus, prius ex paterna substantia detracta. Permittimus autē illis, ut non solum ex testamento, sed etiam ab intestato, secundū modum iam ante à nobis dictum, genitorum hæredes fiant. Eodem hoc obtinente, & si post dimissam priorem coniugem, quæ præter ius & fas illi copulata fuerat, alteram uxorem secundum leges duxerit, filijs ei tam ex priore, q̄ postea ex legitima uxore procreatis. ita em̄ superiora tempora humanitate uincemus. dote uidelicet diuertenti mulieri reddita. Enim uero si intra bienniū, ex quo lex publice promulgata est, eā à se coniugē nō dimiserit: excidat simul & ipse à sua substantia, & mulier à dote, & prædictæ uterq; pœnæ subdatur, ipsi quoq; tales filij neq; ex paterna substantia quidquam, neq; ex materna dote possidebūt. Sed qui ex prioribus innoxijs ei nuptijs nati sunt liberi: illi suæ potestatis effecti, præter quartā scilicet partem, quæ in fiscum defertur, bona suscipiant, exinde patre alentes, & (prout diximus) omnia illi, quæ ad tuendam reliquam uitam sufficiunt, suppeditantes: incestuosæ uidelicet mulieris dote hoc etiā casu in fiscū redigenda. Quòd si ei, qui hæc patrauit, ex prioribus inculpatis nuptijs liberi nati nō sint: tunc totius eius substantiæ dominus erit fiscus. Id enim & in illis, qui post hæc incestas cōtrahunt nuptias, sancimus: in pari per oīa crimine ponentes eum, qui intra dictū à nobis tēpore incestuosam à se cōiugem non dimittit, & eū, qui post hanc nostram legem incestas & detestabiles nuptias elegerit. *AC CVM* inter plerasq; gentes de filijs, qui ex nostra cōstituturione legitimi facti sunt, orta sit cōtrouersia: recte se habere arbitrati sumus, si nos ueluti legis parentes, nō nihil illi adijceremus, & unā dissidiū hoc componeremus. nā eo quoq; consilio legem initio tulimus. Si quis enim cū legitimorū filiorum esset pater, post coniugis suæ ex rebus humanis discessum, aut secundū leges soluto matrimonio, cum alia muliere, quam per leges liceret uxore ducere, consuetudinem haberet, & ante dotalia instrumenta (siquidē hæc confecerit) siue etiā post ea nascerentur ei filij, aut etiam soli filij ante dotalia instrumenta nati restarēt, alijs aut nō genitis, aut etiam post natiuitatem mortuis: existimarūt quidam non posse eos, qui ex secunda nati essent, legitimos existere, quandoquidē adhuc superessent alij ex altera uxore legitimi & sui filij. quod quidem nullam in se habet reſonantiam. Nam si eiusmodi nos liberos legitimos & suos patri declarauimus, sola dotaliū instrumentorum cōfessione contenti, existunt autem & priores sui: moritur pater relictis suis & legitimis liberis, tam ex priore, quàm etiā ex secūda uxore progenitis, & si ante dotalia instrumenta procreati sint, etsi nemo ulterius post instrumentū dotis natus sit, aut etiam natus mortuus sit. licentiāq; ei lex tribuit, ut inter prolem suam testetur, quo uelit modo: ut tamen in nullo leges offendat, quæ omnes ex æquo filios ad certam successionis partem uocare solent. Sui igitur & legitimi cum sint: peruenient ad hæreditatē tam ab intestato, quàm ex testamento, prout uel pater, uel lex permiserit, inq; uices alter alteri succedet. Quid enim tandē aliud dicamus, cum ipsa per se legitimi & sui appellatio sufficiat declarare sub potestate patris eos existere, & ex testamento tribuere, quæ leges tribuūt, & omnia obtinere, quæ eiusmodi appellationem decent? Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimuntur legem, perdiscens excellentia tua, studeat effectui & fini tradere, edictis ad prouinciarum reſtores destinatis, ut & forenses homines cognoscant, curam nos innoxia & incontaminata

prolis gessisse, simulque naturae contrarias ac nostris legibus detestatas copulas auerfari. Dat. V. Idus Octobr. Constantinop. Belisario V. C. C. O. S. Indictione XIII.

DE PLEBEIS PRAETORIBVS. Constit. XIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Constantinopolitanis.



Larissimorum vigiliae praefectorum nomen, cum & dignitate plenum, & ueteribus Romanis notissimum extiterit: haud scimus, quomodo ad diuersam appellationem simul & ordinem transierit. Quos enim patria nostra lingua Praefectos uigilum uocauit, quodammodo illis imperium in eos iniungens, qui uigilias agerent, & nihil in exploratum relinquerent: eos Graecorum lingua (nescimus unde) noctium Praefectos nuncupauit, quasi necessarium sit, sole quidem (ut licet conijcere) occidentem magistratum exurgere, rursus uero oriente eo, quieti se tradere. Quid enim causae fuit, quam obrem noctium nomen apposuit? Si enim propterea hanc appellationem obrinet, quia solus hic magistratus eorum curam habet, quae per noctem perperam admittitur, & quia noctu per urbem oberrat: at qui idem hoc facere cernimus & praefecturam urbariam, ut nihil obitare possit, cur non (quantum ad hanc appellationem) hunc etiam magistratum hoc nomine uocemus. Si autem officia diuidi possunt, ut gloriosius, quidem almae huius urbis praefectus interdum magistratum gerat, illi autem alteri noctu uehementer a uero aberrarunt, quicunque nominis rectitudinem corruperunt. Inde, cum ea appellatio adeo caliginosa, tenebrosa & eiusdem cum nocte nominis sit: merito hanc omnes refugiunt, & cum eliguntur, poenam inferri arbitrantur, neque imperilibus dignam esse codicillis rentur. Nos igitur re ipsa, uti se habet, alius perspecta: hunc magistratum, sumpto ab appellatione principio, de integro resuscitandum exornandumque existimauimus, ut nemo deinceps noctium praefectus nuncupetur. curabunt enim, quaecumque uel interdum uel noctu iniuste perpetrantur. Quoniam uero Praetoris nomen ueteribus Romanis mirum in modum placuit: propterea putauimus & eos, qui tuendae quieti & disciplinae publicae praesint, quicunque inter populares ortam perturbationem cohibere ualeant, ita nominandos esse. Et quemadmodum ex senatorio ordine alij sunt praetores, qui libertatibus, alij qui tutelis, & id genus alijs praesident: ita sint & hi plebeiae rectitudinis praetores, ac nostra quidem lingua Praetores plebis appellentur, graeca autem hac & communi praetores ton Démon. Quo modo autem praetoris nomen se habeat, quomodo non longe absit a consulatu, quomodo proximam secundum leges locum obtineat: clarum faciunt ipsae leges, quae & consulatu praetores adiunxerunt, & secundum illis post leges ordinem attribuunt. Et quemadmodum olim consules quidem in amplissimo ordine principatum tenebant, Tribuni autem plebis plebem moderabantur: ita factum & nunc ex senatorijs quidem uiris praetores omnia praedicta obeant, Praetores autem plebeij nutantem quodammodo inter populares quietem ac disciplinam in se recipiant, illorum undique commodis prospicientes. Nouimus omnino, in quanta olim hic magistratus ueneratione fuerit, quamque splendide in uetere Roma administratus sit, non solum ips temporibus, quibus imperatores rempublicam tenuerunt, sed etiam multo remotioribus. sed neque ampla haec urbs, cum eum magistratum suscepisset, contemptum habuit. Inde plerisque compertum superiore aetate post magnos magistratus gestos, utpote qui circa imperatoriam sunt maiestate, non dedignatos fuisse ad hanc denuo functionem accedere. Paulatim uero ita res abiecta & uilis uisa est, ut neque per nostros conferretur codicillos, sed penes gloriosissimos huius almae urbis praefectos resideret, & plerumque unus aliquis ex illorum cohorte id officium suscipere, tractareque omnium improbissime. quanquam si quis uetustatem eius per notas & coniecturas spectet: facile ipsam, qualis antea fuerit, ex his, quae adhuc hodie supersunt, perdiscat. habet enim & proprium iudicium, & cohortem, & commentarienses, omnia denique alia, quae proprie modum ipsi praefecturae urbariae deputata sunt a legibus. Quoniam igitur nos omnia, quae ante sunt facta, peruestigantes, ueterem illam grauitatem, reique ipsi insitam uenustatem in pulchriorem ordinem reducere studemus, ne tam crebra ab ipsis admittatur furta, societatesque cum furibus inueantur, & inconcinnae euandaeque & nullius reputationis sententiae procedant: propterea putauimus ea, quae ipsos concernunt, certis describenda esse finibus. Cogitauimus enim, quod si ob causas pecuniarias, in quibus non de maximis rebus uersatur periculum, sed tantum

tantum de pecunijs, summi magistratus ius dicunt, saepenumero etiam alij adduntur iudices, & plus mille curis inuoluimur, ne res sine causae dictione procedant: quomodo indecorum sit, oem nos prouidentiam eorum conferre, ut iudices damnatis periculum uitae irrogantes, hi eligantur, qui per dignitatem in aliqua reputatione sint, ne temere uita hominis pereat, qui semel quidem nascitur, amissam autem uitam recipere nequit? Principio igitur sancimus, ne quis omnino ad praedictum magistratum accedat, antequam a nobis eius administrationis codicillum perceperit, neque ulla etiam ratione ad eam functionem sine imperatoris codicillis progredi audeat, sed imperatoris sententiam expectet in scriptis promulganda. Nemini enim praedictam administrationem trademus, nisi qui eam suscipiunt, hi de numero sint magnificentissimos illustrius, aut spectabilissimum comitum, aut sublimissimi tribunalis clarissimos tribunorum praetorianorum & notarios, aut qui alioqui officiorum in principis administratione habuerunt, & idonei nostrorumque testimonio digni uisi sunt: quo magis praedicta grauitate & honore insigniti, ius diligenter reddant, praesertim quia de uita certamen est. consueuerunt enim ut plurimum de perpetratis caedibus, de adulterijs, de aggressuris, de rapinis, & id genus alijs iudicare. Unde oportet eum, qui tam magnis criminibus praesidet, uirum esse ex omni parte grauitatis plenum, irreprehensibilem, & tanta audientia dignum. sed & adfessorem, qui unus aliquis de probatis sit. neque enim ipsos absque sufficiente relinqueamus solatio, sed ad decem usque auri libras singulis annis annonarum ipsis titulo dabimus, ut his contenti, nullam tolerant rapinam, aut quod perniciem inferat. Sed & ne omnino largitiones fiant, aurum uel ulli erogetur, ut aliquot retro temporibus factum est. in pari enim crimine haerebit, & qui pro obtinendo officio alicui dedit, & qui post susceptum officium ab aliquo accipere sustinet, quemadmodum iureiurando ab ipsis dando declarabitur. Habemus etiam compertum, quod improbi admodum ex cohorte homines illis sint in ministerio, nempe consocij latronum, ueneficiorum, crumenisecarum, & reliqua multitudo, quorum unumquemque satius est puniri, quam ad istum modum uiuere. hoc enim hominum genus, cui cum latronibus intercedit noticia, eiusmodi est, ut nihil boni peragat: sed in hoc tantum fures cognoscunt, ut sibi suisque iudicibus aliquid ueniantur lucri. Quae omnia conuenit, ut hi, qui iam inde a nobis praeturam plebis ineunt, oderint & auerfentur, sed & puris utantur manibus, ac omnia, quae ad ipsos referuntur, siue de furto, siue alijs delictis, iusta animaduersione persequantur, & urbem ueluti bestiarum foras exercitibus perurgent. industrios praeterea homines ad haec ministros assumant: & ea moderatione aduersus cohortem suam utantur, ut ab ipsis tanquam iudices metuantur, & omnia agant cum summa animi intentione ac beneuolentia. Nam si recte se gerere, nostrorumque de ipsis iudicio respondere uoluerint: neque tam multi erunt, qui furentur, & res ablatae citius inuenientur, & pauciores delinquent, reuerenti magistratum, quem nemo pecunijs redimere possit aut corrumpere. Sed & de criminibus cognoscet, quibus atrocissima sint. componet etiam populares motus, ita celebri huic & regiae urbi praesidentes, quasi qui nobis ipsis in hoc ministerio: & summo a nobis honore dignati (quatenus minores magistratus solent a maioribus) curas nobis alleuiant, nihil instituentes facere, quod bono uiro & imperiali testimonio dignum non sit. Ac si quando usu ueniat, ut aliquod incendiium (quod abominamur) in urbe exoriat: oportet & ipsos adesse, & suum facere officium, atque eos, qui furantur infeliciumque bona subripiunt, atterere, & (quantum in ipsis est) conseruare res suas illis, qui ipsa ui ignis perurgentur. nam si industrie hunc magistratum gesserint: maior illos thronus excipiet, & in praestantiore magistratu erunt. Est enim multo praestabilius cum honestate uiuere, quam illa contempta, undique manus & rationes conquirere, per quas impie agas, & insuper egere: propterea quod natura ita comparatum est, ut nihil eorum, quae isto modo accumulatur, perduret, sed male collecta statim dispereat. Ut igitur subditis nostris prodessemus: putauimus undique honoribus auctos uiros in medium producere, ut subditi illorum sentiant uirtutem. Habebunt uero spectabiles praetores plebis etiam adfessorem nostro (ut diximus) de ipsis iudicio dignum. Erunt etiam eis ad manum uiginti usque milites, & triginta matricularij, quos hoc tempore constituimus in hoc, ut illorum iussionibus seruiant, & (si opus sit) flagitiose uiuentes contineant, ac uniuersum ciuitatis statum ad competentem formam redigant. Scire autem eos pro certo oportet, quod si incorruptos se conseruauerint, & a deo auxiliu habebunt, neque beneuolentia nostra frustrabuntur, & magistratus in longiora illis tempora prorogabitur. quis enim uellet eum, qui pulchre & recte se gereret, temere mutare? Sed & si ex foro clarissimi huius almae urbis praefecti transmittantur alij quis, ut supplicium sustineat: exacte prius, uel uno aliquo ex ipsis, qui eum adducunt, interrogato, uel etiam ab ipso gloriosissimo praefecto causam requirant ac perdiscant, quae obrem hominem de medio tol-

lant, uel membrum illi abscindant. et si hoc perspexerint, ut pensculatē sententiam transmissam proferat, quæ uel uitam, uel membrum adimat. Quemadmodum autē spectabiles prætores plebis id genus muneribus honorauimus, dignantes ipsos & codicillis ex nostra manu procedentibus, & annona, & tā ampla appellatione, & cæteris, quæ ante dicta sunt: ita & ab ipsis exigimus, ut nobis uicissim integritatē, & in omnibus rebus uigilantiā reddat, & omnia æquabili iustacq; ratione & incotaminata manu peragat. Nā si quid ipsi delinquere, uel etiā furari, aut fures tolerare, & nō omnibus persequi modis, neq; morte quidē dignos extremo afficere supplicio, qui uero mediocriter peccauerint, ubicūq; nos iusserimus, ampla hac urbe expellere uidebuntur: sciant nō tantum se pro hisce deo rationem reddituros, sed etiam nobis, futurosq; obnoxios tam præstando damno, quod exinde subditis irrogatur, quā indignationi nostræ, & ut citius cū infamia magistratu depellantur: ea nobis de causa & labores subeuntibus, & magnos sumptus sustinentibus, ne cui subditorū nostrorū inferatur calumnia, aut bonorum & uitæ perditio, & quacūq; eiusdem generis sunt, sed oīa competentī decidatur iudicio. Cognoscentes igitur uos per hoc sacrum edictum ac legē, hanc nostram uoluntatē, & quod nihil eorum prætermittimus, quæ uobis profutura sunt: uota pro nostro nuncupate imperio, sic uestri curā gerente, sic uindicante, quæ singulis aduersa accidunt, sic paternā per omnia uobis prouidentiam conferuante.

NE QVO IN LOCO PER IMPERIVM ROMANUM
lenones sint. Constit. XIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Constantinopolitanis.



Sq; adeo uetustis legibus & his, qui ante nos imperium tenuerunt, uidetur lenocinium re & nomine odio fuisse habitum, ut pleracq; adhuc leges cōtra eos, qui talia delinquant, conscriptæ extant. Sed & nos pœnas contra tā impia molietes positas auximus, & quod à maioribus nostris prætermisum fuit, per alias leges ad perfectionē deduximus. Nuper quoq; cum de impijs facinoribus, quæ per eiusmodi dedecus in hac ampla urbe admittuntur, relatio facta esset, rem ipsam nō despeximus. Cognouimus enim absurde aliquos uitā degere, & intolerandis odio sicq; rationibus scelerati sibi lucri occasione querere. oberrare nāq; per prouincias perq; uaria loca, & miseris inescare puellas, calciamenta & uestem aliquam prætendentes, quibus eas captant. ducere postmodum in almā hanc urbem in lustris suis conclusas, & miserabilem illis cibum ac uestitum præbere. exindeq; uolentibus eas prostituere ad libidinem, & miserum illum quæstum, quem corpore suo faciunt, ipsos accipere. conficere præterea syngraphas, q; tanto tempore impiam hanc & scelestā illis functionem impleturæ assidebunt, quādiu ipsis uisum fuerit. quosdā uero ex ijs quoq; fideiussores exigere. ac rē ipsam in tantā abijisse absurditatem, ut per totam ferē regiam urbem, & eius confinia, iuxta sacra quoq; loca & uenerabiles domos eiusmodi lustra habeant: & tam impia legibusq; contraria facinora nostris præsumi temporibus, ut cum quidā misericordia ducti, aliquoties eas ab hoc quæstu uellent abstrahere, & legitimo sociare matrimonio, hi nō sinerent. plerosq; etiā ita scelestos existere, ut puellas nondū decimū agentes annum ad periculosum inducant stuprū. & quosdā uix auro nō modico dato, potuisse inde miseris redimere, & castis copulare nuptijs. modos deniq; esse plus mille, quos neq; oratione quispiam complecti ualeat, ad stupendam quandā immensitatem eo malo prorumpente, ut cum ante in paucissimis urbis partibus esset, nūc & ipsa, & omnia circa ipsam loca hoc genere mali oppleta sint. Atq; hæc quidem initio occulte quidam ad nos retulit. deinde etiā nuper magnificentissimi prætores à nobis ea inquirere iussi, eadē hæc ad nos perduxerūt. simul ac uero illa audiuimus, statim eorū actionem deo offerendā putauimus, ut aliquanto citius tali scelere urbem liberaret. Sancimus igitur, ut quisq; pro se, quantum in ipso est, castitatem colat, quæ sola hominum animas cum fiducia deo præsentare potis est. Quia uero multa sunt humana: illud saltem, ne aliqua fraude dolo ac ui ad libidinem protrahatur, omnibus prohibemus modis. neq; ulli facultas sit lenociniū exercere, & uel domi mulieres habere, uel publice prostituere ad libidinem, aut mercimonij alicuius loco istiusmodi importare, neq; ob eam rem syngraphas suscipiant, neq; fideiussores

fores exigat, aut eiusmodi aliquid agat, quod miseris illas uel inuitas cogat suā defecare pudicitia. neq; speret licere sibi in posterum datione uestimentorum, aut etiam ornamentorū, uel alimentis easdē inescare, ut uel inuita perseverent. neq; em̄ quidē tale fieri permittimus. sed & nunc sub compendio omnia hæc cōpetenti remedio dignamur, procurantes, ut oēm eis cautionem reddant, quam ob tantum forte scelus obtulerint: neq; permittimus, ut scelesti lenones, si quid dederint, hoc illis auferat. Sed & ipsos lenones iubemus alma hac urbe excedere, tanq; homines perniciosos & publicos castitatis corruptores, ut qui tā liberas, q; seruas cōquirant, & ad talē necessitatē adigant, & inescant, & habeat improbe ad oēm turpitudinem educatas. Prædicimus uero, si quis de cætero puellam inuitā assumere ausus fuerit, eamq; ui detentare & alere, ut ex fornicatione quæstū sibi faciat: q; hūc à spectabilibus prætoribus plebis huius almæ urbis compræhensum, ut extremas pœnas sustineat, obijciemus. nā si in hoc eos elegimus, ut pecuniaria furta ac rapinas corrigeret, quomō nō multo magis castitatis furtum ac rapinā eos coërcere sinemus? Præterea si quis in suis patiatur ædibus aliquem lenociniū facere, aut habere ei negotio præpositū, ac nō protinus re ad se delata & cognita, ex ipsis eum ædibus expulerit: sciat tam decem se librarum auri pœnam subiturum, quā de ipsis ædibus uenturum in periculum. Item si quis syngrapham de cætero ex hac causa accipere, aut fideiussorem exigere præsumperit: sciat non solū nullā se ex ea sponione aut syngrapha utilitatē habiturū (quippe cum fideiussor nō teneatur, syngrapha uero planē ad irritum recidat.) sed etiam (ut prædicimus) post exceptum corpore supplicium quā longissime ab ampla hac urbe expulsus iri. nam mulieres castitatem colere, non inuitas ad libidinofam traduci uitam, & ad impie agendum cogi uolumus & optamus.

Omnino deniq; lenociniū fieri prohibemus, factūq; punimus, præcipue quidē in alma hac urbe, & continentibus eius ædificijs, sed non minus etiam in omnibus extrinsecus locis, tā quæ initio ad nostram pertinent rempublicam, quā quæ modo à domino deo nobis donata sunt. adeoq; maxime in illis, propterea quod dei dona, quæ in nostram contulit rempublicam, omni eiusmodi necessitate uacua custodire, & domini dei erga nos munificentia digna esse & permanere uolumus. Persuasum enim de domino deo habemus, quod ex hoc nostro circa pudicitiam studio, magna reipublicæ nostræ accessio futura sit, omnia nobis prospera deo per huiusmodi actiones largiente. Ut igitur ciues nostri, uos primi casta nostra dispositione fruamini: propterea hoc sacro utimur edicto, quo magis nostrū erga uos studiū, & pro pietate ac castitate susceptos à nobis labores, per quos speramus rempublicam nostrā omni bonorum genere cōseruatum iri, queatis pernoscere. Scriptum exemplum gloriosiss. magistro, mutatis in hunc modū uerbis. Ut igitur oībus, qui nostrā incolūt rempublicam, hæc manifesta fiant: suscipiens hanc nostram legem excellentia tua, omnibus eā per imperij nostri ditionem, destinatis ad hoc præceptis, insinuet, ut non tantū in alma hac urbe, sed etiā in alijs extrinsecus locis custodiatur, uniuersarum rerū domino deo suauis alicuius odoramenti loco oblata. Dat. Kal. Decembr. Constantinop. Belifario V. C. COS.

DE DEFENSORIBVS CIVITATVM. Constit. XV.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. præfecto prætoriorū, iterū excōsule & patricio.



Isi primo quoq; tempore defensorū sollicitudinem in cōpetentem reducamus ordinem, neq; ipsa antiquorū uocabulorū ueritas denuo nobis suppeditabit. Nam cum à uetustate alijs alia sint imposta nomina, quæ aperte earum rerū uim significarent: tum uero hoc ipsum defensorum nomen clare ostendit, ueritatē quosdam rebus præfēcisse, qui ab omni eas iniuria liberas tuerentur. hacq; adeo de causa patria etiānum lingua defensores eos uocamus, quod iniuria oppressos à malis eriperet. Nūc uero ea ipsa defensorū sollicitudo ita in plerisq; reipublicæ nostræ partibus pculcata est, & uehemēter despiciatū habita, ut cōtumeliæ potius, quā honori & dignitati alicui exposita esse uideatur. Inde obscuro ad hanc homines assumuntur, & decreta su per ipsis ex cōmiseratione magis, quā uera electione fiūt. quibus em̄ alimonia & uictus ali unde sufficiens non est, hi emendicatis defensorū suffragijs, ad hanc sollicitudinē accedunt, & pro quodam ueluti ludicro præsidium animis sunt proposti, siquidem & remouent eos, e iij quandocūq;

quandocūq; uolunt, minima quæq; uertentes uicio, & alios in illorū locū ingerunt, uicarios quoq; defensoribus cōstituentes, perq; unū nōnunq; annū in pluribus id hominibus admittētes. Vnde & cohortales, & ciuitatū magistratus, & qui has incolunt, oēs in summo cōtemptu defensorē habent. Quæ uero apud ipsos gerūtur, perinde ac si neq; gesta essent, haberi solent. nisi enim prouinciarum præfides iubeant, ne præsumere quidem audent aliqua gestorum monumenta conficere apud semetipsos per omnia eis seruientes defensores, & illorum nutibus intendentes solis. Si uero quedam conficiunt, primū quidē & illa uendunt. deinde cū nullū ad hoc paratū archiuum habeant, in quo reponant apud se gesta: deperit, quod gestū est, neq; apud ipsos ullū facile omnino longi temporis monumentū reperias: sed qui actis indigent, ipsa apud hæredes eorum & alias successiones quærūt, ubi partim indigna inueniuntur, quibus habeatur fides, partim etiā deperunt & intercidunt, usq; adeo, ut perinde putentur, ac si facta nō essent. Nos igitur, quoniā præfidum partes bene disposuimus, maiorēq; ut ipsis inter gentes esset potētia effecimus, & longius absunt, quā ut ciuitatū commoda semper in conspectu habere possint: propterea existimauimus ipsam quoq; defensorū sollicitudinē ad pristinum erigendam esse statum. existet enim bella quadam hoc modo consonantia & harmonia, si ciuitatū defensores iudicū ordinem occupent, & prouinciæ moderator potius iudicum iudex, & per hoc defensoribus suis honoratior esse uideatur. quanto enim quisq; præstantioribus imperat, tanto ipse & maior & honoratior est. Interea igitur illud primo sanciendū est, ut ne cuiquā omnium facultas sit ad defensoris ordinationē repudiandā, sed per uices quicq; honoratissimi incolæ suis hoc munus ciuitatibus impleat (hoc enim & elapsis tēporibus obtinuisse inq; usu fuisse didicimus) nemini patefacta copia hoc repudiandi, neq; si magnificentissimorū illustrium dignitate decoratus sit, neq; si insignē aliquā militiam habeat, neq; si quod priuilegium ex ipsis sacris formis præterdat, etsi cōcessæ formæ pragmaticæ sint: sed omnibus ciuitatis incolis, qui scilicet in aliqua sunt reputatione, hanc sollicitudinē in circulū implentibus, & cū circulus de finit, iterū ad eā reuertentibus, & prædictum munus obeuntibus, ut defensor iudex potius, q̄ defensor esse uideatur. decreto utiq; cū omnium cōmuniter iureiurando facto, qui illius ciuitatis incolæ sunt, nō autem eorum, qui ibi tantū cōmorantur. Iusiurandū uero præstet, omnia se secundū leges & ius acturum: & confirmetur (quemadmodū modo dicimus) iussione gloriosiss. nostrorum præfectorū, & per biennium duntaxat administrat, posteaq; à sollicitudine remoueatur. nō habēte licentiam clariss. præfide prouinciæ remouendi eū, sed tantū si quid parū recte agere uideatur, referendi ad gloriosiss. præfectos, ut ab eo contingat sollicitudinis absolutio, à quo etiā datur. Nulla facultate existente uel moderationē prouinciæ habenti, uel ipsis defensoribus, ut defensorū uicarios constituant, sed hæc illis omnibus prohibemus modis. quin potius neq; clariss. præfides pro se uicarios in ciuitates dimittēt, exceptis ipsis defensoribus, quos præfidū locum in ciuitatibus supplere uolumus, ipsosq; in omnibus ciuitatū, in quibus sunt, curā gerere. Item ut apud defensores insinuentē testamenta, donationes, & omne deniq; quod proprie ad ius monumentorum pertinet: nequeunte clariss. præfide prouinciæ uel quod confici debet, impedire, uel præscribere, quomodo confici uelit, uel confectum non edere. neq; enim omnino ei licentiam ad eiusmodi præbemus: absurdissimū putantes, ut nec essaria acta hominibus propter præfidū forte affectiones præceptionesq; nulla ratione submixas intercidant. Sed & in acta referant, quacūq; quis uoluerit, edantq; tā etsi quod in acta refertur, perstringat ipsum prouinciæ præfidem, uel aliquem potentiorum. neq; hoc quisquā prohibeat. Oportet enim eos, qui uel in officijs, uel cū potestate aliqua sunt, ita se gerere, ut confici aduersus se acta nō prohibeant: imò ita se moribus inculpatis præbere, ut nemini detur opportunitas mouendæ alicuius cōtra ipsos querelæ. Nemo insuper phibeatur apud defensores in acta referre, quibus de rebus uult, siue præses in ciuitatibus præstō sit, siue non sit: his solis exceptis, quæ iurisdictionē requirunt, & ex ipsa præfidū autoritate pendent. Deinde ut ciuitatū defensores ipsi, qui publicarum exactionum negotium habent, modis omnibus auxilio sint: & siue propter indeuotorum collatorū cōrumaciam monumenta conficere, siue interesse & flagiciosos præsentibus oculis aspicere, siue publicū sedare tumultū opus sit: alacriter hoc faciant. uno deniq; uerbo, per omnia præfidis locum obtineant, & maxime cū absunt. Et ut cohortales quoq; ei regioni addicti, qui per illā consistunt ciuitatē, in qua defensor est, illi obediant & opem ferant: ut absentibus prouinciarum moderatoribus nihil ciuitatibus deesse per illorū præsentiam uideatur. Habeant autem & ex cohorte illi prouinciæ destinata exceptorem futurum illis in ministerio, & duos cohortales, qui

ab ipsis

ab ipsis iudicata exsequatur. Dicatq; ius in omnibus pecuniarijs causis usq; ad trecentos aureos: nequeuntibus collatoribus nostris eos, quos sibi obligatos putat, protrahere ad clariss. prouinciarū præfides, si intra dictam trecentorū solidorū quantitatem causa consistat. Sed neq; actores ea ipsa de re litem pluris æstiment, ut reos conterant, non ad defensorē ciuitatis, sed ad loci præfidem deductos. Imò si quid tale fecerint, & sententia ostendat causam minorem esse trecentis solidis, deditaq; opera æstimationē ampliatam, ut apud præfidē prouinciæ, nō apud ciuitatis defensorē examinaret: solus actor totius litis subijciatur dispēdio. Enim uero appellationes à defensoribus ad ipsos deferantur præfides. Si quid uero cohortales contra defensores cōtumeliose admiserint: tunc prouinciarum rectores uindictā repetāt, cohortalesq; castigent. Damus enim defensoribus licentiam, si hoc gentium præfides negligant, ea referre ad thronum excellentiæ tuæ, ut illis inde auxilium impertiat & competēs uindicta, & defensores reuera habeāt cōtra delinquentes quādam iudiciariæ grauitatis imitationem & figuram. Ac si ciuitatis defensorē contingat intercidere: protinus ad aliū, qui ex ordine circuli uocatur, cū prædicto iuramento decurrat calculus, protinusq; is eam curam subeat. decretum uero referatur & roboretur à celsitudine tua. neq; ullo unq; tempore cōstituantur (uti diximus) defensoribus uicarij, ne rursus absq; ratione anam priori perturbationi præbeamus. Conficiat etiam iussiones excellentiæ tuæ per unamquāq; prouinciam, ut in ciuitatibus domus aliqua publica secernatur, in quam defensores deceat actorum suorū monumenta reponere: creato aliquo ibi locorū, penes quē huius sit custodia, quo magis & incorrupta ea maneant, & celerius quaesita inueniant. sitq; apud ipsos aliquod archiuū, & quod hætenus in ciuitatibus peccatū est, modo ad pristinū statū reducat. Fient autē & defensores omnino gratis. & pro ipsi iussionibus, si maiores sint ciuitates, quatuor tantūmodo aurei dabuntur in iudicio tuæ celsitudinis: si minores, tres, quemadmodū nostris iam legibus cōstitutum est. si quas uero ex publico ammonas habent, percipient & ipsas more solito. Cognoscent utiq; & de leuioribus criminibus, & cōpetentem castigationem adhibebūt. sed eos, qui in maioribus delictis capiuntur, cōficiant in custodia, & ad prouinciæ moderatōrē transmittēt. Ita em̄ quæq; pro se ciuitas iudiciali cura fruet, & uniuersa gens sub maiore cōstituta iudice, maiore sentiet prouidentiam: & bona pars præfidalium curarū præscindetur, si ciuitatum defensores eas in se transponant, releuentq; curas præfidibus, quas pro populis gerunt, ipsi per partes uel ea, quæ per iniuriā admittuntur, componentes, uel disceptantibus dirimentes cōtrouersias, & (prout sæpe dictū est) per hoc eos, qui officijs præsidēt, honoratōres efficientes. Si qui etiā per indeuotionem circa publica tributa soluenda segniores existant: eorū exactiones, qui ita se indeuotos præbent, gentiū præfides demandent defensoribus, ut & in hoc ipsis auxilio sint. Caterum si qua defensoris ordinatio præter hæc facta sit, aut is, ad quē ex ordine defensoris creatio peruenit, prætextu dignitatis, uel militiae, uel priuilegij, uel alterius rei, eam sollicitudinē deprecetur: sciat ille quinq; se librarum auri pœnam subiturū, & nihilominus post eius pecuniæ in ciuitatis opera cessuræ exactionem, cogendum defensoris expedire sollicitudinem. Conuenit enim, ut honestiores quicq; ciuitatibus, quas incolunt, operam & ministeriū suum exhibeant, & hanc quodāmodo ipsis pro incolatu gratiā rependāt. Quæ igitur nobis placuerūt, & per hæc sacrā exprimūtur legē, ea studeat excellentia tua per prouincias, quibus præest, proprijs destinatis iussionibus, manifesta facere: ut omnes cognoscant, quod & maxima, & mediocria, & minima æque nobis curæ sint, nihilq; eius generis à sollicitudine nostra remoueamus. Assumet uero excellentia tua & hoc in partē tuarū iussionū, ut iam inde scilicet gentiū præfides operā dent, quo magis hi defensores nominentur (in circulū scilicet, ut dictū est) de quibus bona est in quacūq; ciuitate opinio: & ut decreta in cōmune fiant unā cū iusiurando ab ipsis præstando, neq; nō dictus circulus describatur, & ita singuli per bienniū ordine eā sollicitudinem obeant. Ac si quis ex istis intercidat, in demortui locū alius sufficiatur, semper quidem decreto cum iusiurando conficiendo. Ipso quoq; cum sollicitudinē suscepturus est, præfinitum iusiurandum subeunte: & creatione eius à dei amantissimo episcopo, & uenerabili clero, atq; alijs, qui bonam in ciuitate opinionē obtinent, perficienda. quod quidem & nunc cōtinuo fieri conuenit, omnibus (ut dictum est) secundū hanc nostrā generalē legem procedentibus. Præterea ut ij quoq; qui hoc etiam nū tempore defensores sunt, in circulum describantur: si eiusmodi uideantur, qui placere possint, & sollicitudinē usq; ad biennium cōtinuent. Quod si iam biennium in ea cura consumperint: à defensoris sollicitudine dimoueantur: nisi cōmuni ipsum decreto uelint in alterū

alterum quoque biennium in eodem detinere officio. Si uero nondum biennium expleuerunt, dignique uidentur, qui in societate circuli recipiantur: reliquum tempus compleat, ut tamen nemo ultra id ciuitatem defendat, sed ad hoc duxat tempus usque subsistat: nisi communis eum ciuitatis consensus nullo reclamante comprobet. quod si fit: altero quoque biennio eam sollicitudinem recipiet, & post id finitum omnino ea desistat: tunc demum rursus defensor futurus, cum ipse eum circulus in hunc reduxerit ordinem: ne perpetua eius sollicitudinis continuatione, & fraudulenta per singula biennia renouatione, aliquibus praedicta administratio usque in infinitum extendatur. His omnibus in omne aeuum obtinentibus, quandoquidem summo cum studio ea, & uigilantia, & domini dei erga nos beneuolentia adinuenimus, nostrisque subditis condonauimus.

VT CLERICI EX VNA ECCLESIA IN ALIAM
transferantur ad supplendum deficientium statutum
numetum. Constit. XVI.

Idem Imperator Anthemio sacratis. & beatiss. archiepiscopo Constantinopolitano, & uniuersi eius tractus patriarche.

Legem nuper de mensura ordinationum conscripsimus, quodque nec in sacrosancta maiore ecclesia, neque in alijs effusas eas esse conueniat. quam sane ratam manere, & pro uniuerso suo tenore firmitate obtinere etiam uolumus. Quoniam uero intendimus ordinationes in artum contrahere, indeque expensarum exsuperantiam ad mediocrem & tolerabilem quantitatem sacrosanctae maiori ecclesiae reducere, quo magis sumptuum illi multitudo minuatur: propterea per omnes undique uias operantes, tandem ad hanc etiam praesentem legem peruenimus, non quidem planè diuersam à priore, sed quae ex eodem profecta proposito, aliquanto amplius sacrosanctae maiori prodesse possit ecclesiae. Sancimus enim, si in una aliqua sacrosanctarum ecclesiarum, quarum administratio ne simul & expensas eadem sacrosancta maior ecclesia sustinet, presbyterum, aut diaconum, aut lectorem, aut cantorem mori contigerit: ne statim alius extrinsecus introducatur, sed prius beatitudo tua dispiciat, quam magnus adhuc uenerabilium clericorum sit numerus, qui illic ministrant. Ac si nondum quidem clericorum numerus diminutus est, sed quo ad numerum ab initio definitum & (ut uocant) statutum, quidam etiamnum superflui sunt: ne qua in eius locum instituat ordinarum, donec numerus sibi ipsi restituatur. Si uero multitudo ita diminuta est, ut in defuncti locum clericum introduci necesse sit, ne quid statuto desit: beatitudo tua dispiciat, an citra sacrosanctam maiorem ecclesiam eiusdem ordinis clericus in alijs ecclesijs inueniatur superfluius, & exinde in demortui locum alium subleget, non autem nouam ordinationem celebret. Eo enim pacto si id, cui deest, ex eo suppleatur, cui superfluius: bella quaedam neque deo ingrata conuenientia imponetur negotio, & sacrosancta maior ecclesia paulatim aere alieno liberabitur. Alioqui si id, cui deest, forensibus superinductionibus suppleatur, id uero, cui superfluius, non minuatur: longum & infinitum temporis spacium decurret, donec omne id, quod abundat, deminuat. Tua igitur beatitudo ea, quae decenter nobis propter sacrosanctarum ecclesiarum utilitatem placuerunt, effectui & fini tradere studeat. Et si quid haec contra fiat: scire necesse est eum, qui contra hanc nostram legem ordinationem suscipere ausus fuerit, quod nullam exinde utilitatem habebit: neque uenerabiles aeterni eam impensam, quae in hanc partem fit, in rationes sacrosanctae maioris ecclesiae referent, sed damnum inde emergens ipsi agnoscent, per semetipsos hunc socordiae suae fructum recipientes. Dat. Idibus Augusti. Constantinop. post consulatum Belisarij V. C.

PRAECEPTA PRAESIDVM. Constit. XVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Triboniano quaestori sacri nostri palatii, & ex consule.

Ex li

X libris antiquis, qui iura Romani nominis continebant, non ignorat tua sublimitas, quanta de mandatis principum legumlatorum in suo quoque uolumine conscripserunt. Quia igitur nobis reuerentibus omnem uetustatem iam deperditam ac deminutam, placuit etiam omnibus iudicibus nostris, qui minores uel medias administrationes gerunt, siue inter correctores, siue inter consulares, siue inter spectabiles ordinentur, non solum codicillos praestare, sed etiam mandata dare, quibus inspectis omnia gubernare laudabiliter possint: ideo librum mandatorum composuimus, qui subter per utraque linguam annexus est, ut detur administratoribus nostris secundum locorum qualitatem, in quibus Romana uel Graeca lingua frequentatur, scire eorum sanctionem, ut nihil ex his audeant praeterire, sed saluberrimas dispositiones nostras obseruantes in perpetuum, nostras prouincias nostrorum imperio subiectos gubernare festinent. Illustri igitur auctoritas tua, ad quam quaestoria pertinet censura, eadem mandata & in libris legum transcribere, & in sacro laterculo deponi praecipiat, quatenus ex his una cum codicillis suscipiendis administratores, quemadmodum possint reipublicae subuenire, non ignorent.

In nomine domini Iesu Christi dei nostri.

Imperator Caesar Flauius IVSTINIANVS Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, gloriosus, uictor, triumphator, omni tempore adorabilis Augustus.

QUAMVIS IN generali nostrae pietatis lege omnia iam diuulgata sunt, quibus in administratione instructos esse conueniat eos, qui officia suscipiunt, repetentes memoria iusiurandum, quod ob eam causam praestant: nihilominus tamen & tibi modo officium suscipiendi decencia suggerere necessarium putauimus, secundum quod a reipublicae parentibus adinuentum est, qui proficiscentibus ad officia certa dabant praecipua (mandata principis ea uocantes) quo ipsos modo prouinciam gubernare conueniret. Oportet igitur, ut qui pure & sine ulla datione pecuniae officium suscipis, puras deo & nobis ac legi manus conferues, nullum lucrum neque maius neque minus contingas, nullam captiosam & fraudulenter excogitatum contra subditos negociationem exerceas: sed his solis contentus, quae erogantur e publico, tam per te, quam per eos, qui circa te futuri sunt, ex omni parte incontaminatum illis ius conferues. Simulque operam des, ut primum quidem publica tributa uigilanter exigas, nihil circa fiscum prouidentiae intermittes: sed requiras, ne qua in parte fiscus detrimentum capiat, & suas illi res undique indices. quemadmodum enim priuatis hominibus iniuria oppressis succurrimus, ita fisci quoque inoffensum manere uolumus. Nam si collatores ab omni alia insultatione liberi conferuentur: facile illi quidem & expedite tributa persoluent. & si ea, quibus antea per furta ablati, tributorum in super debitores manebant, in tributarias rationes conferant: facile tributorum nomine debitis liberabuntur. Deinde conueniens est, ut prospicias, ne qua populares in ciuitatibus seditionem inter se moueant, sed undique per ciuitates pax ex eo uigeat, quia in hac etiam parte aequitate subditis nostris conferues, & neque lucri, neque alicuius affectionis causa in alterutram partem concedas. Tertio studio tibi sit, ut causas cum summa aequitate cognoscas, ac breuiore quidem, & maxime quae uilioris conditionis hominum sunt, sine scripto decidas & iudices, & mutua inter se homines contentione liberes: neque sinas illos ultra ea, quae sacra nostra constitutione comprehenduntur, iudicialium expensarum nomine aliquid damni accipere: si modo omnino ut aliquid dent, idonei sunt. alioqui gratis etiam causas cognoscas. Neque committes, ut eius prouinciae homines, cui praesides, per socordiam tuam ad hanc almam urbem accurrant, nobisque faceffant negocia. Scito namque, quia si quis ueniat, & aditionem nobis faciat, & a nobis interrogatus, si prius te adierit, deinde te dicat adiisse, & quod iustum est, non impetrasse, & hoc uerum inuenimus.

* haec alijs
inscribitur.
de officio
praesidis.

mus: in te indignationem conuertemus. Si quis uero, te non adito, accedere ad hanc regiam urbem præsumpserit: cum summa eum increpatione remitemus, neque responsum illi communicabimus.

Deinde conueniens est, ne eos, qui hinc coment, siue magisteriani sint, siue ex quoque alio iudicio, permittas subditos nostros superexigere. sed si quis te adeat, tali de re coque sum: persequaris & ipse hoc, & indemnitate illis recuperes. Sed neque si quis cuiuscumque fori iussiones præterdat (quales esse solent, quæ uel aquæductum, uel portuum, uel sternendorum itinere, uel pontium, uel imaginum, uel murorum, uel demoliendarum ædium quasi in loco publico exstructarum, uel quarumcumque talium rerum causa plerumque ex more prodeunt) damno eum subditos nostros afficere permittas. Neque enim uolumus, ut sub huiusmodi prætextu aliquid illis dispendium inducatur. Ipse quoque in omnibus his prouidebis, ne quid cum dispendio geras. Quod si quis quasi tale aliquid iussus ueniat: ne utiquam illi aduortas animum, nisi sacram nostram pragmaticam formam de his conscriptam ostenderit. quam tu quidem formam tamen si suscipies, nihil tamen ex ea ages, priusquam relatione ad nos facta, alteram de his præceptionem nostram accipias.

Sed & rerum uictui necessariorum copiam & ciuitatum operibus adhibe bis diligentiam: procuras, ut patres ex ciuilibus pecunijs opera (& maxime necessaria) reficiant, consimiliter & pontium, uiarum, portuum, in quibuscumque omnino locis prouinciae sunt, aut præsidum, murorum quoque curam habeas. In omnes denique res, in quibus aliqua uel fisci uel ciuitatum utilitas uersatur, consilia & actiones tuas reijces, de quibus his ad nos referes. Neque item committes, ut priuilegijs apud te utantur malefici: sed unum hoc illis ad salutem proficiat, si ab intentato crimine mundi & undique innoxij ostendant. Homicidia uero, & adulteria, & raptus uirginum, & aggressuras, & maleficia cum tanta uehementia persequeris, poenas delinquentibus secundum nostras leges inferens, ut paucorum supplicij omnes alios salues. Maxime autem omnium cohortales tuos in officio continebis, nullam illis potestatem faciens, ut subditos nostros deprædentur: neque cum subditi tuo uideantur imperio, re ipsa in tuam imperium habeant uoluntatem. Ad desessorem quoque, & si quis alius circa te uersatur, studebis bonum uirum assumere, undique innocentem, & qui salario publico contentus sit. Ac si præter spem eueniat, ut eum fidem tibi (sicut æquum est) non seruare depræhendas: hunc abiges, & altero uteris ad desessorem, qui & leges & ius incontaminatis tractet manibus.

Et talem prorsus te ipsum omnibus exhibebis publice & priuatim, ut delinquentibus & circa tributa soluenda indeuotis maximo sis terrori: mansuetissimus uero & mitissimus erga probos & deuotos, quibus paternam impertieris prouidentiam.

Sed neque fidem publicam, siue (ut uocant) securitatis promissiones passim omnibus & temere, aut in longiora tempora dari oportet, sed causa cognita, & ad modicum tempus, & quod triginta dierum interuallum non excedat: ne per hanc occasionem controuersarum, quas homines inter se habent, immortales fiant. Quod si eum, cui talis fide publicam dedisti, accusatorio aliquis animo aggrediatur: deduces ipsum in ius, datam illi fidem conseruans. factum quoque ipsum examina bis, salua per omnia fide publica. & si contra ipsum proferenda sit sententia: condemnabis eum, duorumque alterum ei propones, ut aut datam publicam fidei clare renunciare uelit, & iudicata facere: aut si id non uelit, ut sacris eum locis restituas, & moderate ac cum reuerentia, quæ sacris debetur locis, executionem adhibeas. Cæterum homicidis, & adulteris, & uirginum raptoribus, & omnibus talis delinquentibus ex sacris locis securitatem non seruabis, sed & inde

*Significat eos abstrahes, & supplicium illis irrogabis. neque enim his, qui ad hunc delinquit modum, sed qui timuerunt, ne ab improbiore talia paterentur, conuenit parcere: cum aliis, tum uero maxime, quia la, iumentorum sacrorum locorum immunitas a lege non iniuriantibus, sed affectis iniuria concessa est: neque fieri capitis iugo potest, ut uterque, tam qui iniuriam facit, quam qui patitur, ex æquo in sacrosanctorum locorum illigata, hic immunitate fiduciam collocent. Ipsas uero publicorum tributorum exactiones etiam in sacris aut ponuntur, & ipsi sacris, & uniuersæ denique reipublicæ utiles sunt & necessariae. Ferent autem quod iunctum tibi in hoc auxilium dei amantissimi ecclesiarum defensores & economi, nemine eorum, a quibus publica per prouinciam exiguntur tributa, exactioni subtrahentes: sed neque comedie exarare possunt, ut res fore, si quid tale perpetraverint, ut de suis facultatibus fisco satisfacere cogantur.

Compelles etiam publicos exactores, ut in apochis suis omnia expriment, quam obrem pellatio a eas reddant, nempe quantitatem Zygocephalorum, siue iugorum, siue iugalium, siue quo alio nomine ea pro loci uarietate appellentur, tum etiam pro quibus & qualibus ea prædij exigant, nec et alios, item quantitatem datorum, siue in speciebus existant, siue in auro: magna eis multam minitans,

ras, præterea etiam manus abscissionem, si quod semper in mandatis habuerunt, nunquam uero obseruarunt, in posterum non omnibus conferent modis. Quod si (ut est probabile) excusationem inueniant, dicentes impossibile esse, ut iugorum quantitatem inferant: tamen si maliciose illos & dolose admodum in hoc agere arbitramur, nihilominus tamen nullum exinde damnum uel fiscus uel collatores sentiant. Nam & fiscus absque præiudicio, quæcumque sua sunt, percipiet: & qui ea soluunt, auferent ex more fieri solitas de recepto confessiones, nullo alio ulterius ab eis exigendo. Atque ut amplius aliquid conentur exigere, non tamen ea res impedimento erit, quo minus contributio solito ab eis more soluat, inferaturque ærario. de prioribus certe functionibus certiores reddat gloriosis. nostros præfectos: ipsis etiam censualibus exacte uetera (ut appellant) regesta proferre cogendis, quo magis inde rei controuersia discipetur. Eoque modo, solutis interim secundum consuetudinem tributis, & absque querela in ærarium illatis: quidquid gloriosis. nostri præfecti inter dissidentes (quantum ad rem controuersam) pronunciauerint, hoc obtineat: necessitate habentibus exactoribus, postquam in ea questione ueritas innotuit, ut & ibi Zygocephalorum, aliorumque omnium quantitatem, prout a nobis iam constitutum est, de recepto confessionibus inferant. Non permittes autem neque decurionibus, neque censualibus, cum uenditiones prædiorum, aut alioqui rerum communium diuisiones celebrantur, & in alias personas transferuntur possessiones: ut perueritate aliqua utantur, & prædicia a uenditoribus ad emptores transferre recitent: sed coges eos omni modo possessiones transferre, & hoc sine dispendio.

Quod si dixerint minus esse emptores idoneos, & ideo ius possessionis se non transcribere: examina bis hoc absque ullo dispendio. & siquidem idonei sint emptores: adiges tributis exigendis præpositos, ut omnibus modis & sine ullo dispendio possessionem transferant. Si autem reuera ipsos non admodum idoneos deprehendas: coges ipsos uenditores, ut hoc ipsum apud acta profiteantur, ut suo periculo in eos, quibus uendiderunt, publicorum tributorum fiat translatio: id, quod inter plerasque Orientis gentes factum scimus. Ita enim neque fiscus oblatetur, & publica tributa a possessoribus inferentur, ut non alij quidem possessores, alij uero sint collatores. maxime enim conuenit, ut contributiones ad possessores referantur, non autem ad eos, qui ipsa prædicia neque detinent, neque possident. Illud etiam scire te uolumus, quod si quando ad alia te loca proficisci iubemus: conueniat, ut contentus ijs, quæ largiuntur ex publico, non gratis sumptus facias, neque subditos nostros atteras: sed ex quibus in prouincia tua constitutus sumptus faceres, ex ijs etiam ad aliam proficiscens loca facias. neque collatores angarijs atteras, uel tu, uel obsecundans tibi cohors: sed proprijs iumentis, proprio ite sumptu profectioem conficiatis. Eodem hoc obseruando, & si prouinciae tuæ termini nos non excedas, sed necessaria aliqua de causa prouinciae tuæ ciuitates plures. Siquidem ne præfides per ciuitates prouinciae, quam regunt, quos uocare solent uicarios, constituant: etsi spectabiles, aut clarissimi, aut correctores sint: omnibus prohibemus modis. Sed neque si milites te sequantur: permittes, ut gratis & aliter sumptum faciant, quam de suis annonis. Quod si non egerint, sed ex collatorum sportulis sumptum fecerint, & angarias perceperint: quidquid damni subditis per illos irrogatum est, id omne ex ipsorum annonis exactum, tuo periculo conseruabis ijs, qui damnum senserunt.

Enimuero neque per causam religionum, & inquisitionis hæreseon alicui prouinciam deprædari, aut alioqui eius generis iussionem per prouinciam, cui præsidet, tractari sinas. Quin potius prouidebis, prout dignitas & utilitas reipublicæ postulat, ut & talia peruestiges, neque aliquid occasione religionum contra nostras iussiones admitti patiaris. Si uero canonicum sit, quod queritur: unum cum metropolitanis prouinciae hoc disponas & de ueris, siue ipse dubitet, siue alij quidam: desque cause deo amabilem & docilem terminum, qui decenter & orthodoxam custodiat fidem, & indemnitate proaret fiscalibus, & nostros subiectos seruet inuictos. Oportet autem omnino & huius te rei prouidentiam gerere, ut si quis poena dignus esse uideatur, ne sumpto de illo supplicio, bona eius attingas, sed ad progeniem eius, & legem, legeque introductum ordinem deferri ea patiaris. nam non bona, sed bonorum possessores delinquit. Sed qui eum ordinem subuertit, illi poena quidem dignos dimittunt, bonaque eorum auferunt: alios uero, quos ad illorum forte successionem lex uocabat, in illorum locum obijciunt supplicio. Iniusta quoque patrocina, quæ passim per nostras fieri prouincias discimus, omni animaduersionis genere persequere: nemini facta copia, ut aliorum uitas pacta mercede subuertat, ut nullo iure ad se pertinentia prædicia sibi uindictet, ut patrociniū ad aliorum læsionem profiteatur, ut in fraudem fisci uires suas opponat. neque tibi cura sit, cuius cuius freti dominio hæc perpetrent. sufficere enim per omnia tibi ad absolutam potentiam legis uigor & imperatoriae maiestatis fauor. Sed & eos, qui alienos ad se colonos recipiunt, male oderis, compellesque euestigio mala fide susceptos restituere: ita quidem, ut li pro-

lixo admodum tempore inobedientes permaneant: illorum praedij omnino depauperationem, quae exinde in prouincia existit, imponas. Quod si in alijs prouincijs coloni consistere dicantur: publicis litteris uteris ad illarum prouinciarum moderatores, ut hi ipsi fugitui coloni, uel confessi, uel depraehensi, dominis restituantur, reducanturque in prouincia, cui praesides: & hi, qui dicto non obtemperat, uehementius tententur depauperatorum adiectione. Conueniens enim est, ut qui talibus rebus deditus est, quidquid exinde absurditatis aut detrimenti aliorum rebus accedit, id ipse in suis facultatibus experiatur: quo magis inferiore fortuna factus intelligat, quanti constet, alijs iniuria & male facere. Atque hoc ages, siue ipsi per prouinciam praedia possideant, siue praediorum ad alios pertinentium procurationem gerant. Nam & eos, qui ipsi possident, ea tantum tenere oportet, quae lex eis tribuit: & eos, qui aliena procurant, his se tantum praepositos putare, quae per locationem sibi, aut alio modo legitimo tradita sunt: alienis uero abstinere, neque dum alijs procurant, alios offendere, & impiu sibi exinde lucrum acquirere. His etiam, qui tabulas alienis praedij, aut officinis in urbibus affigere, suamque noia inferri bere ausi fuerint, usque adeo id factum periculosum constitues, ut cognoscant, quod qui talia peperant, suam ipsorum substantiam fisco adsignent. Si quis enim, quae soli maiestati imperatoriae & fisco conceduntur, conetur subripere: is in suis primis rebus periculum sentiat, impositisque rebus illius publicis titulis, statuatur alijs in exemplum continentiae, qui quidem si eodem improbitatis genere impliciti fuerint, consimilibus & ipsi poenas erunt obnoxij. Haec igitur omnia obseruabis, nostri erga te propositi ac sententiae conscius, qualis futura sit, si quid delinquas: qualis ite, si probe te gesseris, & per omnia leges mandataque nostra secutus fueris.

Simul ac uero prouincia ingressus fueris: conuocatis omnibus in metropoli constitutis, nempe deo amabili episcopo, & uenerabili clero, ac nobilioribus ciuitatis, sacra haec nostra mandata apud aeternum monumenta insinuabis, neque non eorum exemplum publice propones non tantum in metropoli, sed etiam in alias prouinciae ciuitates ea per cohortales tuos (absque tamē dispendio) mittens: ut omnes cognoscant, quibus conditionibus magistratum susceperis, respiciantque, si haec obserues, & nostro dignum te ostendas iudicio. Haec si obserues: efficiet, ut hic apud te magistratus in longiora tempora & maiore cum laude resideat. Praeter caetera uero neque armis nequam uti permittes, qui de numero militum non sit. Haec deo te, & legibus, & nobis charum constituent. Sed & si quis eorum, qui aliquando in ampla hac urbe publicos tumultus concitarunt, uel solus, uel cum alijs fugere, uersarique in ea prouincia, cui praesides, conetur: reuocabis & illud ad sollicitudinem tuam, ut hunc ipsum peruestiges: quae in ea causa incidunt, summa cum diligentia examines: in loco ipsum tuto constituas: de eo huc renuncies, an ex illis sit personis, quae tam diu quaesita fuerunt: & ad aliam hanc urbem deducas, ut eas poenas sustineat, quas lex in talibus inferri praecipit.

VT SI PLURES FILII NON SINT, QVA'M QUATUOR, legitima portio censeatur triens: si ultra quatuor, semis. Et ut naturales liberi, nulla existente prole legitima, una cum matre ab intestato sextantem accipiant. Et ut collatio tam ex testamento, quam ab intestato competat, nisi expressis uerbis testator id prohibeat. Et de diuisione bonorum in liberos facta a parentibus, & de eo, qui proprium chirographum inficiatur, decique alijs capitulis. Constit. XVIII.

Imp. IVSTINIANVS Ioanni gloriosissimo, praefecto sacrorum per Orientem praetorium, iterum ex consule & patricio.



Ameti multa iam in ampla hac & praecclare (ut ita quis dicat) a deo constituta Romanorum scilicet republica de testamentis summo cum studio elaborata sunt, omnesque legum codices talibus pleni existunt, neque ista ueteres tantum consulti, aut pientissimi principum maiestas descripserunt, sed etiam a nobis non minus, quam a decessoribus nostris, multae ea de re sanctiones promulgatae sunt: semper tamen in animo cogitantes de deo, quo magis & eiusmodi esse uideamur, qui ei placere debeamus, & dignum collatis eius in nos beneficijs specimen edamus: usque conamur adinuenire aliquid, quod & naturae consentaneum sit, & priora ad meliorem statum reducat.

Ac saepe numero

numero aliam admirationem nos tenuit, quare definierint, ut legitimis & gratis liberis, a quibus gratiam obtinent parentes, si id relinquatur, quod modo etiam debitum uocant, necessario quadrans tantum relinqueretur, quod uero superest, in parentum positum esset arbitrio: & cognati quidem ac extranei, & cum libertate serui omnia perciperent, liberi uero etsi multi existant, etsi in nullo parentes offenderint, pudore suffunderentur: & solum diuiderent quadrantem, etsi decem forte aut plures sint, pauperesque essent praediuitis, quoad uixit, patris filij. Tandem ista nos mouerunt, ut & legem corrigeremus, & ne semper eam cum pudore intueremur, tali rem modo determinarem. Ut siquidem unum, duosue, aut tres, aut quatuor filios pater matrem habeat: non quadrantem illis solum relinquat, sed tertiam totius substantiae partem, hoc est quatuor uncias, quae mensura usque ad praedictum numerum determinata sit. Si uero ultra quatuor filios habeat: dimidiam totius substantiae partem eis relinquat, hoc est semissem: ut omnino quod debetur, siue triens forte, siue semis sit, ex aequo diuidatur in singulos, neque sub iniusta rerum circumstantia (potest enim fieri, ut inde contra alios oriatur iniuria, his quidem meliora, illis uero deteriora percipiuntur) sed per omnia id, quod cuique eo nomine competat, aequale sit, tam qualitate, quam quantitate, siue quis id ipsum per modum institutionis, siue (de quo idem licet dicere) per occasionem legati seu fideicommissi reliquerit. Integrum enim erit illi de reliquo esse aut semisse, quae adhuc habet, quoad usque uelit, liberalem esse, siue in liberos suos, siue etiam in aliquos extraneos: & natura prius, quo decet modo, curata, tum demum ad liberalitatem in extraneos exercendam deuenire. Hoc eodem obrinente in omnibus omnino personis, quibus olim quadrantem nomine de inofficioso querela legibus attributa fuit. Excipiantur autem nobis lex, quam nuper de decurionibus tulimus, quae decurionum filijs, aut quae decurionibus nupserunt, filiabus omnino uult quadrantem dari, reliquo quadrante suo arbitrato a parente disponendo. Omnibus alijs legibus de inofficioso querela positae, & maxime nostris, in suo robore conseruandis, tam de ingratu liberis, quam de his, qui tales non sunt: sola dempra quantitate legitimae, quam in praesenti secundum omnes propositos terminos adauximus.

PROHIBEMVS autem & onerosum illud, quod tamen ex lege uelamentum habet, tum in intolerabilem incidit crudelitatem & amarulentiam. Nouimus enim quaedam testamenta, in quibus defuncti non patrem, neque ut uiros decuit, sed nimis molliter & dissolute haeredes instituerunt. Siquidem uxoris omnem bonorum suorum usum fructum, filijs nudam proprietatem reliquerunt. Quapropter arbitramur huiusmodi testamenti eam esse uoluntatem & intentionem, ut filijs forte fame pereuntibus, uxor quoque proprietatem praeriperet. Unde enim medio exhibeantur tempore, & quotidianum habeant uictum, si ex iure, quod uxori (forte etiam absque ratione) relicta est, nihil illis accedat: aut quis eorum exhibitionem in singulos usque dies suscipiat?

Non licebit igitur de caetero ulli omnino, qui liberos habet, tale quid facere: sed omnino legitimae portionis, quam modo designauimus, usum fructum cum proprietate relinquat: si filiorum, qui non statim fame moriantur, sed habeant, unde uiuant, pater appellari uelit. Atque haec omnia dicimus non tantum de patre, sed & de matre, & auo, & proauo, & quae cuique adiunguntur personae foeminae, nepe auia, & proauia, siue paterni, siue materni sint. NEQUE VELLO quidem de caetero in nepotibus aut pronepotibus, qui sui & iure potestatis testatori subiecti non sunt, obseruando: ut minus habeant triente, quae illorum parentibus, si superfuissent, relinquere testatores oportebat. Neque enim amplius excipimus nepotes ex filio, qui per patrem auo adgnoscuntur: ut illi quidem integram eam partem accipiant, quam superstes eorum pater accepisset: hi uero nepotes, qui per matrem filiam ab auo, aut ab auia uel paterna uel materna descendunt, minus triente accipiant: sed unum eundemque ordinem in omnibus nepotibus & pronepotibus constituimus, non reputantes in hoc casu foeminam masculo deteriore. Neque enim masculus ipse per se, neque foemina sola ad procreationem liberorum sufficit: sed quemadmodum utriusque deus ad generationis ministerium coniunxit, ita & nos eandem utriusque aequalitatem conseruemus.

Sed neque hac tantum fini legem statuimus. eadem enim dicimus in illis quoque filijs, qui ex legitimis procreati sunt nuptijs, tamen si dotes nuptias consecutae non sunt, sed sola inter contrahentes indubitata & manifesta intercessit affectio, quae filijs dedit, ut ius suorum obtineant. nam dotem quidem ad effectum deducunt nuptiae, nuptias uero constituunt non dotes, sed mutua cohabitantiu affectio. Eadem haec obtineant etiam in ijs, qui constituta postmodum dote, ex posteriore affectione secundum nostras constitutiones nati sunt legitimi. Et ita se habeat lex in prole legitima. CONSIDEREMVS autem aliquid ad solam naturam clemens. multi namque molesti sunt nobis semper, praecisusque crebrae, et stultes filij, et semper equidem clemens aliquid desinimus. Sed quia, cum hoc non

lege agimus, erubescimus: ideoque cause etiam adijciuntur legem, ipsi quidem populos renouebimus, dabimus autem omnibus habere ex lege remedium. Quia enim testari naturalium filiorum patribus etiam ipsis dedimus, legitima quidem existente prole, usque ad unam solam unciam, quam habebunt una cum matre, hoc quod etiam prius fuit: filijs autem non existentibus legitimis, et usque ad medietatem totius substantie: hoc dicunt a nobis positae leges, non in testamentis solum patribus concedentes hoc agere, sed etiam alijs munificentijs, quas et superstitibus donant: praesens autem lex de his, quae ab intestato sunt, loquitur, et noui aliquid introducit. Nunc enim si quis moriens legitima sibi penitus sobole non existente (filiorum dicimus, aut nepotum, aut ceterae successione) neque uxore legitima, proinde de eadem non disposita substantia, et ueniat cognatio forsan, aut arte manumissor, bonorum possessionem petens et insurgens, aut etiam nostrum erarium (nec enim illi, quantum ad hoc, parcimus) sit autem ei domi, donec uiuit, libera mulier, in habitu concubinae cum eo degens, et filij ex ea (talibus enim solis haec sancimus, ubi omnino indubitata siue concubinae in domo relictio, siue naturalium ibidem proles, et nutrimentum) damus eis, et intestato parentibus morientibus duas habere uncias patris substantiae cum matre partiendas, quotamque filij fuerint, ut pro portione unius filij et mater accipiat. Et haec dicimus, si uni concubinae cohabitauerit, et filios ex ea habuerit, aut praedixente concubina (morte forsan, aut diuisione) filij domi sint, tunc enim damus eis ab intestato duarum uncias successione. Si autem ita effuse concupiscentiae sit, ut et alias introducat priori concubinas, et multitudinem habeat concubinarum fornicantium (sic enim dicere melius est) et ex eis filios faciens moriatur, multas simul relinquens concubinas: odibilis quidem nobis talis est, procul autem omnibus modis ab hac lege expellatur. Sicut enim quis legitime uxori coniunctus, alias superinducere non poterit matrimonio consistente, et ex eis legitime filios procreare: sic neque post cognitam (quemadmodum diximus) concubinam, et ex illa filios dabimus, si aliud opus libidinis egerit, etiam hoc ad successione eius introduci, si mortuus fuerit intestatus. Nam si hoc non confirmamus: indiscretae erunt mulieres, quae magis aut quam minus amauerit, indiscreti etiam filij: et nos non praebemus luxuriantibus, sed castis uiuentibus legem. Non autem distinguimus de filijs, siue masculi, siue foeminae sint, si aut enim natura nihil circa hoc arte ratiocinatur, ita nec nos aliter in masculis, et aliter in foeminis secundum hoc ponimus legem. ualebit itaque haec lex nobis in futuris, et maxime omnium haec: quoniam carum, quae dudum non recte tenebant, plurima et emendauit et explanauit: et quod praeterijt, non potest ei, quae nondum erat, regule subiici. Haec a nobis de praedictis successione sunt sancita. **ILLUD QVOQUE** hac complecti lege pulchrum duximus. Volentibus etenim prioribus legibus, cum de collationibus loquuntur, ut si parentes absque testamento moriantur, pro earum tenore collationes fiant: si cum testamento, nulla tamen earum mentione facta, ut collationibus locus non sit, sed tam res dotis nomine uel alio modo data retineatur, quam etiam testamento relicta uindictent: nos sancimus, ne omnino talis aliqua sit praesumptio, sed siue quis intestatus, siue testato moriatur (quandoquidem incertum est, ob litus ne datorum, an mortis perturbatione pressus, ea de re mentionem non fecerit) omnino celebrentur collationes, et secundum quod iam constitutum est, exinde nata colatur aequabilitas: nisi ipse admonuerit nolle se, ut collationes fiant, sed ut is, qui lege adigere ad collationem, habeat simul et quod iam datum est, et iure ex testamento delato utendi potestate. omnibus, quae ante a nobis de collationibus sancita sunt, in suo robore manentibus. **ET QVOD** saepenumero nobis iudicantibus placuit, id nostro nunc more in parte praesentis legis assumere, penes necessarium fuerit. Plerique enim pluri filiorum parentes constituti, dum uidentur bona diuidere, ut euestigio fraterna illos contentione liberent, in maiores insuper, et difficiliore eos controuersias inducunt. Nam cum eos omnia oportuerit expresse in suis diuidere testamentis, siquidem hoc essent animo: aut si minus, saltem portiones codicillis facere, ipsisque subscribere, et ita ab omni remota controuersia diuisionem suis tradere filijs: ipsi hoc facere negligunt, et tamen et si partem ipsi per se conscribunt, eamque nec continuat, sed alicuius forte alterius literis inter scriptam, et in schedula aliqua reiecticia neque ulla custodia digna reposita: reliqua tamen pars amplius illorum praese manu non fert, sed amanuensis alicuius forte corrupti, aut etiam cuiuscumque: indeque litium illis plus mille occasiones, utrum uoluntate haec patris coepta sint, an uero alicuius sint, qui contentiones et controuersias subdole ciere studuerit, quiue in gratiam alicuius partium scripserit. Haec nos de cetero subditos nostros inquietare nolentes: sancimus, si quis bona sua inter liberos uelit uel omnia diuidere, uel quaedam etiam quasi exempta relinquere: ut ea praecipue (modo si fieri possit) in testamento dicat, et inde filijs extra controuersiam positam utilitatem praebet. Si uero propter aliquas necessitates, quales multae homines circumfistunt, testamentum non faciat: nihilominus ei bonorum, quae diuidi uult, diuisiones licebit in codicillis conscribere, et omnibus subscribere, uel procurare, ut omnes filij subscribant, inter quos bona diuidit, exindeque negotio irrefragabile fidem addere. Et quod isto modo ac forma factum fuerit: id ratum ac firmum sit, neque alia cautione indigeat. Quod si minus agat, sed tantum rudem quandam in charta designationem faciat, neque ulla ex parte co-

haerentem

*Eadem haec leguntur in fra. cost. 89.

haerentem, et plerumque omni destituta testimonio: sciat nullam se filijs ea re utilitatem allaturum, et perinde quasi nihil factum sit, filios patrimonium diuisuros, obscurarum illarum et magna ex parte testibus carentium scripturarum nulla ratione habita: neque his, qui eam controuersiam disceptant, quos leges familiae eriscunda arbitros uocare solent, cogendis, ut istas sequantur. Oportet enim filiorum securitati ad plenum prospicere, non cum partem ad securitatem redegerint, partem erroribus implicita relinquere, quae difficilioribus adhuc et insolubilibus, et nunquam ad magnitudinem criminum surgentibus controuersijs materiam praebitura sit.

Hucusque igitur de successione simul et collationibus, et alijs praedictis casibus sancitum sit. **STVDIVM VERO**, quo plerique ad improbitatem feruntur, necessitate nobis impositum, ut uetus plebiscitum, quod Aquilius olim tribunus plebis rogauit, a quo etiam nomen accepit, quod ex inficiatione dupli exactionibus subiicit eos, qui maligne agere et inficiari pertentat, denuo amplectamur: quandoquidem cum et aliae quaedam actiones ad eundem aptatae sint ordinem, nihilominus uel paulum sese ostentans humanitas clam malorum hominum enutrit improbitatem, ea propter necessarium nobis uisum est, indecentes illas et inhonestas inficiationes dicta multare poena. Si quis enim proferat alicuius syngrapham, quam ille inficiet, et hoc habentem ipsius literas, ut in ea comprobanda magnis negocijs actor implicari cogatur: aut cum lite ras agnoscat, neget tamen res sibi alienum esse solutum, actorque legitimis id modis comprobet: sancimus, ut condemnatio in utroque casu aduersus ipsum procedat in duplum: non quod acerbis delectemur legibus, sed ut lites ea re ad minorem numerum redigamus, et metu poenae citius aiant, quod cofiteri conueniens est. Prorsus igitur in talibus condemnatione hoc modo procedere uolumus. et si iudex haec contra quid faciat: nouerit, quod si legem transgrediat, ipse ijs tenebitur poenis, quae lege comprehensae sunt. Haec autem dicimus, si non actor, probationibus abrenunciatis, rei sacramento inficiationem purgari uelit. Nam si tale quid egerit: siquidem statim initio post inficiationem iurandum deferat, et ille statim confiteatur, quod prius inficiatus erat: impune erit, quantum ad duplum. Si uero in longum protracta lite, denuo actor iurandum deferat, et ille tandem id, cuius causa deferebatur, confessus fuerit: quamuis dupli eum poena eximimus, omnes tamen expensas, quas ad illum usque diem in proferendis probationibus iurando in lite actor se fecisse enumerauerit, iubemus eum exsoluere, qui cum initio inficiatus sit, postea confiteatur.

Præterea si quis cum negasset pecuniam sibi numeratam esse, post deinde in defensionem sui utatur solutionibus a se factis: ne illi aliqua reuera soluta utilitatem adferat, sancimus, quin potius iubemus, ut integra ab eo fors denuo exigatur, eamque solam inficiationis poenam sustineat, id quod etiam quidam ex nostris decessoribus constituit: nullo iudice ne in hoc quidem casu aliquid a recto declinante, sed per omnia exquisita legis uoluntate perficiere. Sed et si reus protulerit literas actoris, deinde actor eas inficiet, ille comprobet: non solum illud reputetur, cuius causa inficias iuit, sed etiam alterum tantum insuper soluat. Cōsimiliter autem et in hoc casu dandi ab actore iurandi ratio introducitur. Si uero causa agitur per curatores, ut puta ad eos pertinens personas, quae curatores indigent: eiusmodi inficiationum poenae, cum de proprijs curatorum literis instituta fuerint, non contra eos, qui sub illorum cura sunt, sed contra ipsos, qui tam inhoneste, tamque indecenter inficiationem facere non dubitarunt, inferantur. Si quod uero aliud in condemnatione augmentum uel dupli, uel tripli, uel quadrupli, ab antiquis legibus uel imperialibus introductum est constitutionibus: maneat et illud quidem in propria forma, quaedam modum id nos in nostris Institutionibus simul et Digestis, neque non constitutionum Codice sanciuimus. quod uero in praesentia decernimus, hoc additamēti loco sit prioribus. **ENIM VERO** et illud, quod crebro in iudicijs dissensionem habuit, speciosius, quam omnes maiores nostri, in membra digerendum esse, redigendumque in ordinem putauimus. Si quis enim rerum alterius detentator in rem actione conuentus, neget res eius esse, quo de actor dicat: is uero, qui actionem instituit, ut ostendat res illius esse, cogatur uel instrumentis, uel testibus, uel alijs uti laboribus: post deinde qui usque ad id temporis semper res illius non fuisse iuerat inficias, uti uelit aliquo exinde iure, dicatque ratione hypothecarum aliarumue causarum, quae originem suam ad illius personam referent, potiore se esse eo, qui litem moueat: omnes quidem aliae sententiae, quae maioribus nostris placuerunt, uacent, inficiantibus autem mediocri quaedam et humana neque ab ipsius rei scopo aberrans poena inferat. Pro eo enim, quod inficias ierit, proque actoris laboribus, etiam dum lis apud iudicem agitur, rerum, quibus de quaestio mota est, possessio ad actorem transferatur: licentiam habere eo, qui hanc restituit, ut si quae ex illa persona, pro qua prius inficiatus

inficiatus

infiatus fuerat, intra ad se pertinentia habeat, ea proponat, & legis ac iuris beneficiū obtineat: poena in sola translatione possessionis consistente. Hac de successione, & collationibus, & bonorū diuisionibus, & litigantium securitate, deq; eo, ut litium multitudinem minueremus, à nobis inuenta sunt & sancita, omnique reliquo obtinebūt tempore, quo magis & successione rationē teneant, & collationes nō ignorent, neq; circa bonorum diuisiones dissideant, neq; temere ad scripturarū suarum inficiationes profiliant improbitatis cupidi, neq; numeratā pecuniam abnegent, cum postea solutione facta usuri sint, neq; res negēt earū esse personarū, ex quibus ad se peruenit detētio: sed moderationis, simul & æqui boni, ac ueritatis amatores se perhibētes, moderato itē potiātur iuris effectu. **PORRO AVTEM** quod imprōbe à plerisque de certis nostris dubitatum est constitutionibus, perq; multas agitarum lites, cum iustum sit, ne amplius in quæstione deuocef, præsentī legi annectimus. Ex quo em̄ nos cōstituimus, ut si quis cū humaniter ad mulierē adiecisset oculos, eaq; sine dotalibus instrumentis in domesticā cōsuetudinē assumpta, filios inde suscipisset, postea ad maritalem se affectionem effundens, eiusmodi instrumenta conscripserit, generassetq; filios, non solum post ea, sed etiā ante ea nati filij liberi existerent: & propter uehementē cauillantium & maligne interpretantiū uersutiam aliam quoq; constitutionem descripsimus, q̄ ea ipsa uelimus obtinere, & si alteri post dotalia instrumenta filij nati non sint, aut nati mortē obierint: quidam etiā alia nullam recipientia controuersiam inuenerūt, nempe eadem hæc obtinere & in ijs, qui libertabus cohabitent: quanquam si recte oculos in nostrum intendissent scopum, deprehendissent utiq; iam etiā hoc legibus expressum esse. si enim cum libertabus nuptiæ in uniuersum prohibitiæ non sunt: iā ante erat manifestum, quod & in illis hæc obtinere uoluerimus. Veruntamen (quoniam omnino ea res in dubitationem peruenit) sancimus, si quis cum legitimam uxorem non haberet, bene erga ancillam suam affectus, ex ea in seruitute constituta filios susceperit, posteaq; ancillam cum filiis libertate donauerit, neq; non aureorum anulorum & restitutorū natalium ius eis impetrauerit, & nuptias conscriptis dotalibus instrumentis confirmauerit, & post ea nascantur filij, aut etiā non nascantur (ut utrunq; constitutionis nostræ casum complectamur: sit & uxor legitima, & filij in potestate, ac sui, & parenti ab intestato hæredes. loquimur autem de ijs, qui ante dotalia instrumenta nati sunt: ijs obseruationibus, quibus ad ingenuitatē prædicto modo perueniunt, & deinde dotalium instrumentorū confectio ius legitimorum filiorum illis præbente. Quæ igitur præclare nobis & religiose placuerunt, utq; minus negociorum subditi nostri haberent, inuenta sunt: ea per omnes gentes, quibus præest, proprijs iussionibus excellentia tua manifesta faciat: quomagis cognoscant, quod ex omnibus, per quas quotidie deus aliquid nostris apponit sceptris, nulla tam magna cura sit, quæ nos auocet, ne de ipsorum cōmodis sollicitudinem & prouidentiam geramus. *Dat. Kal. Maij. Constantinop. post consulatū Belisarij V. C.*

DE FILIIS ANTE DOTALIA INSTRUMENTA
natis. Constit. XIX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsule & patricio.

Peruenit ad nos, ineptam plerisque dubitationē incidisse, nempe an ea, quæ à nobis de filiis ante dotalium instrumentorū confectio natis, dotalibus postmodum instrumentis compositis, sancita sunt, pertineant etiā retro ad eas quæ stiones, quæ nondū uel iudicis sententia uel transactione decisæ sunt: & quidē nobis, cum per partes leges ferremus, in prima cōstitutione, quæ de his lata est, expresse memorantibus, ut siue superessent illis patres, siue mortui essent, nondum tamen id quæstionum genus uel iudicis sententia uel transactione finem accepisset, omnino ita iudicaretur, quemadmodum lex nostra præcipit. quam deinde supplementes, alteram quoq; legem tulimus, eadem obtinere sancientes, ut & si post dotalia instrumenta filij non nascantur, aut nati moriantur, nihilominus tamen & hi, qui ante dotalia instrumenta nati sunt, habeantur legitimi. consimiliterq; in hac nostra secunda cōstitutione apposuimus, ut ea legislatio etiā ad præterita referatur tempora: exceptis illis speciebus, quas aut iudicialis sententia aut trans

transactio composuit. Ex quo uero post hæc nostras leges tam claras temerariō quidā consilio maliciose nostram interpretari sanctionem præsumperunt: coacti sumus & tertiā cōstitutionē describere, per quam iussimus, ut tametsi is, qui legitimā habuit uxorem, & ex ea libero, deinde ea mortua, aut matrimonio per diuortium soluto, ex aliqua filios suscipiat, qui cum nuptiæ interdictæ nō sunt, postq; natos filios dotalia in ipsam instrumenta componat: nihilominus & hi, qui ad eū illi modū procreant filij, legitimi existāt. In qua nostra cōstitutione ne quoniam expressis uerbis non adiecimus, ut de talibus lata sanctio æque & in illis obtineat, quorum patres adhuc supersint, aut si mortui sunt, contentiones nondum uel iudicialia sententia uel amicorum interuentu sopitæ sint: inde quidam in eam uenerunt opinionem, ut putarent nolle nos ea, quæ memoratis comprehenduntur sanctionibus de his, qui ante dotalium instrumentorū confectio nati sunt filij, ualere itē in illis, qui ante hanc sanctionem iam essent in lucē editi: præsertim cum ea pars, quæ hoc concernit, in prima & secunda cōstitutione posita, à nobis in Codicis cōpositione detracta fuerit. Quod per q̄ absurde ratiocinati sunt. optimo enim iure id & de prima secundaq; cōstitutione detraximus, & ad tertiā nō apposuimus. Si quidē em̄ per partes descripsissemus sanctiones: necessariū fuisset forte asumere tale aliquid, quod retro ad ea, quæ legem præcessissent, respiceret. cū uero in Codice nostro nomine præfulgentem omnes ad unam leges coaceruarentur: merito id genus claufulas detrahi præcepimus, ne in libris superflua describeretur multitudo. In tertia uero cōstitutione propterea de temporibus nihil adiecimus, quod omnibus manifestum sit, ea, quæ per interpretationem apponuntur, in illis obtinere debere, in quibus etiam interpretatis legibus locus sit. Quia tamen omnino existerunt quidam, qui in re tam manifesta uel ambigere conentur, uel errent: adijcimus & hanc legem, sancientes, ut relata à nobis in tribus prædictis cōstitutionibus sanctio in iisdē ualeat, quæ in prima à nobis lata cōstitutione expressis uerbis adscripsimus: hoc est ut siue superesse taliū filiorum patres, siue mortē obijisse, nondum tamen controuersa in hac specie uel sentētia, uel transactione finem accipere contingat, secundum hoc sub leges à nobis positas deducantur: exceptis illis speciebus, quæ ante, quæ hæc leges à nobis ferrentur, iudicium sententia, aut transactione decisæ sunt. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimuntur legem, ea studeat excellentia tua omnibus manifesta facere. *Dat. X. V. Kal. Augusti. Constantinop. post consulatū Belisarij V. C.*

DE OFFICIIS, QUÆ MINISTRANT IN SACRIS
appellationibus. Constit. XX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacrorum prætoriorum præfecto, iterum exconsule & patricio.

Quamuis iam sacram de appellationibus legē tulimus, quæ differit, quem in eis modum obseruari, item unde & ad quos appellationes deferri conueniat, quā etiam ad excellentiam tuā simul & gloriosiss. nostrum quæstorem emisimus: magna tamen inter officia, quæ illis ministrant, postea oborta est cōtrouersia: his quidem, qui in sacro epistolarum scrinio consistunt, in spectabilium Vicariorum causis ministeriū sibi uindictantibus: illis uero, qui throno excellentiæ tuæ seruiunt, si gnificantibus maxima se affici iniuria, si mutata specie, non item soli appellationibus, quæ à clariss. prouinciarum præsidibus ad tuum solūmodo forum deuoluuntur, ministrent, quem admodū prius in more fuit, cum & ipse in sacro cognoscebas auditorio, & cohors tua apparebat. Ac propter ipsam spectabiliū speciē in habitu sacri auditorij mota cōtrouersia, excellentiæ præterea tuæ in cognitione adiuncto etiā gloriosiss. quæstore, & multoties coram excellentia tua & gloriosiss. quæstore tam his, qui ex sacris scrinijs appellationibus ministrāt, quā illis, qui sunt de cohorte throni tui, congregatis: postremo causa ad certam formā redacta est, quā etiā ad nos sine scripto deduxistis. Neq; solū ea causa præter rem nobis confecta esse nō uidebatur: sed & iā inde, ex quo Paphlagonia & Honorias, diuisæ prius in præfides duos, in unū & eundē concesserunt magistratū, qui Prætoris nomen suscepit: ea nobis species citra cōtrouersia ad tuā uidebatur pertinere iurisdictionē. Idemq; hoc de duobus quoq; Pontis, hoc est Helenoponto & ponto Polemoniaco. Nam cum & illic duobus antea præsidibus cōstitutis, nunc autem uno moderatore facti, qui & ipse spectabilium dignitate decoratus est, eadē rur-

sus euenerint: in tuum solummodo forum causas exinde appellationum deuolui æquū fuit, nempe secundum præscriptum constitutionis de appellationibus. Complacuit igitur tam his, qui utriq; magistratui apparent, quàm etiam uobis utrisq; (uisa est insuper & nobis præclare res inter uos composita) ut sola cohors excellentiæ tuæ talibus ministret appellati onibus, quemadmodum prius quoq; solebat, & si in habitu dicantur sacri auditorij, & ad sit gloriosiss. noster quæstor, actisq; participet. Enim uero & primæ Cappadociæ rector, qui prius ad tuam solummodo spectabat iurisdictionem, undecq; appellationum causæ de uoluebantur, quanq; nunc in spectabilis proconsulis speciem mutatus est: nihilominus conuenit, si ab eo magistratu appellatio recipiatur, appellationisq; causa transmittatur huc, ut secundum constitutionem nostram in habitu sacri auditorij à persequentibus appellatione deceretur, præsentem & in cognitionem causæ adhibito etiam gloriosiss. nostro quæstore, sola quoq; cohorte tua ministrante, quandoquidem & prius hoc in more positum fuit. Tam & si enim spectabilis comes rerum priuatarum admittus est ei magistratui: tamen neq; prius multæ apud ipsum causæ agitabantur, neq; ex eius foro ulla penè deuoluebatur huc appella tio. Neq; quia rerum Tamiacarum siue fisci administratione alijs quibusdã hoc tempore comissimus: propterea throno tuo debet aliquid decedere. sed consimiliter in his etiam causis, quæ huc deferunt, sola cohors tua appareat. Idem hoc & in procôsule Armeniæ, ex quo cū antea ordinariū eum magistratum fecissemus, modo ad speciem usq; proconsulis, nihil ei apponentes, traduximus. Nam & in causis exinde transmissis sola excellentiæ tuæ cohors apparet: tam causa in habitu sacri (uti diximus) auditorij agitata, quàm apud ambos uos examinata: & nihilominus in eo negotio cohorte tua apparitura faciente, quo modo & prius solebat, cum ordinarij tantum (ut uocabatur) magistratus speciem habebat, in maiorem ordinem nondum receptus. Quoniam uero & Lycœniam, & Pisidiã, & Isauriam, sub præsidibus antea collocatas, & ad thronum tuū appellationes transmittentes, contigit nunc Prætorum dignitate adornari (quanquã illi quodammodo cohors quoq; militaris admitta esse uideatur) siquidem in unaquaq; harum prouinciarum prius etiam Dux erat) necessariò nobis propter hanc inuolutionem uisum est, tam soli throno tuo & gloriosiss. quæstori appellationū attribuere examinationem, quàm etiã humanitati intuitu ministerium in his, quæ eo nomine aguntur, cohorti tuæ permittere. Vnde siue antea tale quid factum est, siue etiam postea fiat: ut eadem cohors appareat, sancimus. Insuper quoniam duo prorsus erant magistratus, tam comitis Orientis, quàm præsidis ipsius primæ Syriæ, & appellationes quidem ciuilis huius magistratus ad tuū deferebantur thronum, sola apparente cohorte tua: ipsæ uero comitis Orientis (utpote spectabilis) in habitu sacrorū auditoriorū tam ad thronum tuū, quàm ad gloriosiss. quæstorem deueniebāt, solis his, qui in sacris consistunt scrinijs, apparentibus: præclare nos facturos arbitrati sumus (quantum ad hanc partem) si cõmune in hoc magistratu ministerium adsignaremus tam his, qui in scrinio sacrarum epistolarum consistūt, quàm qui de cohorte sunt tuæ excellentiæ. Inuolutio sanè in duobus olim Vicarijs Pontici & Asiatici tractus facta, qua uterq; in unicæ prouinciæ (nempe Galatiæ & Phrygiæ Pacatianæ) administrationem transijt, perueniat quidem ad excellentiam tuam simul & gloriosiss. quæstorem, solum uero ministerium excipiat cohortis throni tui. Sed & illud sancimus, ut in his magistratibus, qui à nobis modo inuenti sunt, quicq; ueterem formam mutarunt, siue per se pro natura sui magistratus, siue ex nostra delegatione iudicent: eadem forma obseruetur, & ut sola excellentiæ tuæ cohors in hoc etiam casu ministret sancimus.

Consimiliter siue ex delegatione, siue ex iudicij natura appellatio recurrat: ut excellentiæ tuæ cohors appellationibus ministerium præbeat, sancimus: siue ex nostra delegatione, nihilominus & ipsa tuæ erit cohortis. In quibus uero casibus commune diximus fore ministerium tam cohortis tuæ, quàm eorum, qui ex sacris sunt scrinijs: ex æquo communionem conseruamus, siue ex delegatione, siue pro instituto & natura iudicij procedat examinatio. In illis certe causis, quas nō spectabiles iudices, sed patroni tantum causarum iudicant, à quibus causæ appellationum deferebantur tam ad thronum tuum, q̄ etiam ad gloriosiss. nostrum quæstorem, deuotis libellis ministeriū eis præbentibus: quoniam nihil penitus inuolutum est, ueterem obseruamus formam: quemadmodum & in omnibus alijs, quæ inuoluta nō sunt, uetera in illis ministeria manere constituimus, nulla nouitate faciendâ. Superueniens enim inuolutio ministerij quoq; formam demonstrabit, utcūq; aliter faciendum erit. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimentur legem, ea studeat excellentia tua effectui & fini tradere.

De

DE ARMENIIS, VT ET IPSI PER OMNIA ROMANAS sequantur leges. Constit. XXI.

Imp. IUSTINIANVS A. Aciacio magni, sanctiss. proconsuli Armeniæ.



Uipientes, ut Armeniorū prouincia perfecte bonis regatur legibus, neq; in ullo à reliqua differat republica: prioribus sublatis nominibus, Romanis eam magistratibus adornauius: ut Romano uteretur habitu, assuefecimus: ut deniq; alia apud ipsos leges non essent, q̄ quas Romanas nominant, constituimus. Proinde scripta etiam lege illud, quod perperã apud eos delinquitur, corrigendum putauimus: ne scilicet more Barbarico parentum, & fratrum, & reliqui generis successiones ad uiros pertineant, ad mulieres nō item: neue hæ absq; dote in domum mariti cõmigrant, aut ab ijs, quibus cum consuetudinem habituræ sunt, redimantur, id quod multo etiã magis barbarice in hunc usq; diem moribus apud ipsos comprobatum est: nō ipsis tantum ista serino more opinantibus, sed & alijs gentibus ita dehonestantibus naturã, sexumq; foemineum contumelia afficientibus, quasi nō & ipse à deo creatus sit, aut generationi aliquid conferat, sed quasi abiectus & ignominiosus extra omnem dignationem ac honorem haberi debeat. Sancimus igitur per hanc sacram legem, ut & apud Armenios occasione successio nis foeminarum eadem obtineant, quæ & apud nos, neq; ulla sit inter marem & foeminam differentia: sed qua quidem forma inter nostros constitutum est, ut parentibus, hoc est patri, matri, uo, uix, remotioribusq; item posteris, hoc est filio, filia succedat, & uicissim ipsis quoq; succedat: ita & apud ipsos sit, neq; Armenicæ leges à Romanis differant. Nam si de nostra sunt republica, si seruiunt ex æquo nobis cū cæteris gentibus, si omnibus nostris perfruantur: nūquid solæ apud ipsos foemina à nobis introducta expellatur æquabilitate? Sed in pari apud omnes obseruatiõe sint leges nostræ, siue quas ex ueterū libris collegimus, & in nostris Institutionibus & Digestis ordinauimus, siue quæ ex imperatoria sanctione, tam priorū principū, quàm nostra, subscriptæ sunt. Quapropter omnia hæc, ex initijs præsentis quæ tæ decimæ indictionis & ipsius, qua hanc conscribimus legem, sumpro principio, in omne æuū ualere sancimus. Vetera enim curiosius perquirere, & ad præterita iam tempora recurrere: confusionis potius, quàm legislationis est. Sed (ut diximus) iam inde à temporibus præsentis quartæ decimæ indictionis & ipsius, in omne reliquum tempus, ipsæ quidem successiones similes sunt: quæ quacūq; ex causa ad successionem pertinent, æqualiter tam inter mulieres, quàm etiam uiros de cætero obseruandis. quod uero iam ante existit, id uniuersum in priore forma manere sinimus, siue in ijs factū est prædijs, quæ princeps olim generis familiaris: uæ adscripsit, siue in alijs: nullã habentibus cõmunionem foemineis personis in his prædijs, quæ insulse genarchica, hoc est à principe olim generis familiaris suæ adscripta laudat, aut successioibus, quæ usq; ad decimã tertiam indictionem & ipsam obuenerūt. sed à prædicto tempore, hoc est à decima quarta indictione, ualere ea, quæ à nobis cõstituta sunt, sancimus. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc exprimentur legem, ea tam magnificentia tua, quàm qui post ipsam eundem magistratum susceperunt, in perpetuum obseruare studento.

DE HIS, QUI NVPTIAS ITERANT. Constit. XXII.

Idem Imp. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætorum præfectori, iterum ex consule & patricio.



Uitæ quidem ac uariæ iam leges à nobis prolatae sunt, quæ singulatim ea, quæ ante legibus expressa aut à nobis constituta, parū se recte habere uidebantur, in meliorem uiam deducūt, instituuntq; subditos, quo eos deinceps pacto uitam agere deceat. Quod uero in præsentia molimur, lex noua est, quæ rem omnium præstantissimam in competentem cogit ordinem. Nam si nuptiæ tantū in se maiestatis habent, ut humano generi quadam ueluti arte conquistam immortalitatem inducere uideantur, & profapia filiorum procreatione renouatæ in perpetuum durant: deo quoad eius fieri potest, pro singulari erga homines, gratuito naturæ nostræ beneficio qd immortale largiente: merito nobis præter cætera studio esse debent, quæ concernūt nuptias.

g ij Reliquæ

Reliquæ enim iuris partes neq; omnibus omnino hominibus, neq; rebus, neq; temporibus quaerant. quidquid uero circa nuptias studij infumit, id ad uniuersum (penè dixerimus) humanum genus pertinet, cuius etiã solùmmodo interuentu reparatur, & maiore, quàm cætera, sollicitudine suscipiendum est. Vetustas planè non admodum circa primas aut secundas elaborauit nuptias, sed tã patribus, q̄ matribus, nullo exinde adempto lucro, ex æq; licebat uel ad plures deuenire nuptias, & negocium prorsus erat in simplicitate positum. Iam inde uero à temporibus maioris Theodosij amplior quædam earum rerum subtiliter & artificiose explicandarum cura exstitit, donec ordine per Imperatores obambulans, ad Leonem piæ memoriæ peruenit, qui & ipse de his generose, & ut talem uirum decuit, magna ex parte sancit. Nos etiã cum constitutionum Codicem componeremus, tametsi multa alia de his præterea definiuimus: tamè cum hoc tempore rem ipsam pleniore consilio perlustraremus, è re fore putauimus, si ex his quæpiam non solum ab alijs, sed etiã à nobis ipsis sancita, corrigere mus. Neq; em̄ si his, quæ uel ipsi prius diximus, rectius aliquid cõminiscamur: pudet nos in legem id conijcere, & per nos ipsos competentem prioribus correctione adferre potius, quàm expectare, dum ab alijs lex corrigatur. **DVO IGITUR** huic præfanda sunt legi. Primumq; illud, ut omnia quidem, quæ superioribus sancita sunt temporibus, siue à nobis, siue à nostris decessoribus, suis quæq; temporibus obrineant, non recipientia in se ullã ex hac lege inuouationem, sed in proprijs ualitura, inq; usu reipublicæ seruanda, suos ex iam positis legibus euentus expectent, nihil cū præfente lege communionis habitura. hæc uero lex iam inde in omnibus futuris ualeat casibus, & in omnibus post hoc tempus contrahendis nuptijs, siue primis, siue secundis, siue reliquo numero secuturis, siue lucris nuptialibus, siue successione delatis à liberis. Quod enim præterijt, scriptis relinquimus legibus: futurum uero per præfentem munimus legem. Vnde siue primæ, siue secundæ interuenerint nuptiæ, siue parentibus filiorum ex prioribus susceptorum nuptijs successiones, siue lucra ex dotibus, aut ante nuptias donationibus, aut alia ex causa deferant, siue ex secundis nuptijs existant filij, siue nõ existant: in præcedentibus hæc obseruentur secundum sua quæq; tempora, & tam uiri, quàm mulieres antiqua perfruatur legislatione, siue ad secundas accesserint nuptias, siue ad primas restiterint, siue filijs successerint, siue omnino aliquid eorum egerint, quæ prioribus consentanea sunt legibus. Neq; enim iure eos, qui illis freti ita cõtraxerunt, quisquam in crimen uocauerit, quod non & futurum præuiderint, omnibusq; modis diffidentes ei, quod exstabat, quodq; publice in usu habebatur, nõdum natum formidauerint. Vnde omnia illa quidem suum etiamnum teneant ordinem. reliquũ uero tempus, in omnibus post euenturis casibus, omnia in unam hanc posita & collecta legem respiciat, quæ in futuris (ut dictum est) nuptijs obtinere conuenit. Atq; hoc primum huic præfatum sit legi. Secundum uero illud, ut omnia, quæcunq; ab hodierno die testator disponat (siue uir existat, siue mulier) ea firmitatem habeant. Sanciat enim quisq; in rebus suis, & pro lege uoluntas eius esto: quænammodum nobis lex etiã omnium uetustissima, & quæ prima ferè Romanis constituit rempublicam, nempe duodecim tabularum, uetere & patria lingua his penè utens uerbis, inquit, **VTI LEGASSIT QVISQUE DE RE SUA, ITA IUS ESTO**: nemini facta potestate, ut in rebus alienis aliquid præter illius uoluntatem disponat, neq; si facram impetret formam, aut quidquam omnium. Quod si testator nihil dicat aut disponat, quod positus iam ante & ualentibus legibus cõpræhensum sit, neq; ite ordinet, quod generali bus legibus repugnet: tunc hæc nobis lex locum habeat, quæ (quantum homini possibile) omnia complectitur, & breuiter percurrit ea, quæ in prioribus sunt nuptijs, corrigens etiam quæ de secundis nuptijs, de successione, de solutionibus nuptiarum, tam ex morte, quàm diuortio in quæstionem solent incidere, quæ item ante tẽpus luctus, quæ post ipsum licite gerunt: uniuersum deniq; hunc tractatum continuat, & legislationem cõceptam quidem olim, per centũ autem adeo & quinquaginta quinq; annos crebrius agitatum, & per partes collectam, neq; nõ ut paulatim sibi ipsi colligaretur, & magna ex parte confusa cong' utinaretur, & corrigeretur, semper quodammodo indigentem, perpurgatam & undiq; sibi ipsi consonam ostendit.

MATRIMONIUM itaq; mutua constituit affectio, quæ dotalium instrumentorũ accessione nõ semp opus habet. simulq; ac semel coiit, siue nuda cõiugali affectio, siue etiã oblatione dotis & donationis propter nuptias: ut rursus omnino consequatur solutio, uel innoxia, uel pœnalis, necesse est: quandoquidem eorum, quæ homines concomitantur, quidquid ligatum & nexum est, idem & solubile est. Vt autem & sine dotalibus instrumentis matrimonium solutum pœna cõsequatur, id nos primi adinuenimus. Dissoluuntur sanè ma-

trimonia

trimonia, dum qui cõtraxerunt, adhuc uiuunt, partim consensiente utraq; parte, de quibus nihil hic dicendum est, partim causam, sicut utriq; placuit, gubernantibus: partim rationabili quodã prætextu, quod quidem & bona gratia uocatur: partim absq; ulla causa: partim rationabili de causa.

Irreprehensibili quidem prætextu, ut cū altera pars, ad meliora affectans uiam, & in cælibatu uitã traducere instituens, sanctimoniale conuersatione capebat. Nam hoc casu alia quædã lex nostra dicit, tam uiro, q̄ mulieri, ad meliora migrãti, soluendi matrimonij simul & diuertendi potestatem esse: prius tamen breui aliquo desertæ parti solatio derelicto. Quidquid enim contrahentes pacti sunt, ut post mortem alterius lucro cederet: id ab altera obtinere debet pars desertæ, siue uir, siue mulier existat: propterea quod & iste (quantum ad coniugem) mori uideatur, cum alterũ uitæ iter pro altero cepisset. Per causam uero necessariam neq; ratione carentem dissoluetur matrimonium, si quis cum uxore concumbere, & uiris à natura attributa perficere nequeat, sed secundum legem ante à nobis ea de re conscripam, à tempore nuptiarum biennium excesserit, cum ille, quod re ipsa uir sit, non ostendat. In manu enim est mulieri aut eius parentibus disungere matrimonium, & libellum mutere repudij, tametsi coniunx hoc recuset. Atq; eo casu dos quidem (si modo ulla omnino dos data est) mulierẽ sequetur, restituenda à marito, si quidẽ eã forte percepit: donatio uero propter nuptias aut ante nuptias residet apud maritũ, nihil in rebus suis dispendij patientem. atq; hanc legem breui quadam adiectione corrigemus. non enim biennium solum à copulationis tempore, sed triennium numerari uolumus. Si quidem ex euentis medijs temporis edocti sumus, plerofq; longiore spacio, q̄ per biennium, nihil potuisse, postea procreandorũ etiã liberorũ ministerio idoneos habitos. Sed & captiuitas eius generis est, ut quodãmodo matrimonium dissoluat. Nã siue marito id infortuniũ accidat, manẽte uxore in ciuitate, siue cum uxor in ius captiuitatis peruenit, maritus in ciuitate permaneat: exquisita quidem & subtilis ratio distrahit matrimonium. femel enim seruitute alteri superueniente, conditionis inæqualitas æqualitatem, quæ in nuptijs spectatur, permanere nõ patit. Nos tamen humanius talia contemplantes, donec certum est, superesse uel maritum, uel uxorem: pro nõ solutis matrimonij haberi sinimus: neq; ad alias migrabunt nuptias, uel mariti, uel uxores, nisi petulantur id egisse uideri uelint, & in pœnas incidere, ille quidẽ exactionis donationis ante nuptias, hæc uero dotis. Si uero incertum existat, utrum persona, quæ in hostium peruenit potestate, super sit, nec ne: tunc quinquennium expectandum tam marito, quàm uxori: post quod, siue certa, siue incerta mors eius sit, impune licebit nuptias contrahere. Et hæc sanè species iuræ eas solutiones, quæ appellantur bona gratia, à maioribus nostris connumerata est. sed & nos in hoc consentimus, ut isto modo separatis inter se personis, diuortio locus non sit: & neq; maritus hoc casu dotem, neq; uxor donationem ante nuptias lucretur, sed pro se quisq; suũ retineat. Illud etiam, quod per legum seueritatẽ prius introductum fuit, nos clementiã quadam indulgentia abrogamus. Si quis enim (uel uir, uel mulier) iudicis sententia in metallum dari iussus erat, quæ hodie esse solet in Proconneso & (ut uocant) Gypso: secundũ ueterum quidem placita ex supplicio inferebatur seruitus, dissoluebaturq; matrimonium, pœna detinente cõdemnatum seruitutis iure sibi deuinctum. nos autẽ id remittimus, neq; quenq; qui modo ante id tẽpus usq; ingenuus exstiterit, pœnæ seruũ fieri patimur. Neq; enim nostrũ fuerit, liberorum cõditionem in seruilem cõmutare statum, qui etiã ut detentos in seruitute ad libertatẽ reducamus, damus operã. Maneat igitur hoc casu matrimonium, nihil ex huiusmodi sententia læsionis sentiens, utpote quod inter liberas personas cõstitit. Quod si iudicis sententia libertinum, uel libertinam, uel eorum filios ex supplicio in seruitutẽ redigat: tamen si initio matrimonium constitit, postea tamen emergens seruitus inuicẽ eos disungit, quasi morte insecuta: siquidem maiores nostri superuenientẽ seruitutẽ ne tantillũ quidẽ distare dant à morte. Vnde in hac specie suum quisq; recipiat, pactum uero de morte ingenuis tantum acquiratur: reliquo ad illum perueniente, qui seruus pœnæ factus est. Si uero cum quis iam inde ab initio putaret liberæ se copulari personæ, post deinde illam seruilis conditioni esse obnoxiam appareat: non dicemus solui matrimonium, sed ne cõpisse quidem unquã, scilicet propter rationem paulo ante à nobis dictam de conditionis inæqualitate. Vnde neq; lucrum ex nuptijs, neq; tale aliquid spectandum, sed nuda rerum ad ipsos utrinq; pertinentiũ per cõpetentes actiones restitutio. Hæc autẽ eatenus sancimus, & tunc dicimus tale matrimonium non esse, si solus animi error ipsum factũ tueatur, neq; scientia domini, aut aliqua eius uersutia, uel oscitantia redarguatur. Si enim ancillam suam dominus ut ingenuam nuptum elocauit, is uero, cū liber esset, collocantiq; fidem haberet, eam duxit, forte dotali-

g iij bus etiã

bus etiā interuenientibus instrumentis, aut ne interuenientibus quidem, sed tantum eius opinione eam rem perficiente: iniustum fuerit tale matrimonium non consistere. quin potius si tale quid dñs in se admittat: ancimus, ut (siue uirum, siue mulierem) tacite sequatur libertas, rapiaturque talis ad ingenuitatem, & res perinde disceptet, ac si inter libertinos ac ingenuos esset.

Si uero alterius personae dominus, quamuis ipse matrimonium non conciliet, sciens tamen prudensque factum dedita opera dissimulet, ut alteri postea coniugum negotium aliquid consuat: ulciscimur & hanc uersutiam, si clare demonstratur, & tam improba captantibus consilia dominium adimimus. habeaturque & hoc denuo matrimonium perinde, ac si initio dominus consensisset: & ipse quidem dominus excidat, mancipium uero ad ingenuitatem rapiatur, ut eundem res effectum sortiatur, siue dominus consenserit, siue dolo malo uersatus sit: cum indubitatum sit, eos etiam filios, qui ex illis nascuntur nuptijs, per hanc nostram legem liberos & ingenuos futuros.

Ac multo magis haec obtineat, si ufu ueniat, ut iam seruū ancillāue uel ægrotates à se ablegarint, uel nihili eos penderint, & ulterius possidendi animum abiecerint. Illi enim utpote liberi iam constituti, & ex titulo pro derelicto sui quodāmodo, nō aliorum existētes, nullā deinceps molestiā ab ijs sustineant, qui à suo se illos dominio remouisse olim simularunt. Deportatio tñ, aut uetus illa, in cuius locū successit, aquae & ignis interdictio (ut leges nostrae appellat) matrimonia nō dissoluit. Quod ipsū quia & sacratissimo pridē Constantino nonnihil in se habere humanitatis uisum est, & à nobis quoque susceptū est: ea propter neque huic applicatū legi. unde nec quae ea res effectus habeat, cū in suo maneat ordine, dicendū est.

Notuimus autē et huius nostrae felicissime ciuitatis cōditorē (diuinae memoriae Constantini) scripsisse legē, secundū quā si quis in expeditione fuerit, et tauerit ad uxorem per quadriennium, et nullū ei fiat ab illo signū eius circa eam affectus: tunc licentia sit mulieri ad secundas nuptias uenire, offerenti prius militie principi libellū et hoc ipsum testificanti. Et si hoc fiat, inculpabiliter mulier ad uirū alterū transiet, et nō damnificabitur quidē in dote, nō tamen antenuptialem donationem lucrabitur. hoc itaque sacratissimus Constantinus. Vehementer autem nobis immaturae habere illa constitutio uidetur. actibus enim bellicis occupato marito uxoris priuationem inferre: non minor est poena, quam ab hostibus capi. Ideoque non prius ueniat ad uirum secundum huiusmodi mulier, quam legislator iste proposuit, quam etiam decennij transcat tempus, & haec importuna quidem sit mittens litteras, aut per aliquos uerbis utens ad eum, ille uero aut aperte renuat nuptias eius, aut absolute contiat. tunc quoque libellū offerat aut gloriosissimo magistro milium, aut spectabili duci, aut clarissimo tribuno, sub quibus ipse est miles. tunc enim licentiam damus et praes porrigere imperatori, et inde hoc promereri. Sciat autem, quia si citra hoc aliquid egerit: tanquam temerarie nubens legitimis poenis subiaceat. MITIORES itaque nuptiarum solutiones tanquam in generali quadam ratione sub bona gratia factis distinctionibus sciendum est tales esse quodāmodo. ceterae uero causas quaerunt inspicere aut à uiro aut ab uxore factam, ut damnificent temerarium in casu horum, quae ab eo data sunt. dotis dicimus aut propter nuptias donationis, sed harum causarum antiquiores quidem faciebant plurimos diuersosque tractatus. Theodosius autem uirior alias quidem causas deinde sumens, alias autem et ipse adiuuens, de repudijs scriptis constitutionem, à nobis autē et aliae quaedam adiuuentae sunt causae, quas recte habere perspeximus ad culpam referri eius, qui succubuerit.

Si igitur secundum Theodosij pie memoriae constitutionem ualuerit mulier ostendere maritum aut adulterio delinquentem, aut reum homicidij, aut ueneficij, aut seditionibus occupatum, aut quod pessimum omnium peccatorum est, communiantem delicto (dicimus autem machinatum aliquid contra ipsum imperium) aut cōdemnatum falsitatis, aut sepulchra effodientem, aut ex aliqua sacrarum domuum aliquid rapuisse, uel latrocinijs sectantem uitam, aut latrocinantem suscipientem, aut unum eorum, qui appellantur abigei, quibus est cura alienis insidiari animalibus aut iumentis, et ea transponere alibi, aut probet plagarium esse, aut ita luxuriose uiuentem, ut inspiciente uxore non alijs corrumpatur, quod maxime mulieres nuptias circa abile stimulat et exasperat, et praecipue castas: aut si insidias se passas à uiro probent circa ipsam salutem, aut uenenis, aut gladio, aut per alium aliquem talem modum (multae namque hominibus ad maliciam sunt uiae) aut etiam si flagellis super ea utatur. Si igitur mulier tale aliquid ostendere potuerit: licentiam ei dat lex repudio uti, et nuptijs abstinere, dotemque percipere et antenuptialem donationem totam, non solum si omnes simul probauerit causas, sed etiam si secundam seu unam.

Et rursus licentiam dat uiro mulierem abijcere, si adulteram inueniat, aut ueneficam, aut delinquentem homicidium, aut plagariam, aut sepulchrorum uiolatriam, aut sacrilegam existentem, aut fauentem latronibus, aut uiro nesciente uel etiam prohibente gaudentem conuiuijs aliorum nihil sibi competentium, uel etiam inuito uiro citra rationabilem causam foris pernoctantem, aut extra eius uoluntatem circansibus congaudentem, et spectaculis inherentem, aut theatris aduenientem, (dicimus autem ubi scena, et talia sunt, aut etiam ubi bestijs aduersus homines pugna est) aut insidias sibi facientem ex uenenis, aut gladio, aut alio factas modo, ex quibus circa uitam periculum est, aut etiam consciam tyrannidem meditantibus, aut falsitatis ream constitutam, aut audaces eius manus inferentem sibi, scilicet tali aliquo facto, dat lex haec uiro abijcere mulierem, uel si unam horum et solam probauerit causam, et lucrari quidem dotem, antenuptialem uero habere donationem.

Si uero altera harum personarum irrationabiliter repudium miserit, et hoc ipsum soluen-

di matri-

di matrimonium sine ratione, subdita erit dudum à nobis dictis poenis. Insuper etiam uxor uel omnino ex memoratis causis pro irrationabili repudij missione facta, et in quinquennium totum ad secundum uenire prohibetur matrimonium, et nuptias ante quinquennium non esse sine reatu, neque legitimas uocari, sed omnis uolens adeat et accuset factum tanquam contra legem praesumptum.

Si uero etiam rationabiliter mulier repudium miserit, et in certaminibus uicerit, aut uir irrationabiliter eam abiciens subiacuerit poenis: lucratur quidem lucra primitus dicta, erubescat aut ante annum completum ad secundam uota uenire. Quod non obseruandum nobis est in uiro irrationabiliter obtinente talia lucra, cum et non obtinente etiam repente nuptias facere licet, quoniam nulla circa sobolis confusionem rationabilis est suspitio, quod in mulieribus ante anni completionem recte prohibetur. Et tanta est prohibitio ex hoc, quia licet bona gratia dissolui matrimonium contingat constitutione in annum prohibitio secundarum nuptiarum, tamen etiam sic ex Anastasio pie memoriae mulieribus institutum est.

Has itaque causas nobis Theodosius explanauit, nos autem ex ueteribus sumentes, et alias adiecit tres. Si enim mulier tanta detineatur nequitia, ut etiam ex studio abortum faciat, uirumque contristet, et priuet spe filiorum: uel etiam tanta libido est, ut etiam cum uiris uoluptatis occasione laetur: aut etiam dum adhuc constat matrimonium cum uiro, ad alios de nuptijs suis loquatur: licentia datur à nobis uiris mittere eis repudia, et lucrari dotes, et antenuptiales habere donationes, ut pote etiam causis his rationabiliter solueri ualentibus matrimonium, et sub eundem deferendis ordinem, sub quem et poenas Theodosij diuinae memoriae constitutio definiuit.

Neque item alieno adscripticio nubere liberam mulierem licet, siue ignoret dominus, siue conscius sit, siue factum cōprobet. Quinetiā si tale quid ab adscripticio comitatur: in manu erit ipsi domino, ut talia comittentem adscripticiū tam per se, quam per prouinciae praesidem mediocribus castiget uerberibus: & praeterea à muliere, quae frustra illi adhaeret, eum abstrahat. Unde neque matrimonium esse potest, quod gestum est, neque dotis datio, neque ante nuptias donatio, sed nuda quaedam perperam admissi coercitio.

Sic itaque matrimonium dissoluitur uiuentibus adhuc his, qui ea contraxerunt, et pecuniariae poenae circa dotem et sponsalicia constituntur donationem. Sed à nobis aliquid etiam aliud adiuuentum est, ut etiam indotata matrimonia irrationabilibus factis diuisionibus castigationi tradantur competentem.

Si quis enim duxerit uxorem, aut etiam mulier ad uirum ueniat, nuptiali quidem assumpta uoluntate atque sententia, non tamen secus dote aut sponsalicia largitate, ubi quoque praesumptiue fieri solutiones contingebat, nullo ex hoc contra temerarium sequente periculo: constitutionem scripsimus, dicens, Si quis sub potestate constitutum mulierem uoluntate parentum, aut etiam suae potestatis, forte ducat uxorem, neque dote oblata, neque instrumentis dotalibus factis: nuptiae quidem sunt, licet dotalia instrumenta non sint conscripta, ut non ob hoc uir (quod in multis nouimus factum) expellat de domo uxorem sine aliqua prius dictarum rationabilium causarum, quas et Theodosius, et nos enumerauimus. Si quid autem tale fiat, et aut sine causa eam abijciat domo, aut etiam ipse rationabilem causam praestet, ut mulier separetur ab eius matrimonio: quartam partem propriae substantiae cogatur exsoluere ei: et usque ad quadringentas quidem auri libras substantiam habens, tantum libris damnificabitur, hoc est quarta substantiae parte. minorem autem adhuc, in quantum quartae faciat quantitas. Si uero etiam maiorem praedictae quadringentarum auri librarum quantitatis substantiam habeat: non ultra tantum auri damnificatur libras, ad maximam namque plerumque respiciens dotem legem hanc scripsimus, substantiam illam merito secundum nostras leges aestimantes esse, quae pura debitis uideatur, ratio quoque ex ipsis causis pro cautioe procedat.

Et si mulier per culpam propriam separetur à uiro indotata existens: aut etiam mittat ei sine aliqua causa rationabili repudium: iisdem in omnibus subiaceat poenis. Et si quidem per culpam eius matrimonium soluitur: quinquennium obseruandum est mulieri, et secundis non copulabitur nuptijs. Si uero per causam uel culpam mariti aut etiam bona gratia distrahatur: merito et hic annū custodiat propter seminis confusionem, ut per omnia nobis lex perfecta sit.

Praeterea autem & aliud quiddam commenti sumus, non minus pietate, quam gratia insigne, ubi uel missis repudij libellis, nihilominus matrimonia durant. Quomagus enim filiorum familias erga patres improbitatem prohibeamus (ex quo comperimus plerosque dedita opera repudij libellos scribere, suisque mittere uxoribus, uel etiā contra, & nulla omnino rationabili subsistente causa, matrimonia in hoc dissolueri, ut parentes sui dotis respectu exactioibus factae donationis subijciantur, & ut soluto matrimonio ipsi quidem clam inter se rem habeant, parentes uero discedant magno damno multati, hanc nimirum pro benignitate erga liberos remunerationem reportantes.) etiam legem conscripsimus, quae innuit, ne filij familiarum, seu emancipati liberi, siue masculi, siue feminae, in fraudem patrum suorum aut matrum, qui dotes aut ante nuptias donationes uel soli, uel etiam cum filijs obtulerunt susceperuntque, possint matrimonia dissolueri: sed quemadmodum in conciliandis nuptijs praestolamur patrum consensum, ita nec distrahi matrimonia in parentum fraudem praeter ipsorum uoluntatem sinimus. Atque ut maxime repudij libellus mittatur, non tamē poenae contra ipsos exactioe hoc nomine competere concedimus, siue ipsi ea dederint, aut susceperint, siue unā cum filijs susceperint. Neque enim rationem habet, ut pater quidem praeter filij uoluntatem matrimonium dissolueret nequeat: filijs uero, forte atate minoribus, neque suo comodo prospicientibus, copia fiat, ut matrimo-

matrimonium præter patrum uoluntatē soluant, ex eorū patribus iniuriā adferant. hoc præclare primum exorsus Marcus philosophus fanciuit, hunc deinde Diocletianus secutus est, consimiliter & nos amplexati sumus. *Sicq; hic nobis terminus solutionū, quæ superstitibus ijs, qui contraxerunt, sunt.* QVOD autem superest, nuptiarū finē etiā mors, quæ ex æquo omnia soluit, excipit. Vnde siue morte mariti, siue obitu uxoris matrimoniu dirimatur: lucrificat maritus quidē ex pacto conuento nuptialibus instrumentis cōprehensio dotē, uxor uero donationē ante nuptias, prout & in hac parte initio contrahentibus uisum fuit: non quidem prohibendis quantitate inæqualibus dotibus, sed inæqualibus pactis. quod cū generosissimus Leo recte in suis descripsisset legibus, nos id per manus ueluti sumptū manifestius adhuc cōstituiimus. Nā cum incertum esset, si (quo ad lucrum) alter plus, alter minus pactus fuisset, utrum obtinere deberet, id ne, quod plus, an quod minus esset, utrinq; controuersa similiter insurgente: nobis placuit, reprobato eo, quod modū excederet, maiorem in pacto conuento lucri partem ad minorem deducere, ne illi quidē tertiam, alteri uero quartam forte lucri partem pacifici liceat: sed si quid tale eueniat, ut quarta ab utroq; percipiatur, & consimiliter in cæteris partibus, non tamen in constituta ab utroq; quantitate. SOLVTO ergo per quascūq; supradictas diuoriorum species matrimonio: felix sanē & beatus uterq; coniugum futurus est, si priore cubili cōtentus maneat, neq; sequentibus matrimonijs progenitā iam soboli tristitiā inferat. Ac si quidem hoc fecerint, & in prioribus nuptijs perstiterint: primum obtinebunt sua, hoc est mulier dotem, uir uero donationē ante nuptias: neq; nobis tam anxie & curiose omnia perquirantibus, ut in secundis fieri solet nuptijs. deinde capient etiā lucra, maritus quidem, quæ ex dote, uxor uero, quæ ex donatione ante nuptias proueniunt. Quoniam uero mulieres, quæ ad secundas nuptias nō perueniunt, quadā honoris prærogatiua præ alijs, quæ nuptias iterant, dignas esse censemus: propterea fancimus, ut si qua marito amisso secundis absteat nuptijs: ea non solum habeat in donatione ante nuptias usumfructū, quemadmodum prius quoq; sanximus: sed etiam proprietatis tantū, quantum cuiq; filiorum proportionis modus assignat: ut & ipsa in ratione proprietatis unius filij personam sustinere uideatur. Atq; hæc iubemus non tantū obtinere in matribus, sed etiam in patribus & alijs ascendentibus, qui ad secundas nuptias nō demigrāt, uolumus: habebuntq; ea pro suis, in nullo à reliqua ipsorū substantia penē dissidentia. Vnde & quādiu uixerint, perinde plenam in ijs rebus alienandi licentiam habebunt, ut in illis habent, quæ uel ante hoc tempus domi suæ possederunt. Sed & si moriantur: in manu illis erit, ut eas res legatis uel fideicommissis in alios transferant. nam & nos hoc genus alienationis admisimus, scripta super hoc constitutione. Si tamen cum filios ex una aliqua parte, extraneos ex altera hæredes scriberet, nōdū eiusmodi res ad alienationem peruenerint: non uidebuntur propterea alienari, quod & alius quispiam hæres adscriptus sit, sed inuiolata manebunt & hæc apud filios. Neq; enim si omnes filios hæredes scribāt, ex inæqualibus tamen portionibus, statim hæc res pro portione hæreditaria capiēt, sed ex æquo inter se diuident pro uirili. Qua ratione & si nullum ex ipsis hæredem scripserit, sed omnes extraneos: si per alios modos pro legitima eis satisfactū sit: capient hæc, tamen si inter parentis hæredes non existant. Visus est namq; per præsumptionem pater eo ipso, quod uiuus neq; alienarit, aut specialiter harū rerum aliquid pignori obligauerit, neq; moriens ad alium transfulerit: maluisse cōseruare filijs, utpote per illos sibi adquisita, quā ad extraneos deducere. Et hæc res præcipui muneris loco ex nostra lege dabuntur filijs, tamen si patris, uel matris, uel utriusq; hæreditatem non adeant, & tamen si quidam adeant hæreditatem, quidā repudient. Id enim rectius habere uisum est, quā priora. Quapropter si muneris loco ad ipsos defertur lege: nullo id additamento conspurcetur deminuaturq; nisi ipsi per se filij deminutionis causam præbeant. Si quis enim ex eis ingratus ostendatur: id munus cæteris damus, qui nihil tale peregerint: quomāgis & alios erudiamus, parentes honorare, & fratrum sibi exemplum imitandum proponere. Vnde si tanta calamitas in procreatione filiorū sit, ut omnes ingrati perhibeātur: ad defuncti hæredes ista perueniant, quasi in illius bonis existentia: nequeuntibus filijs à patre, quem debito honore non affecerunt, munus obtinere, quod nos illis ea de causa negamus. Si uero ex filijs quidam in uiuis sint, quidā mortē obierint, filiosq; & ipsi reliquerint: damus illius partē defuncti filijs, si modo patris sui hæreditatē agnouerint. alioqui ad ipsius fratres deducimus. Et ideo legē nostrā perficientes, uolumus hæc uelere, non super dote solum, neq; sup sponsalicia largitate, sed etiam super indotatis matrimonijs, ex constitutione nostra introductis lucris, nam & illud, nisi ad secundas ueniant nuptias parentes, sed seruent, erit filiorum, quo dudum diximus modo. AC PRIMAE quidem nuptiæ, & exinde prouenientia lucra, & obseruationes,

tiones hætenus sub certa propositæ sint forma. Si qui uero primis nuptijs non contenti, ad secundas etiam accesserint: hi necessariā legi faciendi materiam præbent, uel quod ex prioribus filios non habent, ex secundis habent: uel contra quod ex secundis non habent, habent autem ex prioribus, uel quod ex utrisq; habent, uel ex utrisq; non habent. Si igitur ex prioribus, aut etiam utrisq; nuptijs absq; prole maneat: nulla curiositas, nihil circa secundas est negocij: sed uiri quidē prorsus omni obseruatione liberi euadent. Mulieribus autē hic tantūmodo scrupulus immittetur, ne intra anni spacium ad secundas cōmigrent nuptias: aut cognoscant, quod si tale quid egerint, & intempestiuas contraxerint nuptias, pœnas sustinebunt, alias quidē, si ex prioribus filios nō habuerint: maiores uero, si filij etiam nū super sint. Nam si nulla proles superest: consequetur infamia, eritq; omnino propter intempestiuas nuptias infamis: & neq; eorū aliquid, quæ ex priore illi matrimonio relicta sunt, capiet, neq; potietur donatione ante nuptias, neq; ex secundis nuptijs coniugi ultra tertiā substantiæ suæ partem doti dabit, sed neq; ex liberalitate aliunde in ipsam collata fructū sentiet, neq; penitus ab ullo extraneorum uel hæreditatē, uel fideicommissum, uel legatū, uel mortis causa donationem percipiet: sed hæc peruenient, aut residebunt ad hæredes defuncti, uel etiam cohæredes eius (si modo omnino hæres esse poterat) ut quæ nullam inde utilitatem habeat. Adeoq; siue scripti forte & alij sint hæredes, siue ab intestato ad hæreditatem uocentur: ad illos perueniant, quæ tali mulieri relicta fuerunt. fiscus enim hæc non uindicabit, ne quando talibus castigādīs uideamur commodis fisci prospicere. Atq; ita quidem, quæ ab extraneis ei relicta sunt, ad alios concedent. Quæ uero à priore marito relicta sunt: hæc adempta illi, ad decem personas ex cognatione relinquentis mariti, quæ edicto prætoris cōprehenduntur, peruenient: hoc est ascendentes, descendentes & ex transuerso usq; ad secundum gradum, gradibus in suo cōseruandis ordine. Quibus non subsistentibus, ea ad ærarium deuoluantur. Præterea neq; à genere proximis longius ad ipsam ab intestato perueniet hæreditas: sed ad tertiū duntaxat gradū ex omni spectādum parte, sistetur illi successiois ratio. Qui uero remotiore gradu sunt, hi alios habebunt hæredes. Sanē quæ inter cæteras illi pœnas irrogatur, nempe infamia, si nullos ex prioribus nuptijs susceptos habeat filios, solui remittitq; poterit Imperatoris id iubentis literis. Cæterū si super sint cuiuscunq; tandem sexus filij: potestatem quidem habebit pro abrogāda infamia preces Imperatori porrigere, sed nullum ex rescriptis fructū percipiet. Si tamen aliquam ex constitutione utilitatem sentire, & reliquis pœnis liberari desideret: filijs ex priore matrimonio susceptis dimidiā substantiæ suæ partem donet pure & absq; omni conditione, nec ipso quidē usufructu reseruato: sed totius substantiæ, quā eo tempore, cum ad secundas accederet nuptias, in bonis habebat, dimidia (uti diximus) parte prius natis filijs cessa. Diuidentq; omnes id inter se filij ex æquo. & filios quidē habentes, ad suos transmittent filios. adijciendū enim non nihil antiquis est legibus. si uero nō habēt: defuncti defunctorumq; partes pro portione fratres horū, quotcunq; fuerint, capient. si uero omnes mortē obierint: soletur ea re infelicitatem suam mater, quod ista recipiat. Atq; hæc dicimus, si intestati moriantur filij, neq; enim in ijs rebus, quæ semel illorū domini factæ sunt, à testamenti factioe eos arcebimus, aut q̄minus superstitibus adhuc, quomō uelint, hæc disponant. Quæ igitur pœnæ mulieribus ante id tempus, quo uirum elugere moris est, nubentibus imminent, tales propemodū sunt: & tres de his antea scriptas constitutiones p̄ unicā hæc interpositionē cū competente appositione hæc nobis lex promulgauit. QVOD SI mulier simul exspectet, dum id tempus prætereat, eaq; ratione prædictas pœnas effugiat, simul & ad secundū se matrimonium recipiat, priores aspernata nuptias: siquidē filios non habeat (libet enim & denuo dicere) absq; periculo futurum est, quidquid exinde geretur. Si uero subsit proles, & lex filios contempnim ea re habitos uideat: tunc omnis illi largitas, quæ à marito ad ipsam profecta est, proprietatis iure aufertur, solo usufructu derelicto. Atq; hæc fanciantur tā in donatione ante nuptias, q̄ omni largitate, siue ea uiuente adhuc marito, siue etiā ex testamento, siue mortis causa donatione ad ipsam peruenit: siue pars institutionis sit, siue legatū, siue fideicommissum. Et ut generaliter dicamus, in uniuersum omnis eā proprietatis titulus deseret in ijs, quæ à priore ad ipsam uiro peruenerunt: & filij ea capient, eruntq; proprietatis domini statim ab eo tempore, quo alteri se mater coniunxit. Eaq; pœna tam uiro, quā mulieri posita esto. Nam neq; ille, si filios habeat, altera ipsis uxore inducta, proprietatis titulo in dotalibus lucris perfruetur: aut alio largitatis genere ab uxore affectus, stabiliter id obtinebit, dempto iure utendi fruendi, quoad uixerit. Siquidē & eo casu filij, quamuis sub patria adhuc potestate constituti sint, nihilominus

secundum proprietatem talium rerum domini existent, nimirum statim à secundæ uxoris copula ad ipsos transeuntium. Neque differentiam inter dotem & donationem ante nuptias constitimus, ipsi ne hanc pro se, cum nuptias contraherent, dederint: an pro ipsi alij hoc fecerint, siue genere proximi, siue extranei: quauis & donatio ante nuptias quodammodo sub dote comprehensa esse uideatur. Insuper quod de lucris sancitum est, quæ per hanc causam ad eos, qui nuptias contraxerunt, peruenire solent, usque adeo ratum esto, & de talibus lata lex ita certa firmat: *eis erit cauens*, ut neque alienationem in talibus ullâ parentibus permittat, neque hypothecam. Quin & si quid tale parentes agant: continuo eorum illis substantiam obligat, non quod prohibeat, ne parentes suo in his arbitrato agant, quæ uelint (pudet enim legem parentibus filios præficere, tanquam castigatores & magistras) sed pudore illos erga parentes suffundi uult, interminaturque his, qui suscipiunt, quod nullam ea res suscepta utilitatem ipsis allatura sit. Ac nouerint sane per hanc quoque nostram legem, quod siue eas res à parentibus comparauerint, siue per donationem acceperint, siue quidquam omnium egerint: id, quod gestum est, perinde habebitur, ac si neque factum, neque scriptum sit. Vindicabunt etenim omnino eas filij, hæredesque eorum, & successores, tam ab ipsis, quam etiam hæredibus eorum & successoribus: non aliter excludendi, quam si triginta annorum spacium excesserit, & longi temporis possessio eos, qui susceperant, dominos constituerit: incipiente eo tempore filijs currere, ex quo sui iuris esse aut facti uidebuntur, nisi forte pupillaris adhuc ætas illis opituletur. Peruenient autem id genus lucri ad omnes omnino filios, qui ex prioribus procreati sunt nuptijs. Neque enim parentibus potestatem facimus, ut improposito more introductæ erga eos electionis indicium de se præbeant, & alij quidem ex filijs dent, alium uero aspernentur (ex æquo enim omnes ignominia secundis affecti sunt nuptijs) sed cum omnium ex æquo filiorum hæreditates capebant parentes, non autem huic quidam succedant, illi uero non: quare non item & ipsi pari omnem affectu (quantum ad hanc rem pertinet) complectantur, sed alios eligant, alios despiciant. Vnde pro portione quisque tale lucretur: & si filios habeat, ad ipsos hoc transmittat. Hicque ipsi, tamen si pro personarum id numero, quotcumque sint, inter se diuident: non tamen patris sui partem transcendent. Quoniam uero alienationes, quæ à parentibus in talibus rebus fiunt, irritas declarauimus: conuenit, ut subtiliorem ei causæ ordinem imponamus. Siquidem enim omnes filij superstitibus sint, qui ex prioribus procreati sunt nuptijs, parentisque illis præmorsæ: irrita omnino manebit obligatio, prout ante à nobis dictum est. Si uero omnes moriantur, & causa rursus ad orbitatem redigatur: tunc ex euentu ratum erit, quod alienatum fuit. quis enim id ipsum reuocet, non superstitibus filijs, quibus etiam solis hoc seruauimus? Sed iam dudum in hac specie animi nostrum subtilis quædam multisque curis exquisita cogitatio subiit, & quæ medium inter utrumque casum teneat. Cum enim omnibus superstitibus existentibus filijs, & præmoriante patre, nulla eis ex adquisitis perceptisque ab horum patre rebus relinquatur portio: cum item omnibus defunctis, totum ad ipsos reuerti uideatur: medium quiddam in ea re excogitare perpeximus. ut si ex pluribus filijs unus moriatur, qui & ipse filios habeat: ea hæditas (id, quod multoties diximus) ad illos deferatur. si filios non habeat: ne omnino totum ad fratres eius perueniat, sed quantum ex pacto non existentium filiorum parenti accessisset, tantum & hic lucretur: reliquum uero ad successores filij peruenire sinat, siue fratres sint, siue forte extranei. id, quod maxime in matre solet accidere, siue de suo patrimonio testentur, siue intestati decedant. Atque hoc nos in nostram descripsimus legem, anxie perquirentes illud, & inuenientes primi, & elementer sancientes. Vnde & si hoc casu parens, priusquam ad secundas demigret nuptias, alienauerit, deinde unus ex filijs moriatur: usque eodem tantum conualescit alienatio, quatenus ex pacto non existentium filiorum ad eum, qui alienauit, peruenit. alioqui in reliquis partibus, quas filij hæredes capiunt, prorsus irrita erit. Quapropter si alienatio celebretur, manebit causa inpendenti post futuris committenda fortunæ casibus, alienatione scilicet uel perfecte ab initio ad irritum recidente, uel perfecte conalescente, uel partim ad irritum recidente, partim immobiliter consistente. Ac ne de illis quidem lucris, quæ filij capiunt, parentibus ad secundas accedentibus nuptias, curiosius perscrutamur, utrum omnes hæreditatem uel præmorsæ tui parentis, uel secundi defuncti agnoscant, an partim agnoscant, partim non: sed (uti præ diximus) muneris loco illis adsignamus. Idque ex æquo capient tam superstitibus, quam cum ipsis defuncti fratris filij, genitoris sui partem percipientes. ut tamen ubique tali filio (quæ admodum & antea diximus) ad eiusmodi lucrum ingratitude obstaculum pariat. neque enim leges contra ingratos perlatas præuaricamur, cum ea re & parentibus honorem conciliemus, & filios adducamus ad colendam pietatem, quemadmodum enim electione parentibus interdiximus,

& talia

& talia munera filijs ex æquo adsignamus: ita ingratitude uicium probare non possumus. Manifestum uero est, eum ingratum intelligi debere, qui circa utrumque paritem, aut certe eum, qui posterior mortuus sit, aperte ingratus fuisse demonstratur. COMMODISSIME autem sacratis. princeps Leo nobis considerasse uideat ea, quæ in secunda cõferunt matrimonia hi, qui ipsa cõtrahunt. Inquit enim. Siquidem parites ex priore matrimonio susceptos filios habeat, deinde in secundum, aut deinceps matrimonium cõcedant: ne possint, neque patres in nouercam, neque matres in uitricum, uel per tempus uitæ suæ quidquam liberalitatis cõferre, uel sub mortem relinquere, nisi intra eam quantitatem, quam etiam unus filius filiaque, solus cum sit, ex parente haberet. Si plures filij sint, & singuli æqualem cum cæteris portionem obtineant: ne amplius, quam ad unumquemque eorum peruenierit, uel uitricus, uel nouerca percipiant. Si ea, quæ relicta sunt, inæqualia existant: ut tantum solummodo ex quacumque parentis liberalitate uel in nouercam uel uitricum transferri necesse sit, quantum ex illius substantia uel per ultimam uoluntatem relictum, uel in uita traditum percipit, qui ex filijs minimam habet: ut tamen omnino quæ quarta olim fuit, hodie tertia aut dimidia ex lege nostra pars, filio relinquatur tradaturque, nisi iterum ingratitude ratio aduersetur. Eodem hoc obseruando tam in auo & auia, proauo & proauia, quam nepotibus masculis & fœminis, & ite pronepotibus, siue in potestate, siue emancipati, emancipataeque sint, siue ex paterna, siue materna linea descendant. Cumque hoc definiisset: recte intulit, ut quod ultra statutum uel nouerca uel uitrico, siue relictum, siue denique datum esset: id quæ si neque scriptum, neque relictum, neque donatum, neque datum sit, filijs competat, interque eos solos pro uirili diuidatur. Nam ut & filij, qui ex secundo matrimonio procreati sunt, in partem cum his uocentur: tamen si in quadam constitutione scriptum est, non tamen hoc nobis tempore adlubescit: sed primi matrimonij filijs, quorum etiam causa id reseruatum est, solis detur: nulla machinatione, uel per subditicias personas, uel aliam causam introducenda. Hoc autem ipsum, quod redidat, diuidetur hi tantummodo inter se, qui gratos se erga parites exhibuerunt, non qui circa illos ingrati comprobantur, nempe tali aliquo ingratitude genere obnoxij, quale leges requirunt. Tales enim ea quoque utilitate, quæ exinde possent capere, priuamus: ne quando spe harum rerum adquirendarum ostentata, contra parentes insurgant, efferenturque, & naturæ leges uiolent. Nemini etiam dubium est, quin hoc quoque casu si quis eorum, ad quos superfluum defertur, relictis filijs mortuus sit: eius defuncti filij (quotcumque sint) pro portione scilicet paterna, id capiant. Quonia uero quæ usque adhuc latae sunt leges, non discernunt, utrum quod redidat, spectari debeat oblationis, an soluti matrimonij tempore: præstantissimum nobis uisum est, parites, qui nuptias iterant, mortis tempus obseruari. Scribit enim homines non nunquam plura, quam possident, scribunt etiam pauciora: cum tamen superuenientes fortunæ casus plerumque contrarios operentur euentus. Quapropter ne quid erremus: illud tempus, quo qui nuptias repetijt moritur, considerandum, & resultans inde portio sumenda est: relictisque in illam oculis, id quod statutum transcendit, detrahere & adsignare filijs conuenit: in omnibus talibus non oblatione aut scripture, quo tempore: cœpta sit, spectanda, sed inspiciendo (ut uocant) effectu. SED NE QVE illud nobis relinquendum est, quod pietatis, principis Theodosius iunior recte constituit, inquit. si mulier procreatis filijs ad secundum transeat matrimonium, simulque ac ei exinde alij nati sunt filij, secundus quoque maritus moriatur: ut matre intestato mortua, propria quidem eius bona ex utroque matrimonio suscepti filij percipiant ex æquo, & per omnia similis in ijs celebretur distributio. donatione uero ante nuptias utraque sui parentis proles capiet: & in solidum tam prioris matrimonij filij illius donationem lucrabuntur, quam ex secundis procreati feminibus profecta ab hoc largitate perfruentur, tamen si ad tertium illa matrimonium non peruenierit. Quid enim ea res prioribus proficit: aut cur priores filij posterioribus inuideant, quod non & illi ex tertijs nuptijs contumeliam in se acceperint? Et ut simpliciter dicamus, quæque proles sui parentis donationem ante nuptias percipito: & in uniuersum primis filijs propter ipsam nuptiarum repetitionem capientibus, secundum omnino eam obtinento, & si ea, quæ nuptias repetijt, tertijs se nuptijs non iunxerit, ne ex ea re inferiore loco, quam fratres, esse uideantur. Ex ipsa autem rerum consequentia eadem sunt & in ijs patribus, qui nuptias repetunt. & prioris quidem matrimonij filijs dos lucrata propter iteratas nuptias: secundis uero ea, quæ per secundas accesserunt, conseruator, tamen etsi pater ad tertijs nuptias non peruenierit. Reliqua certe, quæ pater materie in talibus per repetitas nuptias legati forte titulo seu fideicommissi lucrati sunt, neque ad tertijs transferunt nuptias: ea confusa cum ipsorum patrimonio, neque tertijs concussa nuptijs, immota apud ipsos permanento, & ad eorum res tanquam proprias successiones transferuntur, & à superstitibus

h ij adhuc

adhuc quocūq; uolunt modo, disponūtor. **QVIA** VERO pro rationis cōtinuitate & si militudine, ubiq; luca ad distinctiones matrimoniorum alterius morte factas, in legibus nostris referimus: propterea breuiter & illud apponimus, ut quæcūq; parentes diuortio soluto matrimonio (siue bona gratia interuenerit, siue etiam aliter) uel occasione dotis uel donationis ante nuptias lucrētur: hæc omnia ad imitationem eorū lucrorum, quæ per mortem obueniunt, filijs conseruentur. Eodem obseruando & in his mulieribus, quæ dotem nō dederūt, quatenus earum lasciuam lata à nobis constitutio cōercet. Neq; differentiam constituimus, cuius culpa matrimoniu diuortio dissolutū sit. Vt cūq; eū se res habet, siue primæ nuptiæ diuortio solutæ sunt, siue etiam secundæ, licet tertiæ infecutæ non sint: nihilominus id lucrum, quod harum obtentu accessit, referuetur earum nuptiarū filijs, ex quibus quicq; filij processerunt. **QVAE** VERO dotiū donationum uel ante nuptias augmenta simul & deminutiones concernunt, tamen si à pleriq; antiquis exposita sunt legibus: perfectius tamen à nobis elaborata sunt, qui uel constantibus matrimonijs propter nuptias donationes non solum augeri, sed etiā ab initio constitui præcepimus: & quemadmodū augeri permisimus, ita & deminui, si uelint hi, qui in ius matrimonij cōuenerunt, concessimus. Sed alterum illud (de deminutione loquimur) si secundæ contrahantur nuptiæ, nō permittemus: ne Leonis pientis, principis constitutionem, cum ex priore matrimonio nati sint liberi, in aliquo offendamus. Nam si parens immoderatā dotem aut donationem ante nuptias offerat, aut aliquid aliud largiatur, deinde intelligens, quō tendat legis sentētia, ad minorē summam redigat id, quod gestum est, dotemq; aut donationē ante nuptias deminuat: non amplius quod datum est, cedit in lucrum filijs, sed licebit uirico aut noueræ id lucrari, cū interim iniuria afficiatur filij.

ITEM si rerū tantūmodo suarū usumfructū in extrema uoluntate det uel maritus uxor, uel uxor marito: uetus quidē lex dicebat, si in secundas nuptias uel pater uel mater conuenissent, ut statim relictum usumfructum amitterent, quemadmodū prius amittebant proprietatem, & extemplo filijs eum restituerent. si autē filij intra pubertatem adhuc essent, etiam cum fructibus medijs temporis. Atq; hæc sanē eius legis erat sententia. nobis autem nō perinde placuit. Sed uolumus, ut siue usumfructus per largitatē detur, uel mortis causa donatione celebrata, uel etiā in uita (quatenus tamen donare licet) siue relinquatur, & is, qui eum accepit, ad secundas transeat nuptias: maneat nihilominus sic quoq; usumfructus apud eum, qui detinet, quousq; superstes erit: nisi is, qui eam donationē (ut dictū est) fecit, aut hūc reliquit, siue masculus, siue scemina, expressis uerbis declaret se uelle, ut si ad secundas demigret nuptias qui usum fructum accepit, extinguatur, & ad proprietatem suam reuertatur. Sed hæc quidem de his dicimus, quæ per causam largitatis offerunt. Cæterū si usumfructus rerū in dotem aut donationem ante nuptias datus sit: nihil penitus innouamus, sed obtineat, quæ iam ante legibus sunt expressa: maneatq; apud eos, qui susceperunt, quoad usq; uixerint, et si plus milies defuncti in contrarium aliquid uoluerint. Neq; enim ratione aliqua lucrum, quod publico legis beneficio confertur, auferre homo priuatus potest.

QVONIAM uero semel in mentionem earum legum, quæ de usumfructu tractant, incidimus: pulchrū fuerit & illud legi admiscere, quod tribus antea constitutionibus explicatum est: ut scilicet omnium rerum, quæ ad filios perueniūt, siue ex materna linea, siue ex causa nuptiali filiorū, siue aliunde: pater usumfructū habeat, tamen si ad secundas nuptias transeat. Nam ne earum rerū usumfructus, quoad usq; uiuit, intercidat: omnes etiā ante nos late leges uolunt. utq; hoc & in maternis bonis, & omnibus omnino alijs sit: nos quoq; comprobamus. Excipiatur tamen ab his castrensiū, & quasi castrensiū peculiorum, & item quorundam aliorum ratio.

MATER sanē, quæ per donationē aliquid rerum suarum in filium contulit, siquidē ad secundas migrat nuptias: id, quod datum est, per causam ingratitudinis reuocare nō potest. Neq; enim sincero animo ingratitudinē uidetur inducere, quippe cum præsumatur ad hunc decurrere prætextum ex cogitatione secundarum nuptiarū: nisi liquidō filius uel infidias uitæ matris posuisse, uel impias intulisse manus, uel contra ipsam ad totius substantiæ eius subuersionē molitus aliquid cōmonstraret. **NEQVE** **ITEM** mulieribus concedimus, ut cū ad secundas perueniunt nuptias, priorum etiam nū maritorum dignitatibus & priuilegijs uti uelint: sed cuiuscūq; post priorem nuptias sequuntur, illius etiā exofculentur fortunam. neq; enim quæ priorum oblita est, denuo ex prioribus beneficium habitura est.

tuandum quoq; illud & non extra pictam à diuæ memoriæ Alexandro super alios plurimos antiquorum legslatorum determinatum est. si quis enim manu miserit ancillam, deinde duat eam uxore, at illa ut uidetur elata & epulata, soluerit circa manu missorem matrimonium: non sinit lex ad secundas nuptias uenire, inuito priore marito, sed deinceps nuptias

pitas fornicationem iudicat, & corruptionem, sed non nuptias nec matrimonium, ex quo iniuria non deantes ei, qui libertatem imposuit, sunt. Porro & illud, quod * à quodā imperatore constitutū inuenimus, dignum putauimus, quod in partem legislationis nostræ assumeretur. ex quo enim nemo circa subleuadā filiorū necessitatē & educationē fidelior idoneiorq; uidet, quàm ipsa mater: permittit ei lex hoc etiam, nisi ad secundas accedat nuptias.

PORRO autem dotes, quas mariti perceperunt, nō temere uxoribus reddent, constante adhuc matrimonio, nisi ex causis, quas lex enumerat. Alioqui si quid tale egerint: quod gestum est, imitationē quādam & speciem de se præbere donationis uidetur. & si mulier moriatur: recipient dotes mariti, qui intempestiue eas uxoribus redderūt, ab uxorū hæredibus cū medijs temporis fructibus, tam ipsi, quàm hæredes eorum, & ex pacto conuento habebunt in lucrum. et si ad secundas uiri nuptias procedant: conseruabunt hæc filijs, nulla ex ijs re abalienata. id quod in uniuersum constitutum est. At si usu ueniat, ut mariti constante adhuc matrimonio dotes nō percipiāt: secundum legem eas uel post mortem uxorū ab illarum hæredibus recipient, prout dotalis instrumenti tenor innuit.

AD **HÆC** si tutelam mulier gerat filiorū: dubium non est, quin intra pubertatem constitutis filijs, denunciatione facta, non se ad secundas peruenturā nuptias, si tam priorē deinde thorum, quàm etiam fidem datam aspernata, secundi mariti cōsortium secleretur, non prius petito tutore, rationibusq; redditis, & omnibus solutis, quæ ex ea causa debet: non solum eius bona filijs hypothecæ iure tenere lex sinit, sed etiam unā in hypothecarum nexum abripit substantiā illius, qui eam duxit. ipsa quoq; filij successione ei interdicit, si impubes decedat, etsi pater ex substitutione eam ad filij successionem uenire iusserit. Atq; hæc quidē, qui nos antecesserūt. Nos uero miramur, qua de causa mulierē tam impiam existentem, ut & sua ipsius promissa negligere, & ad tam deformes accedere nuptias præsumat (nimirum maximis tribus rebus neglectis, ueritate, defuncti memoria, & mater nō erga filios amore) ita paucis & minutulis pœnis subiecerint: & cū eam, quæ ante tempus luctui præfinitū nupsit, ut maxime filiorum mater non sit, acerbe puniant, propter solam id honestatem agentes, licet filios non habeat: non item mulierē tam profusam ad libidines ipsædem pœnis submiserint, quas sustinent, quæ ante tempora luctui præfinita ad alterum deflexerunt matrimoniu.

Vnde sancimus, ut mulieres, quæ ad eum modū mentiri de cætero ausæ fuerint: ultra iam receptas pœnas his etiam omnibus subdantur, quas superius de mulieribus ante legitimum tempus nubentibus recensuimus, tam infamiam illis, quàm omnia cætera inducentes. eadem eis pœnarū remissionem largientes, quam & illis: nempe preces principi offerant, & dimidiā bonorum suorum partem filijs assignent, ne usu quidem fructu apud eas manente. & in summa, eodē illam loco propter nuptiarū deformitatem ponimus cum ea, quæ ante legitimum tempus luctus nupsit.

Sed & si naturalium liberorum tutelam gerat (dedimus etenim & hoc illi) tamen à uiro domum deducta, nisi eadem agat, quæ antea diximus, ipsædem pœnis subiaceat. Prouideant autē per prouincias quidem gentium præsides, hic uero gloriosiss. huius almæ urbis præfectus unā cum prætore, cui ea res curæ est: ut ad nuptias animum adijciente tutelam gerente muliere, & tutorem pupillis constituant, & rationes suscipiant, & quod mater administratæ tutelæ nomine debet, restitui faciant.

PLACET quoq; nobis Zenonis pientis, principis constitutio, quæ decernit, ne aliter à patre, cum sub conditione aut certo die filio suo legatum dare iussus est, legato rum seruandorum causa (ut uocant) satisfactio exigatur, quàm si secundis se nuptijs pater iunxerit. Inferatur enim & hæc pœna nuptias repetentibus.

SED ET si quis inter reuerēdis, cooptatus clericus (de his loquimur, qui supra lectorem sunt, aut cantorem) penitus nuptijs se iunxerint: constituimus & uolumus, ut ex nostra cōstitutione sacerdotio cadat. Siquidem uero lector cum esset, habuissetq; uxorem, postea ex inuitabili quadam necessitate ad secundas procedat nuptias: ad maiora sacerdotij munera amplius non ascendet, sed illic manebit apud uxorem, ut qui studium circa illam ad maiora progressui prætulit. At si homo priuatus ad subdiaconi, diaconi, aut presbyteri ordinationē peruenire contendat, deinde aut uxorem uideatur habere, nō ex uirginitate illi sociatam, sed uel diuortio, uel aliter à uiro separatam, statim initio legitime cum ipso in ius matrimonij transeuntem, aut etiam ipse ad secundas progressus sit nuptias: sacerdotio non potietur. imò & si eo non animaduerso ad hoc progrediat: prorsus illo excidet.

ENIM VERO quem deinceps tractatū aggredimur, tamen si uetus est, & multas in se correctiones suscepit, non ab alijs tantū, sed etiam à nobis deniq; ipsis: nondum tamen ad absolutam eius reftitudinem peruenimus, quam hoc tēpore persequentes, præsentia sancimus. Vetus em̄ illa & antiqua lex, quā Iuliam Miscellam

uocāt, quæ circa procreādos liberos præcedit studiū: permittebat, etsi uir prohibuisset, & quædam in hoc reliquisset, ne ad secundas mulier nuptias progrediretur: ut nihilominus in ius alterius mariti transiret, & iurata, quod liberorum causa hoc ageret, relictum caperet. Atque eam licentiam mulieribus intra annum lex dabat. hoc uero præterito, si quidem relictum uolebat capere: non aliter & prius hoc mulieribus capere licebat, quam cautionē exposuissent, se ad secundas nuptias non peruenturas. Sed hanc appendicē & clausulā non ipse Iulius Miscella adinuenit: uerū Q. Murius Scæuola, qui in oībus, quæ ex facti prohibitione penderēt, eiusmodi cautiones excogitauit, hanc forte legi apposuit. Nos certe cū plerasque mulieres uideremus nuptias appetere, non tam procreandæ sobolis gratia, quam impulsu quodam naturæ, item iurare, mox nubere, & defunctorum uoluntates transgredi: principio tanquam sacratiori parti medendum esse arbitrati sumus, periuuriōque illis interdicendū, nec committendum, ut eiusmodi iuramenta subeant, in quibus omnino peierare promptum esset. Neque enim illi legi adiectum erat, ut hæc tantū mulieres, quæ filios nō haberent, id iuramentum darent: sed etiam filios habentibus iuramenta proponebantur, deum simul, & defuncti animam contristantia: quanquam quidem, ut peierarent, promptum existeret: ut uero liberos procrearent, in muneribus & arbitrio fortunæ esset positū. Quia uero, ex quo nostra hoc lege sanximus, adempto illis iuramento, & permissa tali perceptione, cogitatio nos subijit, horum alterum à nobis prætermisum esse, quo animæ etiā defuncti ratio habenda erat: propterea sanè præsentē legem perferimus. Nolumus enim, ut defunctorum uoluntates, quæ nihil habent absurdi, interdicant. Siquidem enim dixissemus, ut omnino mulier, si maritus præcepisset, ne nuberet, necesse haberet hoc obseruare: habuisset fortasse lex i se nō nihil amarulentiæ. Nunc uero cū alterū illud ad manū sit, ut si uelit nubere, relictū non capiat: summa quædam importunitas fuerit, ita periclitantē defuncti uolūtatē despiciere, ut huic & nubendi, & relictum capiendi, & per omnia priorem coniugē contristandi facultatē det. Unde sancimus, si quis uxorem ad alterum peruenire matrimonium prohibuerit, aut etiam uxor maritū (idem enim in utroque est) & pro hoc aliquid reliquerint: ut alter coniugū ex duobus electionem habeat, utrum ad nuptias uenire, & perceptioni renunciare uelit, an si id minus uelit, & defunctum honorat, prorsus insequentibus abstinere nuptiis. Sed ne res in pendentī sit, & post longa forte tempora denuo recurrat exactio: propterea pulchrū nobis uisum est rem ipsam finire: ut intra annum quidē nulla sit omnino relictū exactio, nisi ratio superuenientis sacerdotij protinus alteri personæ capiendi ius præbeat, quasi nulla in super spe nuptiarum existente. Si uero annuū tempus præterire contingat: concedimus quidem ei personæ, ut relictum capiat, sed non ita simpliciter. Sed siquidē immobilis res sit: ne aliter hoc capiat, quam iuratoriā cautionē exponat, & præterea res suas hypothecæ opponat (id, quod etiā tacite ex hac lege concedimus) in eadē scilicet se bonitate quod datū est restituturū, in qua suscepit, si ad secundas transeat nuptias: restitutis quoque fructibus, quos medio tempore percepit. Si uero mobilis res sit, & quæ capere uult persona, idoneas facultates habeat: quod relictū est, sub eadē cautioe & hypothecis detur. Et quidē si aliud quid mobiliū rerū sit, quam numerata pecunia: ut in eadē bonitate restituat, in qua suscepit: aut si qua ex parte deterior facta sit, resarciat. Si numerata pecunia: etiā cū usuris reddat, quascūque inde potuit percipere: ea re iuramento restituentis disceptanda. Si sceneratus non est, in suos tamen usus conuertit: trientes usuras restituit. Si parum idoneis facultatibus fuerit: in super & fideiussor eorū exigitor. Si fideiussorem dare nequeat: tunc sub iuratoriā cautione & rerum suarū (quo dictum est modo) hypotheca percipito quidem relictum. simul ac uero ad secundas nuptias accesserit: hæc ab eo, qui dedit, exigitor, apud quancūque tandem personam existerit: ut perinde existimetur, quasi ne data quidem ab initio sit. Quod in omni specie restitutionis, siue mobile, siue in mobile sit, quod restitui debet, obtinere sancimus. Cæterum si aurum in relictū sit, ipse uero dandæ fideiussionis penuria labore, neque dignus uideatur, cuius fidei hoc cōcredatur: maneat id quidem apud illum, à quo relictum fuit: sed eius loco trientes usuras dependat, quas tamdiu soluet, donec uel ille secundis se iungat nuptiis (quo tempore etiam solutarum usurarum repetitio locum habebit) uel manifestum sit, non posse eum ulterius ad nuptias peruenire, siue ratione sacerdotij (tunc enim illi relictum dabit) siue etiam morte. capient enim omnino id hæredes eius, nihil pro solutis usuris reddituri. Eandem autem obseruationē, eandemque rationem introducimus, etsi sub tali conditione hi reliquerint, qui matrimonium inter se non habent, sed quispiam extraneus uel uiro, uel mulieri sub tali conditione dari quid uelit: fortuitis uidelicet casibus secundum suam ipsorum naturam decique his latas leges, tam in præstationibus

tionibus, quam restitutionibus spectandis. Atque hæc quidē ex legibus, quæ à nobis iam commpositæ sunt, occasione legis Iulie Miscellæ commutamus. alia autem intra eodē terminos & in ipsē speciebus rata sunt, in quibus etiam ea exposuimus. Ac prædictæ à nobis cautiones (siue institutionis pars sit, siue fideicommissum, uel legatum) dentur uel hæredibus, uel substitutis, uel his, à quibus hæc relictæ sunt. certe si mortis causa donatio: omnino hæredibus. Si sub tali uero conditione aliquis ex asse hæres scriptus sit: substitutis (si quidē fuerint) aut saltem his, qui ab intestato ad hæreditatem uocantur, id genus cautiones præstet. ut undique lex per se & propriam habeat perfectionem. Nisi (ut sæpius) testator & hoc permiserit, dicens licentiam habiturū eum, quem ex parte uel ex asse instituit, cuius legatum aut fideicommissum aut mortis causa donationem reliquit, ut & relictum capiat, neque tamē ullam cautionem præstet. tunc enim sequenda est defuncti uolūtas. nam summo studio enitimur, ut defunctorū uoluntates secundū legem tueamur. **Q**UONIAM uero paulo antea de rerū conseruatione locuti sumus, nouimus etiam Leonis pietiss. principis constitutionē de secundis agentem nuptiis, siquidem ad eas progressa fideiussoriam cautionē præstare nequiverit, res scilicet se liberis restituturā, ut trientes usuras percipiat: nos rem ipsam multo pulchrius ordinauimus, conueniente subdiuisione illius constitutionis (quantū ad hoc attinet) inducta. Et sancimus (id, quod & ante à nobis in quadam constitutione dictum est) si quis in donationem ante nuptias res conferat, quæ omnes immobiles existant: ut harum rerum usus fructus apud matrem ad secundas digressam nuptias maneat, & ipsa eum colligat, neque recuset, neque exigat à filiis pro earū rerū ultimatione usuras: sed curam illarū gerat, in quātum lex permittit usufructuariis, custodiariis; eas secundum leges superstitibus filiis: aut si omnes decesserint, secundum nostrā legem casu quidem non existentium filiorum matri, reliquo uero filiorum hæredibus conseruando. Si uero uniuersa ante nuptias donatio in numerata pecunia uel alijs mobilibus rebus consistat: ne mater trientes usuras cum cautione legibus iam expressa percipiens, aurum à filiis exigat: nisi forte mariti substantia omnium rerum copia abundet, & aurum, argentū, uestem, quidquid denique matri transcriptum fuit, habeat. Tunc enim electionem dabimus matri, utrum res capere, & fideiussoriam cautionem præbere, an secundum priores leges & nostrā prædictas usuras (nempe trientes) uelit percipere. At si permixtæ res sint, & donatio partim numeratam pecuniā, partim immobiles res habeat: imobilia quidem omnino apud matrem resideant, ut inde alimentū habeat. in mobilibus uero eadē obtineant, quæ prius lege sanximus, cum omnes res donationis ante nuptias in mobilibus consistunt: diligenter prospiciente muliere, ne quid per negligentiam in rebus immobilibus admittat, & deteriores eas faciat, sed quales accepit, tales & restituat. **E**X HOC alius nos tractatus euocat, successionē filiorū complectens, quam capiant, quæ secundis se iungunt nuptiis. Ac de his quidem iam à nobis conscripta lex est, inscripta ad Hermogenem gloriosiss. uirum, qui magister sacrorum nostrorū officiorum fuit, edita XVI. kal. April. sub consulatu gloriosiss. Belisarij: in qua sanximus, ut matres ad filij, qui ipse filios non reliquerit, hæreditatē unā cum ipsius defuncti fratribus absque ullo negotio uocentur, eamque firmiter tam iure utendi fruendi, quam proprietatis teneant, siue ante, siue post delatā hæreditatem secundis se nuptiis iunxerint: abrogatis per illam cæteris legibus, quæ cōtrarium de his aliquid promulgabant. Hanc nostram legislationē nunc quoque ratam manere sancimus: sed in his tantum, quæ iam ad secundas progressæ sunt nuptias, & quibusdā filiis suis successerunt: stabilitateque hæc eis per omne iam inde ab initio emensum tempus cōseruari, siue ante nuptias, siue post nuptias filij hæreditatem ad ipsas deferri contigit. Quæ uero de mulieribus posthac ad secūdi se uiri cōfortiū cōferētibz dicenda sunt, ea præsens lex in formā redigat, & ad plenum sanciat. Proinde necesse est, ut filius, qui moriē, siue masculus, siue femina, uel cōfecto testamēto moriatur, uel sine testamēto. Ante igitur de his, quæ ex testamēto descendunt, locuti: eo modo ad ordinem, qui ab intestato seruandus est, perueniemus. Si itaque filius legitime facti testamento, substantiā partemque eius aliquam matri relinquet: capiat eam ipsa propter scripturā (quia ubique uolumus, ut defunctorum uoluntates conseruentur) relictumque aut datum pleno iure tam proprietatis, quam usufructus obtineat. Quemadmodū enim integrum erat alicui relinquere extraneo, neque hæredi secundæ illius nocuissent nuptiæ: ita & cum matri is uel ea siue ex institutione hæreditatē, siue legatum reliquerit, recte id relinquet, tam iure proprietatis, quam usufructus, siue ex ijs rebus fuerit, quæ aliunde aduenerunt, siue ex paternis bonis: nihil ea in re fratribz queuntibus contradicere. Quod si filius intestatus decedat, matre iam ad secundas progressa nuptias, aut postea accedente: uocetur quidē & ipsa

& ipsa unā cum filij filiarū fratribus, uel fratrum filijs pro uirili (secundū nostrā uidelicet constitutionē) ab intestato ad illius successione. Ita tamen, ut eorū, quæ ex paterna ad filiū substantia peruenierunt, tantūmodo usum fructum habeat, siue ante, siue post id tempus omnino ad secundas procedat nuptias. Ad reliquas uero res, quæ præter paternā successione filius iā inde ab initio in bonis habuit, secundum nostrā uocationem, quam modo & ipsam correctione quadam indigere dicemus, perueniat. Atq; hæc dicimus de rebus, quæ extra donationem ante nuptias sunt positæ. Quæ enim à nobis & insuper Leonis pietissimi principis constitutione, in quibus mater solum usum fructū habet, de illis sancita sunt, inuiolata conseruamus. cæterū hæc in alijs rebus sancimus: & sequenti legi tradimus, quæcunq; extra donationem ante nuptias filio à patre, aut ex alijs causis, siue ex testamento, siue ex successione ab intestato accesserūt: ut quod de ingratis filijs dictū est, id cum uera ingratitudinis causa ostenditur, ex omni parte in his etiam rebus seruetur: omnibus alijs, quæ de successione parentum in filijs, uel filiorum in parentibus dicta sunt, inuiolabiliter custodiendis. At uero ingratitudinē hoc loco nō tantum, quæ erga matrem (prout ante à nobis dictum est) sed etiā quæ erga ipsum defunctum fratrem facta est, consideramus. Et quancūq; sanē multas quotidie inter fratres cōtentiones suboriri cernimus: tamē eum duntaxat tantū ingratum circa fratrem effectum in partem huius lucri uocari non sinimus, qui per insidias fratri mortē intenterit, qui criminalem illi accusationem impegit, qui uniuersa eum substantia exuere studuerit. Illius enim portio tam ad reliquos fratres fratrumq; filios, quam ad matrem perueniat.

Atq; hæc lex de filiorum successione, quibus matres succedunt filijs, posita sit: introducens his, quæ in posterum secundo se marito sociabunt, à nobis excogitatam subdiuisionē. Quæ enim iam in secundum conuenerunt matrimoniū, & memoratæ legis nostræ beneficio potitæ sunt: his ius esto, ut quæ ex filiorum successione ad ipsas peruenierunt, siue ex testamento, siue ab intestato: ea firmiter & proprietatis & usus fructus iure habeant, & item alienare, de ijs testari, & ad alios, quo uolūt modo, transmittere possint: nullo eis impedimento ex præsentī lege ullo unquam tempore obstaturo.

SED ET ILLUD, quod in prædicta nobis legislatione constitutum est, prioris matrimonij filijs ratum permaneat: nempe si donationem ante nuptias, quam mater ex morte mariti sui lucrificerat, ad eum, qui ex filijs mortuus esset, peruenire contigerit, & per eam causam pars eius hæreditatis facta sit: ut mater ne pro ea quidem parte, pro qua hæreditatem filij agnoscat, in rebus eius ante nuptias donationis proprietate fruatur: sed in his tantum, quo ad uiuit, habeat usum fructum. Obstat igitur & hoc in prioris matrimonij filijs, qui gratos se perhibuerunt: nisi ante dictam legē de his iudicialia sentētia, uel suscepta inter partes trāfactio aliquid definerit.

ITEM QVIA mater per filium quidem masculum excludatur, hoc efficiente SENAT. consulto, quod Tertullianū appellant, cū filiabus uero admittebatur: nos nō ius filiorū inquirētes, sed nostra sponte ei legitima assignantes iura, uocauimus & ipsam unā cum defuncti masculis fratribus pro filiorum numero, ut & ipsa tam magnam partem habeat, quantam unusquisq; ex fratribus: idem hoc statuentes, etsi permistim masculi simul & fœminæ existant. Si uero mater & fœmellæ solæ existant: ibi SEN. consultum mediam quidem partem dabat matri, residuum uero sororibus, quantæ eamq; extitissent. Quod quidem quia prius non correximus, nunc saltem ad competentem correctionem deducimus: uocantes & in hac specie ipsam ad proportionem & numerū liberorū, ut quantū quæq; filiarum habet, tantū & ipsa ferat. Et in omni specie, quæ huc pertinet, in uirilem portionem (quo scilicet modo lex appellat) mater ueniat, siue soli masculi existant, siue solæ fœmellæ, siue mistim uterq; sexus.

POSTREMO & illud legi apponere iustum putauimus. Quamquam enim si uir mulierū tam ex prioribus, quam secundis nuptijs, quas post hanc nostram contraxerit legem (de his enim præsentia tantum cōstituiimus) relictis filijs moriatur, quæ in lucris ex nuptijs prouenientibus obseruari oporteat, ea lata lege sanximus, & præterea partes, quas legitimis & suis, neq; ingratis liberis parentes relinquere necesse sit, disternauimus: non tamen iustū fuerit, ut ipsi parentes ad secundā omnino prolem deflectāt animū, & cum prioribus legitimā tantūmodo partem relinquunt, reliqua omnia transferant ad secundos: sed & prioribus aliquid ad legitimam adijciat. Nam si quem ex secundis nuptijs aut etiam primis habeant ita ferijs grauibuscq; studijs deditum, ita dilectū, ut in possēssione rerū longe eū cæteros uelit antecellere: damus quidem hoc agendi licentiā. at non, ut funditus priores filios depauperet, secundos opibus auctos reddat: sed ne nimis augmentum amplificet, neq; omnino priorum nuptiarum obliuiscatur, confirmetq; quæ de talibus à nostris dicta sunt maioribus, imō reputantes in animo, quod ambo filij sunt,

ita successio-

ita successiones in testamētis partiatur, ut cū secundis prospiciūt, prospiciat item & primis. Si enim ipsis sine testamento morientibus, omnes ex æquo lex uocat: conueniens est, ut ipsi quoq; legem imitantes, & legi honorem habentes, non perinde magnis illos depauperationi onibus implicent. Hoc namq; pacto & benigni patres erunt, & nostra legislatione digni. iusti quidem patres erunt, si solum legem obseruent: iusti uero & benigni, si quid etiam ultra legē relinquāt. Neq; hæc dicimus tantū inter ingratos liberos & eos, qui undiq; se gratos perhibuerunt (quæ enim ingratos concernunt, sæpius iam dicta sunt) sed de alijs, qui magis aut minus diliguntur. multum enim interest inter ingratitudinem & gratitudinem, & honorē non æqualiter exhibitum. Porro hanc particulam, ut liberorum ex primo secundoq; matrimonio procreatorum æqualiter ratio habeatur, nō quasi legem sancientes, sed potius quasi consilium dantes, proferimus. Alioqui in uniuersum testamētaria à nobis parte, quæ omnino filijs relinquenda est, aucta, & si quatuor tantum filij existant, usq; ad trientē, si ultra quatuor, usq; ad totius substantiæ femissem constituta: satis iam magnum filijs solatium addidimus, non breui mensura antiquā illis laxantes angustiam. SANCIT igitur præsentis lex (ut sæpe diximus) futuro tempore, neq; in ullo priora attingat, sed uniuersa penē, quæ de secundis dici possunt nuptijs, undiq; collecta & sub unam continuitatem conserta enunciatur, & tam priora per priores legēs in suo robore conseruet, quam quæ ipsa constituit, futuris secundis explanet nuptijs, ex omni deniq; parte nouam quandā & summa cura ac studio exquisitam utilitatē quærentibus inducat: omnibus constitutionibus, quæ de talibus latae sunt, in nuptijs post hanc nostram legem futuris & earū euentis uacantibus: una autem hac constitutione futuro tempore, prout à nobis determinatum est, in his casibus, quos ipsa comprehendit, pro omnibus sufficiente. Hæc igitur excellentia tua omnibus gentibus, sub tua iurisdictione degentibus, more solito manifesta fieri præcipiat: ut omnes agnoscentes, quod tamen si plus laboris sustinemus, quam sustinere æquū est eum, quem undiq; imperij curæ circumfluunt, nihil tamen prius aut antiquius illorum salute duxerimus: non multis è locis iura emendicent, sed uidentes in unum coaceruatā eam legislationis partem, quæ hoc determinat: cognoscant, quod & præteritum latis iam legibus reseruauimus, & futuro tempore conuenientem congruentiam & harmoniam imposuimus. Dat. XV. Kal. Aug. Constantinop. Belisario V.C. COS.

SCRIPTVM exemplum Patricio gloriosiss. præfecto huius almæ urbis. Scriptum exemplū Basilidæ gloriosiss. magistro sacrorū officiorum expræfecto, exconsule & patricio. Scriptum exemplū Triboniano gloriosiss. quæstori iterum & exconsule. Scriptum exemplū Germano gloriosiss. magistro equitum sacri Præsentis, exconsule & patricio. Scriptum exemplū Tzigæ gloriosiss. magistro peditū sacri Præsentis exconsule & patricio. Scriptum exemplū Floro gloriosiss. comiti sacrarum rerum priuatarum & exconsule. Tua igitur excellentia cognoscens ea, quæ nobis placuerunt, in iudicio tuo insinuet tam aduocatis, quam alijs, quibus præes: secundum hanc nostram constitutionē sufficientibus his, quæ hæc de re à nobis scripta sunt ad Ioannem gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfectum, iterum exconsule & patricium.

DE APPELLATIONIBVS. Constit. XXIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Triboniano gloriosiss. quæstori iterum, & exconsule.

Anteriorū legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maxime hoc circa appellationes facientes: & in præsentī ad huiusmodi beneficium peruenire duximus esse necessarium. Antiquitatē enim cautum erat, ut si quis per se litem exercuisset, & fuisset cōdemnatus: intra duos dies tantūmodo licentiā appellationis haberet. sin aut per procuratorē causa uentilata esset: & in triduum proximū ea extendetur. Ex rerū aut experientia inuenimus hoc satis esse damnosum. plures enim homines ignaros legum subtilitatis, & putantes in triduum esse prouocaciones

cationes porrigendas, in promptum periculum incidisse, & biduo trāfacto causas perdidisse, unde necessarium duximus huiusmodi rei cōpetenter mēderi. Et sancimus omnes appellationes, siue per se, siue per procuratores, seu per defensores, uel curatores, uel tutores uentilentur: posse intra decem dierū spacium à recitatione sententiæ numerandū, iudicibus ab his, quorū interest, offerri: siue magni, siue minores sunt, excepta uidelicet sublimissima Prætoriana præfectura, ut liceat homini intra id spacium plenissime deliberare, siue appellandum sit ei, siue quiescendum: ne timore instantiæ opus appellatorum frequentetur, sed sit omnibus inspectionis copia, quæ & indiscussos hominū calores potest refrenare. Ad hæc sancimus, si quādo lis speratur inferri in nostrum consistorium: si forte contigerit imperatoriam maiestatem occupatam publicis causis & mundanis prouisionibus nō posse conuocare patres, quatenus causa agitur: nō ex hoc litem periclitari, quod enim uicium est litigantium, si culmen imperatorium occupetur: uel quis est tantæ authoritatis, ut nolentem principem possit ad conuocandos patres, cæterosq; proceres coartare: Sed si quid tale euenerit: causa intacta permaneat, donec imperator monitus sua sponte & conuocari proceres iusserit, & litem inferri patiat, & omnia secundū morē procedere. Illud etiam in tertio capite disponendum est, quod antiquitas bene statuit, nouitas autem neglexit, cū enim uenerāda uetustatis authoritas ita magistratus digessit, ut alij maiores, alij medi, alij minores essent, & appellationes à minoribus iudicibus non ad maximos iudices remitterentur, sed ad spectabilem iudicū tribunal, quatenus & ipsi sacro auditorio adhibito litem exercerēt, nouitas autem hæc dereliquit: euenit, ut super minimis causis maximi nostri iudices inquietentur, & homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendijs, ut forsā totius litis æstimatio ad sumptus iudiciales non sufficiat. Ideoq; sancimus, si quando ex Aegyptiaco tractu, uel ad iuncta ei utraq; Lybia, prouocatio sperat: usq; ad decem librarū auri quantitatem, non in hanc regiam urbem uenire, sed ad præfectum augustalem, qui audiat, & causam dirimat uice sacri cognitoris: nulla ei post definitiuam sententiam appellatione porrigenda. Similiq; modo quoties in Asiana diæcesi uel Pontica tale aliquid emerferit: usq; ad prædictā quantitatem decem librarum auri appellationes ad uiros spectabiles (comites forte, uel proconsules, uel prætores, uel moderatores) quibus specialiter easdem lites peragendas deputauimus, remittantur: quatenus & hi ad similitudinē præfecti Augustalis uice sacri cognitoris intercedant, & causas sine spe quidem appellationis, dei tamen & legum timore proferant decidendas. Orientalem autē tractū causas appellatione suspensas, & usq; ad decem librarū auri quantitatem limitatas, ad uirū spectabilem comitem Oriētis mittere, simili modo audientiam & finē eis impositurū. Illo uidelicet obseruādo, ut uiri spectabiles duces, uel alij spectabiles iudices, nō ad alios eadē spectabilitate decoratos iudices suas transmittāt appellationes in litibus, quātēcūq; sint quātitatis: cū nō oporteat ad compares iudices appellationes referri, sed à minore iudicio in

maius

maius tribunal ascendere. Sed ad illustrissimam præfecturam illorū appellationes, cuiuscūq; sint quantitatis (ut dictum est) dirigantur: qui unā cū uiro excelso pro tempore quæstore eas dirimat: utroq; officio subministrāte, id est tam ex sacris scrinijs more solito, quā præfectorio. Ita tamen hæc sancimus, ut nec à ducibus, uel alijs spectabilibus iudicibus, quibus forte (& si priuati sint) imperialis maiestas causas iniunxerit, appellatio ad memoratos spectabiles iudices currat: ne causa non gradatim procedere, sed perperam uideatur. Sed à præsidibus quidem prouinciarum, & iudicibus à nobis datis, si non sint spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referetur. Si autem illustres sint dati à nobis iudices, quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt, uel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati, uel hi, qui à principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem: eorū appellationes sub quacūq; quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more iudices referuntur: omnibus alijs, quæ in appellationibus statuta sunt, uel ab antiqua profapia, uel ab authoritate anteriorum constitutionum, uel à nostra humanitate, intactis illibatisq; custodiendis.

DE PRAESIDE PISIDIAE. Constit. XXIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iurum exconsule & patricio.



Nunquā sanē credidimus, ueteres Romanos ex paruis adeoq; minutissimis principijs tam amplam constituere rempublicam, & totum exinde terrarum orbē (penē dixerimus) sibi adiungere, & præmere ac tueri imperio potuisse: nisi maioribus in prouincias magistratibus missis, plus ea re dignitatis sibi comparassent, simulq; illis armorum iuxta ac legum potestatem fecissent, neq; non ad utriq; accommodatos & idoneos habuissent, quos quidem Prætores uocabant, appellatione illis ex eo indita, quod cæteris omnibus præirēt & præponerēt: permitta scilicet eis tam rei bellicæ administratione, q̄ legum percriptione. Vnde & ea loca, in quibus publice magistratus uel ius reddere, uel habitare solebant, Prætoria appellare: & ut plerq; in rempublicā leges ex uiua prætorū uoce inferrent, cōstituerūt. Et multi prætores partim Siciliam, partim Sardiniam insulam, partim Hispaniam, partim terra maricq; alij aliud uel imperio adiecerūt, uel rexerunt. Hæc nos in animo reputantes, & uetustatem denuo maiore cum flore & uenustate quasi postliminio reducentes in rempublicam, Romano præterea nomini dignitatem addentes, & uidentes, quod duplici in asperiores prouincias magistratu ad hunc usq; diē destinato, neuter ad plenū sua sorte cōtentus fuerit, sed ex ea causa per quasdam nostras prouincias, in quibus tam ciuilibus, quā militaris magistratus existit, semper inter se rixetur, semper pugnet, nō quō subditis boni aliqd faciāt, sed quō eos magis atterāt: è re fore putauimus, si utriq; magistratum tam ciuilem, q̄ militare in unam formā contrahamus, imponemusq; denuo ei, qui hanc potestatem habebit, appellatione in Prætoris: ut idem & militaribus copijs, quæ per prouinciam sunt, secundum cognomentū antiquitus illis impositum præear, & præficiatur legibus. siquidem & hoc initio Prætorum erat proprium, & cum utriusq; officij annonas habeat: una tantum cohorte utatur ex centū cohortalibus (tot enim ei sufficiēt) quæ Prætoriana cohors appelletur, & per probatorias conuenienter hinc procedentes constituatur. Ita enim dignitate plenus erit, ita latrocinia exercentibus terribilis, ita iniustis inenitabilis, si maiore cum potestate omnia conficiat. & cum lex iam pridem à nobis posita iubeat omnes omnino iudices puris uti manibus: ei obtemperet, & præstito iuramento, secundū hanc res gubernet, tā armis utens, quā ciuilibus secundū nostras leges ordinans. Vnde tam etsi ex gloriosiss. consulibus aliquis ad hanc administrationem accedat, nihilominus in

i ij hoc

hoc imitatio quaedam priorum eluceat, qua uidelicet prouincias fortientes COSS. consularisq; iuri, & non multo illis inferiores Praetores, paulatim Romanorum nomen ita auxerunt, & tam amplum effecerunt, quantum nulli unquam alij reipublicae seu imperio concessit deus, id quod ueteres etiam annalium scriptores prodiderunt. * inuenimus & olim Pisidarum gentem uniuersae illius terrae summum tenuisse imperium, & iam nunc maiore & uehementiore hanc prouinciam magistratu indigere (nam & maximi in ea pagi sunt, & multi homines, & qui saepenumero ob ipsa publica tributa seditiones mouent) & praedati cibus illis & sanguinarijs regionibus, quae supra uoracitatem & quandam insatietate lupini capitis collocatae sunt, & Lycocranitaru habitaculu uocantur, hunc magistratu praeficiendum credimus, qui iam inde ordine legitimo in eam pgrediat. Ac si hic magistratus sub specie quadam incurfionis misceatur, componantur etiam in unum tam militaria, quam praesidalia insignia, & omnes eam militares copiae sequantur, quae in prouincia sunt, ad haec tota ciuili cohors uenerando iam uocabulo appelletur, & praetoris cognomento honoretur: quis ipsum non abhorreat? quis non reueretur, simul in unum leges & arma coire spectans, & indidem conditione proposita, ut aut legibus obtemperet, si bono esse animo & seruari uelit, aut ut uel primo statim intuitu pereat, armis in proximo leges corroborantibus? Oporteret igitur, ut qui hunc magistratum suscipit (semper autem gratis eam & absque ulla datione pecuniae ipsi conferimus, ut & ipse per omnia sordibus abstineat, & his solis, quae ex publico soluuntur, contentus sit, id quod etiam prima nostra lex dicit) iuste & pure & cum quadam asperitate humaniter se erga subditos gerat, quemadmodum in priore lege disposuimus. homicidia, adulteria, raptus uirginum, omne denique maleficium prouincia expellat: & qui ea deliquerint, secundum nostras leges puniat. neminem praeterea maleficorum reueretur, & si de potentioribus sit: neque his se submittat, qui nullam de se utilitatem, at bene nefarias de se occasiones praebere possunt: sed per omnia ius ipsum tueatur, & ad nostras leges respiciat, & secundum eas iudicet, & ut subditi nostri secundum illas uitam suamque studia instituunt, efficiat. insuper ad deum quoque & nostri timorem respiciat, neque praeterea quidquam omnino in animo cogitet. Item ut neque crebro ex prouincia huc commeat, neque immodicis literis nos interpellat, sed in omnibus prior ipse audientiam accomodat, eaque disceptet. & memor, quantum illi dignitatis magnitudinem dederimus: ita se hac in re gerat, ut pro gesto magistratu causam dicere necesse non habeat. sciens, quod si quis eo aditum suum non consequatur, compellaturque haec ad nos referre: pro eo deinceps certamen illi nobiscum futurum est. Quaedam modum est iurisdictionis augmento ipsum honorauimus: ita rursus si praeter intentionem & opinionem nostram tradita eum administratione abuti depraehederimus, competenti ipsum animaduersione persequemur, tam deo in hoc subseruientes, quam opem ferentes legibus, siue furta eum fecisse, siue gratia forte aut inimicitijs superatum, siue leges nostras transgressum esse depraehenderimus. dum enim subditos iterum erigere, & his malis, quae usque adhuc extiterunt, mederi uolumus: & magnas opes despeximus, & ad hanc dispositionem oculos conuertere properauimus. Porro non tantum ad haec eum prospicere oportet, quae ante a nobis dicta sunt: sed etiam curare, ut affluens rerum copia sit in urbibus, ne quid ciues deficiat. Inspiciat etiam in ciuitatibus opera, neque in hoc se ipsos a se uinci patiatur. sed & aquarum ductus, & portus, & muros, & itinera publica refici studeat: neque committat, ut exactores, qui illuc commeant, in aliquo subditos nostros praegravent: neque iussiones illas, quae improposito more fieri solitae, ex thronis excellentiae tuae de refectione murorum, de sternendis itineribus publicis, deque alijs plus mille causis procedunt, suscipiat. Omnium enim horum causa, & si aliud praeterea eius generis * nemini permitteret, ut subditos nostros iniurijs afficiat: neque prodibit de thronis tuis sententia, quae tale quid dicat (iam enim hoc prohibuimus) sed solus ipse omnium curam geret. Si uero ex sacrae nostrae legis sententia pragmaticam aliquam formam dirigamus, quam forte ad tuam emitteamus praefectura: examinet ille prius, quae inibi a nobis iubentur. nemini autem alij omnino copia fiet depraedandi subditos, qui magis aliquam prouincias iterum refertas hominibus, iterum suis ciuibus efflorescentes, neque undique huc confluentem uideamus hominum multitudinem, qui propter improbitatem praesidum in suam patriam reuerti non audeant. Ideoque sancimus, ne amplius excellentia tua Pisidiae gentis magistratus pro diuisis habeat, sed ut unum in ea sit spectabilis Praetoris officium, quod idem & militare & ciuile existat, quod similiter & publicarum ciuiliumque rerum curam gerat, & militibus praestet: ut mutuo auxilio & iurisdictione ex armis uires colligat, & cohors armata cõdecoretur lege. Neque enim deinceps aliqua per urbes orietur seditio, si talem de cetero uirum praefecerimus, qui utroque nobis officio dignus

gnus putabitur. Quaecumque igitur fiscus erogaturus est, ea secundum subiectam huic sacrae nostrae legi descriptionem spectabili praetori circaque ipsum uersari solitis praestari iubemus. Vide & sacrae nostrae appellationis nota praeponi uolumus, & qui Pisidiae praeses erit, is Praetor Iustinianus esto. Obtemperet autem illi Praetoriana cohors, ex probatorijs (uti diximus) constituta, quae similiter tam ciuilibus, quam militaribus hominibus iuxta & rebus occurrat para sit. Ad haec publicorum quoque tributorum exactio huic praesidem cohortemque eius respiciet: & omnia magistratus habebit insignia, quae etiam modo habet, sella scilicet curulem ex argento, & fasces. habebit etiam inter milites Adresponsum. adeoque & eo ipso principatum illi inter milites, qui ibi locorum sunt, tribuimus: ut ipsos & pulchre regat, & cogat in ordinem, instruatque, ut non solum latrocinantes persequantur, sed etiam subditos inter se mansuetos & modestos reddant. neque item committat, ut seditiones moueantur in urbibus, aut comites quidam ad fiscum spectas diuellant: sed supra omnes potestate habeat, nemine profus excepto.

Collocatus autem hic magistratus sit in medijs, & in numerum spectabilium descriptus. Vnde quaecumque in uicarijs olim, hodie in comitibus Iustinianis Pacatianae Phrygiae & Galatiae primae, item spectabili comite Orientis, & spectabilibus proconsulibus sunt: ea & in hoc existant. sicutque & ipse spectabilis magistratus, & appellationes, quae apud ipsum interponuntur, mittantur huc & examinentur, sicut in ceteris spectabilibus fieri solet magistratibus, introducanturque in iudicium gloriosorum praefectorum, in cognitionem causae adhibito etiam gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii: propterea quod tametsi is magistratus non nihil in se habet militare: tamen quia profus in ciuilem & legitimam mutatus est formam, ideo necessario eundem tenere ordinem debet, qui pro consuetudine iam olim obtinere in spectabilibus magistratibus obseruatum est. Quonia uero nuper sacra constitutione conscripta promulgauimus, ut causae appellationum a spectabilibus praesidibus huc deuolutae, in habitu & ordine sacri auditorij examinentur: sancimus, ut si qua eiusmodi causa emergat, scilicet in Pisidia duxat, ex delegatione siue nostra, siue alicuius gloriosissimi nostrorum procerum: nisi qui datus est iudex, spectabilis sit: sancimus, ut non ad spectabile Iustinianum comitem Pacatianae Phrygiae (id, quod prius lege determinauimus) profisciscatur, sed ad ipsum defera in sua prouincia interposita appellatio, & ipse de ea cognoscat in habitu sacri auditorij (cohonestamus etenim magistratum hoc etiam) & perfectam illi formam imponat, non remittendam ad hanc aliam urbem, ne forte paruis de causis magnas honorum suorum perturbationes & damna litigatores sustineant. Vt autem qui uel hoc praetoris, uel alia a nobis inuenta & inuenienda officia suscipiunt, cognoscant, quo tandem modo prouincias eos gubernare conueniat: uisum nobis est, non tantum signa eis praebere administrationis in codicillis (ut uocant) sed etiam modum praescribere, secundum quae prouinciam administrant: quae quidem, qui nos antecesserunt legislatores, consulta quaedam praesidalia appellabant, ut ad haec intentis oculis propriam dirigant administrationem, perque hanc omni ex parte subditis nostris profint. Vnde & id genus sacra mandata iussimus in sacro laterculo reponi, ut una cum codicillis praebentur praesidibus, tum iusurandum, quod in sacra nostra constitutione descripsimus, praestantibus: tum omnia alia, ut nos ordinauimus, administrantibus. Subijciatur autem a nobis huic sacrae legi quaedam etiam descriptio, quae exprimat, quid ipsum, cum deligitur, praebere conueniat occasione codicillorum officij: quid rursus illi, item adlessori, & circa ipsum uersari solitis porrigatur ex publico: ut omnibus nota facta prouidentia, quam circa officia gerimus, ille incõraminarum nobis & undique spectatum suum exhibeat ministerium. Hanc sane legem tum sacratum nostrarum constitutionum lectio monstrabit (iussimus enim & hanc inter eas describere) tum ipse ad effectum deduces, ut perpetuo in ipsis factis reluceat conspiciaturque. **OPORTET** Praetori Pisidiae annonarum, & capituum, ac reliqui solatij titulo praebere solid. 300. eius adlessori, solid. 72. eius cohorti, aureos 52. Rursum pro codicillis administrationis oportet ipsum praebere sic. Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, fol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum & laterculensibus, fol. 45. eius adiutori, fol. 3. cohorti gloriosissimi praefectorum pro iussionibus & omni alia causa solid. 60.

DE PRAETORE LYCAONIAE. Constit. XXV.

Imp. IUSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem praetorum praefecto, iterum ex consule & patricio.

i ij Cum



Vm ad prima illa principia, ex quibus Lycaonum gentem antiquarum rerum scriptores & enarratores constituisse tradiderunt, respicimus, & quod maximam cum Romanis affinitatem habeat, quodque ex eadem ferme occasione in unum coacta sit: maiore, quam hactenus, magistratu eam exornare, iustum putauimus. Siquidem usu uenit ut olim, Lycaon, qui Arcadiæ in Hellade rex fuit, & Romanum solum incoleret, & assumptis quondam Oenotrijs Romano imperio daret ueluti principium (dicimus autem uetera illa, quæ longo ante tempore Aenæ & Romuli ætates præcesserunt) & deducta in hæc parte colonia, Pisidiæ bonam partem adimeret, eique deinde suum nomen inderet, & regionem ex se Lyconiam appellaret. Inde adeo iustum fuerit & ipsam magistratu adornare, cui ueteris apud Romanos instituti signa & notæ inscribantur, & illos, qui hoc ipsam tempore regunt (de præside ciuili iurisdictionis loquimur, & eo, cui armorum cura commissa est) in unum contrahere, & Prætoris appellatione decorare. Est enim hoc nomen quasi iure patrio Romani imperij proprium, & ante ipsos etiam C O S S. in ampla Romanorum republica usui habitum. Nam ueteres Romani suos imperatores prætores appellabant, simulque illis præbebant, ut militaribus prærent copijs, & descriptis ab illis parebant legibus, & prorsus erat hic magistratus ex ambobus contemperatus, præ se ferens & ostentans tam in instruenda acie robur, quam in ferendis legibus rectum & decentem ordinem. Quonia igitur propositum nobis est, etiam hic utranque administrationem in unam contrahere: propterea optimo illi iure prætoris appellationem imponimus, ut unam cum prætoris appellatione audientium animis insonet ipsius quoque magistratus substantia ac natura, & quod non simplex sit, neque ad unam aliquam rem tantummodo (nempe uel arma, uel leges) respiciat, sed simul utrumque ad se munus ex æquo attrahat: quodque per copias militum uehementis & robustus, per legem lenis & mansuetus sit, & per hanc causam maleficis quidem uehementiore, probioribus uero ciuiliorem se & moderatiorem exhibeat. Neque hoc sine causa agimus, aut solam appellationem atredimus, sed ex usu ac necessitate magistratus quoque metimur. Nam fortes ea regio uiros habet, neque in ullo differt ab Isauria in medio, ut quæ mediterranea, aprica, equorum alitrix existens, tum multos uiros, tum multos equos enutriet. magnus quoque in ea numerus est magnorum pagorum, & uiuorum ad equitandum, ad sagittandum, ad animos sine negocio & celeriter excitandos, ad arma prompte tractanda, denique tam ad militare imperium forte auerfandum, quia illorum status priuatam ipsis fortunam & solis ciuilibus magistratibus subditam adscribit, quam ad hoc rursus ciuile scilicet contemnendum, quia soli obtemperare legi, quæ non item strenuitatem quandam adiunctam habeat, audacioribus formidabile est, idoneorum. Hæc nos permouerunt, ut hunc quoque magistratum quemadmodum apud Pisidas fecimus, coadunatum redderemus, & nostro apposito nomine Prætoris ei appellationem inderemus. uolumus etenim & hunc Prætozem Iustinianum Lyconiam appellari, quomodo sanè & Pisidiæ, & aliorum. Deinde utraque etiam cohortem in unam contrahimus, constituendam ex probatorijs, more solito ex sacro libellorum scrinio, ex quo olim & duciæ an eas ferebant, procedentibus, mensuramque illius ad centum usque uiuorum numerum extendimus. & utriusque magistratus annonas illi adsignamus, sed & assessori & reliquis, quæ quidem ex subiectis sacræ huic nostræ constitutioni descriptionibus clara faciemus. Habeat item ad responsum, ut inter milites omnia recte geratur atque ordine. adeoque & alijs eum militibus, qui per dictam prouinciam stationes agunt, imperitare sancimus. Mitemus sanè, qui id officij suscepturus est, unum aliquem de probatis, & de numero nostrorum procerum, unde & olim prætores procedebant, suisque laboribus adornabat rempublicam, nunc residentes in solo Italico, nunc proficiscetes ad loca forëtia. Ac talis quidem semper sui ipsius memor, & unde illi hæc administratio accesserit, ueneradum se præbeat subditis, horrendum latrocinijs & maleficis, omnia maiore cum fiducia peragens. Neque dubium, quin puris utetur manibus, quandoquidem & officium gratis suscipit, & alioqui lex nostra nuper à nobis lata omnibus omnino magistratibus in ipsa descriptis præcipit, ut manus contineant (qua de causa & iuramentum præstant) & secundum leges nostras diiudicent, omnemque æquitatem & iusticiam subditis impertiant. Eo pacto cum reipublicæ suæ statum ueteres Romani exornarent, omnibus alijs rebus publicis potiti sunt. Quis enim hunc magistratum non reueretur simul & horreat, uidentis duplici eum forma excubias agere, tum ut quæ lex iubet, facile ordinet: tum uero si quid de lege uioletur, ut hoc armis corrigat. Quibus autem de rebus Prætozem Pisidiæ in lege, quæ de ipso conscripta est, appellauimus: de ipsdē pulchrum putauimus & huc appellare. Oportet enim ut cum undique gratuitum hoc officium suscipiat, ab omnibus & ipse

fordibus

fordibus alienissimus sit, his solis contentus, quæ fiscus præstat, prout iam ante de præfidalijs officijs lata lex differit. Ut ite in rebus gerendis syncerum & iustum se præbeat: ac quomodo administrationis ratio permitta est, ita & ipse harmoniam animi sui nuic acutioribus & intentis, nunc lenioribus & remissis sonis contemperet. Odio quoque habeat & puniat omne adulterium, ad hæc homicidium, sed multo his uehementius raptus uirginum. Cæteros etiam maleficos, siquidem incurabili morbo laborant, citra exceptionem puniat. si uero mediocriter: ad meliorem frugem transponat. Insuper neminem improbe agentium reueretur, etsi diues, etsi maiore aliqua dignitate præditus sit. propterea enim de numero præstantiorum electum ipsum mittimus, ut pro sua potentia necesse non habeat cuiquam alij attendere, quam nobis & legibus, secundum quas & ipse iudicet, & subditos uitam instituere procuret.

Sed neque socordiam se dedat, neque alicui iniuriam faciat, ne eius puincia homines, cui præest, propter iniurias illic acceptas regionem suam relinquat, & continue nobis hic faceant negotia. Quin ipse prius audientiam his, quæ ad eum referuntur, præbeat, eaque disceptet: & usque memor honoris, quæ illi detulimus, ita administrationis laboribus se exerceat, ut laudē inde & à rationibus gesti magistratus reddendis dicendaque causa immunitatē consequatur. Illud certò sciens, quod si quis nos adeat, referens domesticam sibi rem incommodis affectam esse, siquidem expertus apud eum, ius suum obtinuerit: hunc ipsum sine aliquo dato responso remittimus. si uero cum prius ad ipsum retulisset, deinde non obtento iure suo, ad nos decurrat: tunc non illi nos in posterum, sed ei, qui magistratu fungitur, iudicium constituemus. & quemadmodum ampliorem ei honorem reddidimus: ita & si socordiam eum se dare, & his, quæ in ipsum contulimus, negligentius uti depræhenderimus: opem feremus legibus, & conuenienti eum animaduersione persequemur. & quemadmodum ille neque uerba nostra, neque leges, neque formam & gradum magistratus ueretur: ita neque nos ipsum uerebimur, sed perinde ei obuiabimus, ut & ipse rerum administratione utetur. & siue sordidis eum manibus uti, siue ad affectum aliquem respicere, siue leges nostras transgredi depræhenderimus: nos uigore legis ad facti sui rationem reddendam eum sistemus. neque enim ut subditos seruemus, pecunijs, aut quapiam aliarum rerum, quæ nobis suppetent, pepercimus. Oportet præterea ipsum prouidere, ut omnia recte atque ordine fiant in ciuitatibus. & primum quidem, ut ciuitates sub ipso collocatæ seditionibus careant, ex omni parte æquitatem conferuans, & summo studio prospiciens, ne nimium subditis indulgeat & frenis relaxet. Deinde neque opera in ciuitatibus negligat, ne per hæc causam deminuantur uel aquarum ductus, uel ipsorum pontium transitus, uel murorum munitio, uel cura itinerum: sed omnia reficiat, aut saltē ad nos referat, ut partim ex ciuilibus ea retribus, partim nostra liberalitate queant reficere. Neque ite committat, ut exactoribus, qui à nostris hinc proceribus commeant, sit in aliquo damnum subditis nostris inferendi licentia: aut ut hi subditos nostros grauent, qui consuetas illas iussiones adferunt, quæ olim ad subuersionem eorum, qui mediocriter uitam instituerat, de thronis tuis procedebant, nunc iniungentes murorum reparationes, nunc curam itinerum, nunc imaginum, pontium, portuum, aqueductuum publicorum renouationes, locorum denique publicorum ablationes, & ædium quasi in solo non iusto exadificatarum demolitiones, & id genus alia magis ad nectēdas calumnias expedita: sed ipsemet hæc ad animi sui curam reuocabit, omnia peracturus absque dispendio. Si uero nobis uisum fuerit maiore eam rem inspectione indigere: sacra pragmatica forma utemur, qua secundum ipsum alteri quoque hanc inquisitionem iniungamus. Ita aliquando respiciantur subditi, ita denuo efflorescent ciuitates, ita qui eas incolunt, magnum incrementum capient, neque de patrijs sedibus diffugient, rerum suarum incolatū propter præsidium improbitatē quasi terriculamentum aliquod metuentes. Scire igitur oportet excellentiam tuam, quod unus & simplex hic magistratus, non duplex futurus sit: ut omnia, quæ fiscus utriusque prius officio præbebat, ea secundum descriptionem sacræ huic nostræ legi subiectam tam ipsi det, quam circa ipsum uersari solitis, & cohorti eius, quemadmodum & hactenus præbita sunt.

Et publicorum tributorum exactio ipsi simul & obtemperantibus ei prætorianis cohortalibus incumbet. habebitque utriusque officij insignia, tametsi plurima militaria sunt, tamen & in uehiculo sedebit argenteo, & præcedet ipsum securis (nam & hoc consularis imperij signum est) similiter & fasces ipsi cum solennitate præibunt. obseruabitque eum uniuersus exercitus, qui per eam prouinciā stationes habet: cui curæ erit, ut & latrocinia refecet, & iniuria affectis opituletur, & subditos nostros mansuetos inter se & modestos reddat.

Sed neque comitibus permittet, ut ad publica tributa annuant, animumque adijciant. Sed & inter spectabiles ipse collocabit, tametsi qui eam administrationem suscepit, maioris

forte

forte sit dignitatis, siquidem dignatio eorum, qui provincias regunt, talis futura est, qualem nos ad quaque administratione idonea fore iudicauerimus. Ipsum uero propter imperium, quod gerit, conueniens est inter spectabiles numerari, inter quos & proconsules & comites Orientis, Galatiae & Phrygiae sunt. Unde & ipse causis, quae in eius mouentur provincia, tam pecuniariis, quam civilibus, & liberalibus audientiam praebit, uti id genus magistratibus licet. Appellationes quoque contra eius sententias interpositas examinantur hic ex more, qui iam pridem in spectabilibus magistratibus obtinuit, tam gloriosiss. sacrorum nostrorum praetorum praefecti, quam gloriosiss. quaestor (prout iam inde ab initio traditum est) eo quod alter iam magistratus civilior factus sit admittis legibus, quas etiam in ipsa arma imperium habere uolumus.

Secundum legem uero nuper a nobis positam, si quae causa intra provinciam suam mora, quingentorum aureorum quantitate non excedat, quae per prouocationem deinde a suo transferatur iudice: de hac non Pacatianae Phrygiae comes (ut prius diximus) sed ipse cognoscat, etsi ex delegatione, siue nostra, siue alicuius gloriosiss. nostrorum procerum, causa alicui commissa sit: modo propter rationes quas nuper in constitutione de appellationibus lata praescripsimus, spectabilis non sit. & causae finem imponet, non (ut olim) post etiam huc mittenda, ne ob paruas occasiones magnorum ea res dispendiorum subditis nostris animum praebat.

Haec autem & nos illi manifesta faciemus. Siquidem studio habet potentia nostra, non tantum ut administrationis signa eis ex codicillis quos uocant praebemus, quae spectabilibus magistratibus attribui solent: sed etiam ex mandatis principalibus, quae ueteres olim principes & legislatores responsa praesidibus edita uocabant, quae cum nos descripsissemus, iussimus in sacro nostro reponi laterculo, ut inde semper una cum codicillis praebentur magistratibus, ac hi quidem ipsum conferant officium, illa uero dirigant administrandi officij rationem.

Ceterum ex descriptione, quae sacrae huic nostrae legi subiicitur, clarum erit, tum quid ipsum, cum deligitur, occasione codicillorum officij praestare conueniat: tum etiam quid ipsi simul & adfessori, ac cohorti eius a publico erogabitur. Sed & si quos uicinarum ei prouinciarum praesides circa tributariam rationem negligentes inueneris: non alium emittes, sed ipsos spectabiles praesides fatigabis, ut uicinarum prouinciarum praesidibus, si fociordia se dedant, immineat & procurent, quomagus ea omnibus in publicum modis inferant.

Prasentem itaque legem nos quidem sacrarum nostrarum constitutionum uolumini iussimus inseri: ipse uero ea suscepta, omnia ex illius praescripto agas, immortalem perpetuo beneficij nostri memoriam praeseferentis. **O P O R T E T** Lycaoniae Praetori in hunc modum praebere. Ipsi quidem annonarum capituum & reliqui solatij nomine, solidos 300. eius adfessori, sol. 72. eius cohorti, aureos. 52. Rursum oportet eum praebere spectabilibus chartularijs sacri cubiculi per causam codicillorum, sol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum & laterculensibus, solid. 24. eius adiutori, solid. 3. cohorti gloriosiss. praefectorum pro iussionibus & omni alia causa, solid. 60.

DE PRAETORE THRACIAE. Constit. XXVI.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem praetorum praefecto, iterum exconsule & patricio.

Illud in confesso est, quod si quis Thracum regionem nominet, statim una cum dicto uiriliter quaedam animum, & militariu copiaru, bellorum ac pugnae cogitatio subeat. sunt enim ista ingenita & quasi patrio quodam iure huic regioni attributa. Itaque & prius a nobis suscepta est cogitatio redigendi in meliorem statum ea, quae illa loca concernunt: & hoc tempore de his, quae longo iam agitauius consilio, praesentem legem tulimus. Duos sane uicarios nomine ad Longum murum sedere, omnes scimus, quorum alter militares cohortes regit (est enim magna uis militum eo in loco) alter praefectus est negocijs civilibus. Ac cum ambo uices illic implcant, hic quidem gloriosiss. praefectoru, ille uero magnanimorum magistrorum militiae: nunquam tamen inter se consentiunt, sed tamen suas unicuique fiscus annonas separatim suppeditat, & alia praebet solatia: nihilominus unum hoc sibi negocij perpetuo & indefinenter sumunt, ut contentiones inter se immortales exercent. Recte igitur atque ordine uisum nobis est hic quoque facere, quod apud alias gentes, quantum non ita efferas, non ita militaris custodiae indigentes, fecimus: & ut non hic quidem

quidem civilibus negocijs praesit, ille uero inter milites & solos imperitet, utriusque officium in unum contrahere, & praeficere ei loco grauem aliquem & reuerentia dignum magistratum, qui ex aequo tam civilia illic negocia curet, quam de uenusto & decenti ordine militum sollicitus sit. Nam qui provinciam moderatur, in alijs uersatur locis, uix illis sufficiens. Si uero horum locorum custodia, omniumque rerum per ea loca administratio, & in bonum ordinem collocatio, tum etiam militia bono aliquo uiro indiget, & qui idonee tam milites possit excolere, quam imperitare ex lege: quod tandem illi nomen ex uetustate accommodatum imponemus: aut quam appellationem amplexi, hunc gerenti magistratum aptabimus: an uero re ipsa manifestum non est, quod quemadmodum Pisidiae rector, & summus Lycaoniae magistratus a nobis nominatus institutusque est: ita & hic Praetor nominabitur, assumpto pietatis nostrae cognomine. Nam si Praetor Romanorum imperatoris simul & legislatoris locum in sua republica tenuit: in confesso est, quod nihil perinde huius magistratus appellationem deceat, quam nomen Praetoris. Siquidem & militum copias reget, & paganos subditos non paucos habebit, quibus ex nostris legibus ius reddet. Denique tam civiles res, quam militares in istis locis bono aliquo uiro indigent. Nam & anterioribus temporibus semper quidam militares uiri, in summis constituti dignitatibus, tam militaribus illic copijs praebant, quam ceteris auxiliario erant, quauis non milites, sed pagani existerent. Barbarorum enim excursions non medio cri opus habent praesidio. Quae uero illos concernunt, ea committi debent uni alicui, qui secutum leges ipsis praesire possit: cum multum inter sit inter rectum & peruersum ordinem: & omnibus perspicuum sit, quod militaris quidem res, si sola & per se consistat, ultra quam decet, effertur audacia: civilis uero, nisi admittum habeat robur militum, infra mediocritatem auctoritate careat: utriusque uero, si in idem cum altero concurrat, omnium perfectissimum & absolutissimum sit, quodque tam ad gerendum bellum, quam ad tuendam pacem sufficiat. Ideoque huius etiam provinciae officia copulantur, & Praetor hic Iustinianus Thraciae nuncupator. Signa uero magistratus a nobis erunt, tam codicilli hinc procedentes in forma ceterorum spectabilium magistratum: quam monita quaedam imperialia, ratione explicantia, qua provinciae administrationem perficiat, quae maiores nostri mandata principis nuncuparunt: cum quibus in provincias proficiscentes, qui eas sortiti erant, inde quid factio opus esset, accipiebant. Atque ea res semper & pulchre excellens habita est, magnumque nominis splendorem praetoribus addidit apud plurimas reipublicae nostrae gentes: & maxime Occidentales, a quibus progressi Romani totum (penes dixerimus) Septentrionem, & meridiem, & multo maximam Orientis partem suo adiecerunt imperio. Quae igitur in dicta a nobis lege de prouincialibus officijs scripta sunt, quae item de Praetore Pisidiae & Lycaoniae differuimus, ut & ipsi gratis hic designentur, & gratis se uicissim subditorum nostrorum comodis exponant: omnibus manifesta sunt. In uniuersam enim iam imperij nostri ditionem lex prodijt, & apud omnes uulgatissima facta est. Descriptum sane & iusiurandum est, quo magistratus nostros conueniat, cum officia suscipiunt, animam suam deuouere deo, & tueri subditos nostros in aequitate & iusticia, ab omnibus sordibus, inimicis, gratia remotissimos. Ceterum cohortales ei non ultra centum apparebunt: habebitque tam civilis, quam militaris officij insignia. Insper aderit illi etiam Adresponsum propter copias, quae illic resident: in quas plenum habebit imperium, & quiduis cum illis ad utilitatem reipublicae & attendandi & perficiendi licentiam. Publicorum praeterea per illa loca tributorum exactio tum ipsum, tum cohortem eius respiciet. & tota cohors Praetoriana appellabitur, hinc edendis & ex sacro epistolarum scrinio prodeuntibus probatorijs constituenda, unde tales olim probatorias Vicariana quoque cohors ferebat. Curae autem habebit, primum quidem, ut a donis & muneribus puras conseruet manus. deinde ut omnem aequitatem subditis nostris tam publice, quam priuatim exhibeat, & omnem iniusticiam a litigantibus depellat. Item ut milites quidem bellicis exercitationibus meliores & alacriores efficiat, paganos uero per legem componat, ut iusti & ab omni improbitate & malicia immunes redantur: quomagus hi quidem ad iusticiam, illi uero ad uirtutem & fortitudinem progressus faciant: & si belli causa aliqua fiat excursio, facillime hanc expediat, utraque cohorte praesente, illa quidem altera subministrante in istis, quae civiles cohortales decet: copijs uero militaribus contra tergiversationem hostiles insultus propulsantibus. Oportet insuper, ut etiam in causis, siue haec pecunias, siue crimina, siue aliud quiddam concernant, audientiam praebat, & recte secundum leges nostras, & absque omni affectu iudicet: ne aliqui inde excurrentes, nostram inquietent potentiam. Neque enim uolumus, ut collatores nostri, relicta prouincia sua, a prouincia praesidibus despecti, huc adcurrant. Nam si posthac nobis ab his, qui ex eo loco

commeant, negotium fiet: omnino percontabimur adentes, si ea renunciarint imperium in prouincia gerenti. ac si edocti fuerimus, quod ista non denunciarint: cum summa eos increpatione remitemus in prouinciam. si uero illi denunciarint quidem, at prouinciæ imperium gerens aut per socordiam omisit, aut turpi aliqua de causa legum ratione non habuit: tunc omnem animi nostri motum in ipsum cõuerremus. Quemadmodum enim maiores in illum erogationes fecimus (nimirum utriusque officij) tantæque hominũ multitudinẽ eũ præfecimus: ita si cõpẽtũ habuerimus, quod indigne in hoc uerfẽ officio: neque remisse agemus, neque mediocres pœnas irrogabimus. imò quanto ipsum altius in sublimẽ euehimus, si probe se gerat: tanto rursus grauioribus eum percellemus pœnis, si quid contra leges deliquerit. Ad hæc nemini omnino oportet eũ succũbere, neque si insigni aliqua dignitate sit præditus, neque si opibus abundet. propterea enim grauioribus uiris & autoritate plenis eiusmodi tradimus officia: ne quid necesse habeat remittere his, qui opibus suis freti, alijs uelint inferre iniuriã.

Curabit quoque omnia illic opera publica: neque patietur, ut uel portus, uel muri, uel pontes, uel itinera, uel denique alia uicium contrahant: sed ipse, quæcũque ex ciuilibus rebus possunt refici, ea procurat. si quid uero ex his maiore cura indiget: id per suggestionem ad nos referat, & rationes consiciantur, prout iam a nobis lege sancitum est. Neque enim uolumus, ut qui solitas hæc negociationes, item aquarũ peruestigationes, & hortorum, murorũ, imaginum, aliorumque id genus reparatiões (quæ quidem omnia olim abrogari placuit) exercent: hi a præfectura, quam moderatis, mittantur in prouinciam: sed ipse peruestiget ea, quæ fieri debeant, & secundum constitutionẽ nostram rationes illos faciat edere. Quod si nobis placuerit alium ad hoc dirigere: per pragmaticas formas id efficiemus, quæ (si ita uisum sit) ad tuam deferantur præfecturam. Nam ut subditos nostros eripiamus, & liberemus dispendijs: propterea & magnam pecuniæ uim (ut ex parte uel ipse nosti) despiciamus, & ita amplis annonis tam præfides, quæ cohortes & circa illos uersari solitos consolati sumus, ne per egestatem forte, aut eiusmodi aliquid, parum decentibus factis occupentur: sed insigni dignitate præditi, & de amplo senatorũ ordine sint, & ita cum dei & nostri memoria uerentur in prouincia. Quæ si nullo unquam pacto memoria neque huic exciderint: per oia seipso pulchrior futurus est.

Ac si ueteres Romani consularibus tantũ & prætorijs uiris prouinciarum administrationes demandant: neque nos alienum a bonis moribus faciemus, si talibus eas tradamus, qui exactorum hinc in prouincias tendentiũ, & præter rationẽ collatores nostros damnis inuoluerent tentantiũ uiolentias reprimentes, huiusmodi necessitatẽ queant resolvere. Damus etenim ei & curiosius ista indagandi, & prohibendi, & ad nos per suggestionem nunciandi facultatem, & ut partim ipse per se ea corrigat, partim celerius ad nostram referat notitiam. Ut si qua in re imbecilliores sunt: ibi uires crescant, & suppleantur scientiæ & iustionis nostræ accessione. Hæc etiam in sacris ipsos admonebimus mandatis, quæ unã cum signis magistratus trademus: ut memores iuramentorum, quæ præstant, & monitoriũ, quæ illis dabimus, prout nos nostrumque de illis meretur iudicium, & propriã exornent uitam, & traditum gubernent officium. dantes illis (ut dictum est) omnem potestatem, ut tam in pecuniarijs, quæ criminalibus, & omnibus denique causis iudicent: & appellatio apud ipsos interposita ad gloriosiss. nostros præfectos & gloriosiss. decurrat quaestorem, qui causã communem præbeant audientiam secundum formã earum causarum, quæ in sacrum introducuntur palatium.

Si quam uero causam minorẽ quingentis aureis per ea loca prouocatione suspensi contigerit, etsi ex delegatione uel nostra uel iudiciaria sit, neque is, cui ea causa delegata est, spectabilis iudex sit: ut ex illis locis appellatio ad ipsum procedat, eamque audiat in forma sacri palatii. Ornamus enim officium eius hoc etiam modo, & æqualem constituimus spectabili comiti Orientis, & proconsulibus, & comitibus Phrygiæ & Galatiæ: ut & ipse in nullo sit * hac nostra lege, quæ clarissimi prouinciæ * deminuit, quæ quidem propria legum sunt. hoc scilicet demandatã sibi a nobis sollicitudinẽ in illis partibus, in quibus consistit, implente. Subijciatur item a nobis huic legi descriptio, quæ cõmemoret, & quid ipsum erogare pro codicillis magistratus, & quid ipsum circaque ipsum uersari solitos rursus auferte ex publico conueniat titulo annonarum: quas etiã solas, ipsos omni alio extra hanc causam lucto abstinentes, accipere permittimus. Propterea enim per maiores erogationes ampliores eos efficiamus: ut & ipsi subditos nostros undique conseruantes, & iuramentorum, quæ præstare solent, memores, ipsis hanc nobis factis remunerationem reddant. Atque hanc sanẽ præsentẽ legẽ habebit quidẽ legum uolumen, sed thronus tuus susceptã eam & memoriã mandata perpetuò conseruet in opere.

OPORRET autem Prætori Thraciæ annonarum,

um, capitulum, & reliqui solatii nomine præberi, solid. 200. eius adfessori, solid. 72. eius cohorti, aureos 52. Occasione uero codicillorũ præbere oportet eum sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, sol. 9. primicerio clarissimorũ tribunorũ notariorũ & laterculẽ sibus, sol. 24. cohorti gloriosiss. præfectorũ pro iussionibus & omni alia causa, sol. 40.

DE COMITE ISAVRIÆ. Constit. XXVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsule & patricio.



Vod quibusdam ante nos imperatoribus, ut in Isaurorum regione facerent, per imaginem & figuram in mentem uenit: id nos re ipsa iam per ipsam operum efficaciam tam in Galatia prima, quæ Pacatiana Phrygia consecimus, uicarij officio (ut prius appellabatur) cum ciuili adunato, & una utrinque cohorte constituta, & ipsis (ut oportuit) exornatis, neque non utrinque pro uetere appellatione comitis nomine imposito: ut ille quidem comes Galatiæ primæ nuncupetur, is uero nomenetur comes Pacatianæ Phrygiæ: utrinque horum ipsorum nostro concomitante cognomine. Idemque hoc & in Isaurorum prouincia præcipimus. Neque enim uolumus, ut qui de cetero in hoc consistit officio, duplicibus utatur codicillis, & signa capiat ciuilis etiam potestatis, & duplex nomen circumferat, cum res planè sit eadem: sed iam inde ut unitum officium habeat statuimus, quod ipsum & armis prouideat, & publica in se recipiat, oia sub se cõtinens, & una cohorte utens, quæ comitiana appelletur, & suæ militiæ pbatorias ferat ex sacro libello rum scrinio.

Obueniet autem omnino & is magistratus gratis, neque quidquam exhibebit numerabitque pecuniã. Et ut ipse quoque puris utatur manibus, quemadmodum reliqui: ad ipsum nuper a nobis editam legem transmittimus. Sed præter codicillos, qui & ipsum inter spectabiles adscripserunt, dabimus ei sacra etiam præcepta, quæ mandata principis illata, ex quibus intelligit, quæ singulatum ad eius pertineant sollicitudinem, tam in publicis omnibus, quæ priuatis contractibus. quidquid præterea uenustum & decorum est, & ne quid fiscus sentiat dispendij, & simpliciter, quæcunque ipsum facere conuenit, ex his illi manifesta fient. Hoc unum sciat, quod & ipse inter spectabiles magistratus collocatus est, & appellationes apud illũ interpositas gloriosiss. sacrorum nostrorũ prætoriorum præfecti, tum etiã gloriosiss. quaestor noster audiet, quemadmodum & Augustalis, & proconsulis, & trium prætorum nuper a nobis in Pisidia, Lycaonia, Thracia institutorum, & insuper comitis Pacatianæ Phrygiæ & Galatiæ primæ. Quod si qua in Isauria causa minor quingentis aureis sit, & postea per prouocationem suspendatur: huic & ipse audientiam accommodabit in forma sacrorũ auditoriorum. Nam & hoc illi concedimus, dignitatis illi pleniorẽ magistratũ in hac etiam parte efficientes.

Tua igitur excellentia ad prædictorum magistratuum imitationem ea quoque, quæ hunc concernunt, constituat. Subijciemus enim & descriptionem huic nostræ legi, declarantes, quid ipsum cohortemque eius, & eius adfessorẽ ex publico ferre: quid item nomine codicillorum magistratus dare cõueniat. Ac nouerint, qui hæc a nobis nuper ad nouã pulchritudinem redactos magistratus suscipiunt, quod & pecunias, quæ contine pro officijs offerebantur, omnino recusare, & quæ non prouenerant, de nostro tam ipsis quam ipsorum adfessoribus dare, & cohortibus largiri, quæ ab alijs ablata erant, & ipsis præsidibus maiora adsignare solatia sustinimus in hoc tantum, ut undique subditos nostros immunes a dispendijs conseruemus. Quod si quos uicinarum illi prouinciarum præfides negligentius agere circa tributa publica depræhendat: non alium emittes, sed ipsos spectabiles magistratus fatigabis, ut uicinarum prouinciarũ præsidibus, si socordia se tradant, immineant: & efficiant, ut oibus hæc modis inferant, quod magistratus multo pulchrior sit & præstantior, quæ dudum. OPORRET Isauriæ comiti pro annonis præstari, sol. 200. eius adfessori, sol. 72. cohorti eius, aureos. 52. Oportet item ipsum præbere occasione codicillorum sic. spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi, sol. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum & laterculẽ sibus, sol. 24. cohorti gloriosiss. præfectorum pro iussionibus, & omni alia causa, sol. 40.

k ij Demo

Imp. IUSTINIANVS A. Ioanni prefecto pretorio.



Quod pulchre & longo ante tempore concinnatū adunatumq; & in sua iam firmitate compositum exstitit: id sanē nouare aut diuidere absq; rationabili causa, confirmati ualidiq; imperij non est. Neq; enim in uerborum multitudine, sed in uero & iusto rerum effectu robur imperij collocandum est. Et tamen circa duos illos (ut uocant) Pontos, nempe Helenopontum & Pontum Polemoniacum, tale quiddam factū esse didicimus. Cum enim sub unum antea præsidem ordinata esset prouincia: duo constituti sunt, neq; publica id necessitate exigente, neq; alio aliquo rationabili prætextu subsistente, quem expedite aliquis & facile inueniat. Adeoq; amplum eius facti testimonium res ipsa præbet, cum in hodiernum usq; diem uno tantum publicorum tributorum & dispositionū tractatore utraq; utatur prouincia. Ac si quis urbes, quæ per utraq; sunt, enumeret: uix unius prouinciæ iusta & sufficiens mensura resultet. si modo Helenopontum quidē octo urbes implet, hoc est Amasia, Ichora, Euchaita, insuper & Zela, & Andrapa, & Aegæum ad Climacas, hoc est gradus situm, Sinopa & Amisus antiquæ urbes, sed & Leontopolis, quæ & ipsa iam inter urbes numeratur: aliæ uero quinq; Polemoniacū Pontū cōtinent, Neocæsarea & Commana, Trapezus & Cerasus & Polemonium. Pitius enim & Sebastopolis inter castra potius, q̄ urbes numerandæ sunt. ut intra hosce terminos uterq; Pontus consistat. Post quos tam nostra constituta est Lazica, in qua urbs Petradon est, quæ nostro beneficio & esse & nominari urbs cœpit: q̄ quæ nostræ pietatis nomine utit, & Iustiniana appellat. Archæopolis q̄q; & Rhodopolis maxima & antiqua castra. in quibus planē etiā ea castra sunt, quæ nos à Persis recepimus, Scandias & Sarapanes & Murisios ac Lusieros, & si quid aliud præterea à nobis in Lazis elaboratum est. Hanc deinde Tzanorum regio excipit, sub nostro nunc primum imperio Romanorum ditioni adiuncta, quæ & ipsa urbes partim nuper factas suscepit, partim mox futuras suscipiet. Post istam aliæ item gentes consistunt, Suani, & Scymni, & Apsilæ, & Abasgi, & aliæ, quæ omnes (permittente deo) uel nostræ, uel sociæ sunt. Sed ad ista quidem nos de his locis instituta oratio detulit, nunc autem denuo ad Pontos & illorum unitionem reuertamur. Ambos enim illos locos, tredecim compræhensos urbibus, iterum nunc in unam prouinciam contrahimus: assignamusq; ipsis tam ueterē unitionem, q̄ modernam appellationē. Namq; ab omnibus Helenopontus nūcupator. quod illi nomen à pietatis, principe Constantino impositum est occasione honestiss. suæ matris, Helenæ scilicet pietiss. mulieris, quæ nobis etiā sacrum Christianorum signum inuenit. Verus enim illud nomen Polemonis, quo pleriq; in Ponto tyranni usi fuerunt, dehinc quiescito: primū, quia tyranni exstitit: secūdo, quia urbem de suo nomine appellatam habet, scilicet Polemonium: tum etiā, quia pulchrius fuerit, regiones Christianorū & regum nominibus designare, quàm his, quæ Polemi, hoc est belli & tumultus præ se notionem ferunt.

Omnes autem illæ tredecim urbes unius sunt prouinciæ: ut tamen neq; alterutri in ijs metropoli (Amasiæ scilicet & Neocæsareæ) metropolis nomen detrahatur: & dei amates earum episcopi, metropolitani quidem in hac urbe, qui uero sub metropolitanis collocati sūt, ab his, qui metropoles sub cura sua habent (ut hæcenus in more fuit) ordinentur. nihil enim circa sacerdotium illarum innouamus: cum multas eiusmodi institutiones inter dei amatissimos episcopos existere, tam uetustum seculum, q̄ quod per nos modo exornatur, nouerit. Et cū imperio quidē inducitor illis unus utriusq; prouinciæ præses, cognomēto Moderator, quem quis uulgari lingua usus Harmosten appellet: quandoquidē & moderatoris nomen uetustum est, Romanaq; amplitudine dignum: & ipse Harmosten quidā olim magistratus erat, qui è Lacedæmone hincinde per omnem eius ditionē dirigebatur. Vnde qui id officiū suscipit, Moderator Iustinianus Helenoponti nominator, obtemperantēq; illi per eam prouinciam stationē agentes militares copias habeto etiā Adresponsum, cuiuscunq; conditionis homines omnes se illi submitunt, sine ulla prærogatiua priuilegij. Audiētiā quoq; præbeto in causis tam pecuniarijs, q̄ criminalibus & alijs: minimis quidem, sine scripto & gratis: maioribus uero, licet scriptis interuenientibus, eo tamen sumptu, quem sacra nostra præscribit constitutio. Item qui hunc magistratū suscipit, is utriusq; officij annonas ferro, surgentes usq; in septingētos uiginti quinq; aureos. unaq; utitor cohorte, & publicorum tributorum decursio & periculū idem & cōmune esto tam cōtra eum, qui officiū

obtinere,

obtinere, q̄ contra cohortem: quandoquidē & ipsa in unam coibit formam, & inter se conglutinabitur, quemadmodum is ordinauerit, qui supra prouinciam positus est. Sed & magistratus adfessor septuaginta duos ex publico aureos capiet: & cohors ex ambabus prioribus una facta, quadringētos quadraginta septem aureos feret & tremissem. Insuper qui hoc fungitur officio, neq; uicarios in locum suum per urbes dimittet (obseruabitur enim & id, quem admodum in sacris nostris continetur mandatis) sed ipse oberrando urbes lustrabit, nulla omnino lege aut sacra forte pragmatica forma prohibendus, tamen præcedens tempus tale quid iusserit. Staturaq; ager, ubicunq; illi uisum fuerit, uel in una metropoleon, uel alijs urbibus: si modo ad eius sustentationem urbs per omnia sufficit, sordium ipse & lucra abstineat, omniaq; citra incolarum dispendium gerens. Nam neq; ipse, neq; cohortalis, neq; miles ipsum comitatus à collatoribus aliquid capiet, aut gratis sumptum faciet: aut etiā collatores nostros uel ipse atteret, aut comitantes ipsum milites hoc ipsum agere permittet. hoc etenim & ipsum pars est nostrorum mandatorum. Ipse certe sacramenti memor, quod præstitit, & quod gratis officium suscipit, quodq; tam magnum annonarum incrementū meruit: nunquā quidquā ausit accipere, nisi magna id cum pœna uelit restituere: neq; ut cohors per eiusmodi occasionem tale quid uel exigat, uel oblatū accipiat, permittens. Et nisi procurauerit, ut milites ipsum annonis suis contenti sequantur: neq; ipse iustam indignationē effugiet, irrogatumq; ab ipsis damnum compelletur ex eorum annonis exigere, & hoc collatoribus sarcire. Propterea certe maiores hosce magistratus authoritatisq; pleniore tam multitudine apparitorum (centum enim illum cohortales habere uolumus) q̄ dignitatis magnitudine (siquidē spectabilem illi magistratum effecimus) esse uolumus: ut necessitatis tempore amplioribus utatur magistratibus, & qui nostris subseruire possint iustionibus. Quid em̄ facerent hi, qui ueterem forma præferuerunt prouincijs, qui cum paucos circa se haberent, paucis simis ipsi imperitabant, modicaq; admodum ferentes è publico, plurima dantes, rapere cogebantur, & unum hoc habere studio, ut sequentibus & undiq; ipsis imminentibus creditoribus occasione pro officio datorum non nihil gratiæ referrent & beneficij? Quibus rebus nostros consueuerunt auctionari subditos, impios iuxta & periculi plenos sibi reditus conquirentes. Harum nos rerum indignitas permouit, ut non solum exinde prouenientibus lucris renunciamus: sed & de nostro magnos insuper sustineremus sumptus, & si quibus species aliqua magistratus interueniente precio à decessoribus nostris tradita esset, adhibita id medicina curarem, atq; hoc genere tributū collatores nostros redderemus liberos, & officia suscipientibus de nostro solatium introduceremus, q̄ magis hos q̄q; libertatis participes efficeremus.

Si quidē in parato nobis est, deo (ut apparet) talia largiente, ut non solum Afros, & quæ ibidē gentes sunt, libertate donemus: sed etiā ut eos, de quibus in meditullio quidāmodo nostræ reipublicæ singulis ferme annis noua auctio instituebat, neq; tū dabat sub eisdē manere imperio, huiusmodi dispendio & turpitudine liberemus. Hanc nos gratiam deo referendam putauimus, qui imperij nobis coronam imposuit, qui cōmuni omnium calculo per patrem nostrum purpurā nobis donauit, qui deniq; tot tantasq; in nos liberalitates explicuit, quantas nulli maiorū nostrorum unq; dedit. Oportet igitur, ut qui ad hoc officij accedit, sciens prudensq; q̄ multis hominibus, q̄ multis præsideat urbibus, quàm uenerandus item futurus sit, mutata dignitatis forma ex Consulari & Correctoria in maiore magistratū & spectabilem: per omnia subditis parcat, & indemnes ipsos tueatur, puris etiā ubiq; utatur manibus, & publicum augeat, ad eiusq; commoda omnē referat prouidentiam. priuatim quoq; sordibus & muneribus abstineat. & ciuitatibus publice simul & priuatim sua iura decernat, oberrando eas perlustret, & ijs medeatur. nihil lucris causa faciat, neq; paruum, neq; magnū: sed bonum & memorabile nomen appetat, & diligenter sancteq; per omnia datū iusiurandum obseruet, in omnibus deniq; gratiosum se nobis exhibeat. * uel alienis ædibus, siquidē hoc solummodo fisci propriū est, & regiarū domuum, tam nostrarum, q̄ pietissimæ Augustæ. Si uero sub alterius appellatione tabulas siue titulos impositos depræhendat: tam ipsas protinus detrahet, quàm eum, qui illas affixerit, peruestigabit. Ac si quidem is, quī se rei dominum esse dicit, hoc fecerit: extemplo illius rebus publicos imponet titulos, prius his titulis, quos ipse apposuit, ad caput eius impactis confractisq;. Si uero alienarum rerum procurator fuerit: tam titulos (ut diximus) ad eius caput confringet, q̄ modicis etiam tormentis eū subiiciet, quomagus hæc perdiscens * personæ conuenit cognoscere, q̄ neq; ipsi per se, neq; per certos satellites, aut per eos, qui in hoc assumuntur, ut explendæ eius auariciæ satagant, subditos iniurijs afficere liceat. Consimiliter oportet, ut ipse spe

k ij stabilis

stabilis Moderator latrocinia exercentes, & habendi studio alios defraudantes, mulieres denique bona, iumenta, & eius generis alia rapientes reprimat, quod incontaminatum ius conferret, & nos recte hoc uideamur cepisse consilij, neque quibusdam per prouinciã grassantibus, ipsis uero eius facti uindictã non repetitibus, pœnitentia nos incessat, quod latrunculares & uolentiarum repressores cessare fecerimus. propterea enim illi etiam milites submissimus, ut illorum manu instructus, difficilius queat ab insultantibus expugnari. Hæc nos illi strictum & sub compendio cõmendata esse uolumus. Nam quæ per partes gerenda sunt, ea manifeste perspiciet tam ex lege, quã cum magistratus ordinaremus, in cõmune oibus descripsimus, quæ ex mandatis principalibus, quibus illi datis explanabimus, quomodo magistratum disponet tractabitque. Atque hæc agens, non solum nobis ingratus non erit, sed etiam deo simul ac nobis animã deuouebit, & pro magistratu denique bene gesto bonã remunerationis spem concipiet. Subijcietur autem & quædam recensio huic sacre nostræ legi, per quam clarum fiet, quid ipsum, & adfessorem, cohortemque eius ex publico percipere: quid item ipsum pro codicillis magistratus præbere conueniat: ut edoctus, quanta in ipsum conferatur libertas, & ad quantam moderationem impensa pro codicillis ab ipso faciendã redacta sit, rebus ut æquum est & recte utatur, maiorum insuper gentium & plurium hominum imperium speras, si his, quæ in manibus habebit, conuenienter utetur. Porro damus huic quoque, ut appellationes in spectabilium magistratum forma ab ipso huc transmissæ, tam apud gloriosissimos præfectos, quam gloriosissimos nostrum quæstorem uice sacre consultationis disceptentur. At si quæ causæ minores quingentis aureis, apud aliquos in sua prouincia motæ (tametsi ex delegatione forte) non tamen apud spectabilem actæ, per prouocationem suspendantur: tunc & in hoc grauior uenerabiliorque factus, augmenti à nobis in ipsum collari meminerit, & ita in rebus gerendis uerfetur, ut omnibus subditis & nobis ipsis, & ante nos deo simul ac legi irreprehensibilem se præbeat. Hæc igitur omnia pernoscentes excellētia tua, & tam magnas illi annonas addat, & ita amplæ eum dignitatis effectum sciat, ut floris & dignitatis iam nunc à nobis illi traditæ, cupiditate multis hunc consequi merito affectabile sit.

DE PRAETORE PAPHLAGONIAE. Constit. XXIX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto pratorio.

Paphlagonum gens & antiqua, neque ignobilis olim exstitit: in tantum quidem, ut & magnas colonias deduxerit, & sedes in Venetijs Italarum fixerit, in quibus & Aquileia omnium sub occidentem urbium maxima, & quæ multoties cum ipsis etiã regijs certamen susceperit, condita fuit. Hanc sanè Paphlagonum gentem Honorij pientis, principis temporibus deminutionem passam, & aliquot amissis urbibus, nulla utili de causa ueteris illius contentione & rigoris remissionem amplexã, nos denuo ad pristinam formã reducendam esse, ipsam quoque Paphlagoniã ad instar unius ciuitatis redigendam, & quæ in duobus iam Pontis fecimus, eadẽ putauimus & in ipsa constituenda. Ut qui harum gentium adunatũ imperium & unũ ex duobus prioribus (nempe Paphlagoniæ & Honoriadis) factum tenet, is Prætor nuncupetur (quod nomen & ipsum Romanũ est, & prouinciarum rectoribus accommodatum) & una utatur cohorte ex duobus prioribus conglutinata, quam & centum uirorum numerus supplebit. Imminet autem omnino hic quoque tributis publicis exigendis, tã quæ Paphlagonas, quæ quæ Honoriadis olim incolæ pendebat. Præterea omnibus ex æquo urbibus prouideat, quas utraq; prius habuit prouincia: hoc est in Honorjade quidem Prusiadi, Cratiæ, Hadrianopoli, Tio, Claudiopoli, & Heracleæ. Tametsi enim ex ipsis quædam, ut Prusias, Heraclea & ipsa prouinciæ metropolis & caput Claudiopolis scilicet, ex Bithynia prius illi assumptæ sunt: tamen ex quo semel eò transmigrarunt, magnæ curiositatis esse putauimus, denuo ipsas ad Bithynos reducere, & ueterem perturbare ordinem. Vnde hæc selectæ urbes & in Honorjade prius existentes, erunt iam nunc & ipsæ pars Paphlagoniæ. Inter ipsos uero Paphlagonas iurisdictionem habebit in alias sex urbes, quæ iam inde ab initio ad eam prouinciam pertinent: nempe Germanicopolim, Gangram, Pompeiopolim, Dadybros, tumulos Amaltridis, & insuper Ionopolim. Et duodecim omnino totius prouinciæ urbes erunt, quantũ ad præfens institutum. Cæterum circa sacerdotia nihil innouamus, sed metropolitani, qui olim sacerdotia

sacerdotia hic suscipiebant, tam in eodem manebunt ordine, ipsorum ordinatione (quo ad locum) non mutanda, sed ab huius almæ urbis beatis patriarchis ordinandi: quã quos sub se positos hæcenus ordinarunt, eos & nunc ordinantes, non de illis inter se diffideant, nõ confundantur. Et una de cætero fiet prouincia, plures habens metropoles, id quod & in alijs quibusdam nostris existit prouincijs. Enim uero qui totius prouinciæ imperiũ tenet (appelletur autem tota prouincia, quemadmodũ & ante, Paphlagonia) etiam oberrando urbes iustrabit: nulla id factum prohibere sacra forma olim forte ad talium prohibitionem cõposita, sed neque nicarios in locum suum hinc inde per urbes dimittes. Omnino enim hoc ipsum prohibemus. siquidẽ turpe est, ut quãdiu ipse in prouincia ius reddat, interim alteri quoque uices suas cõtra legem cõmittat. Sed ipse omnia dispensabit, & publica tributa summa cum animi promptitudine persigabit, neque plus, neque minus exigens. iusticiæ præterea consentaneã æquabilitate retinens, simul prouidẽtiã adhibebit, ut si quid damni fiscus acceperit, id corrigat: simul urbes illæ tam publice, quæ priuatim conferuet. Annonam quoque, quam uterque prius magistratus habebat, surgentem in septingentos uiginti quinq; aureos capiet. tum adfessore habebit, qui septuaginta duos ferat aureos: & cohortem unam ex ambabus compositam, procedentem usque ad centum uirorum numerum, & quadringentos quadraginta septem aureos & tremissim percipientem è publico. Cumque gratis officium suscipiat, gratis item hoc ipsum obeat. Nos enim in hac quoque parte subditos nostros redimemus, & his, quæ ex consuetudine per occasionem suffragij (ut uocant) ferebantur, dabimus ipsi, hoc nimirum per thronum erogantes ex publicis eius prouinciæ tributis: neque patiemur, ut sub specie & uelamento auctionis subditi nostri in seruitutem adigantur. Neque enim nos, qui decessorum nostrorum collatores à Barbaris ereptos, ad ueterem libertatem reduximus: commitemus, ut qui nobis ipsis semper additi fuerunt, alijs seruiant. quin potius deo, qui multis per nos gentibus libertatem elargitus est, subditorum nostrorum usque nouis auctionibus oppressorum libertatem (quoad eius fieri potest) quasi donariũ aliquod offeremus: neque oblãdentes eos, qui iam accipiunt (introducemus enim solitam illis ad hoc securitatem) neque item permittentes, ut datæ pro officio pecuniæ nomine magistratus quasi mancipiũ aliquod subditos nostros à uendentibus cõemant, & reuendant iniuriam inferentibus. Esto igitur inter Pontici tractus prouincias & hæc una, duplex antea (haud scimus, qua de causa) facta. appellabuntque (ut diximus) eum, qui prouinciæ præerit, Prætozem Paphlagoniæ Iustinianeuũ. licebit autem græca ipsum lingua etiam Strategum appellare. Præterea semper illi in memoriã rediges iusiurandum, cuius interuentu officium suscipiet, ut puras manus, neque turpi lucro sordidas habeat, ut fisci cõmoda iustis & undique inculpatis accessionibus augeat, ut subditis nostris æquitatem & iusticiam impertiat, tam in causis publicis, quam priuatis, siue contrahant, siue iudicio inter se cõtendant. Urbes autem absque læsione subditorum iustrabit, ut neque ipse, neque adfessor, neque quod ipsum sequitur famulicium, siue ex militibus, siue ex cohortalibus, siue ex seruis, aliquid lucretur, aut gratis sumptus faciat. Oportet enim, ut tam ipsi ex ijs annonis, quæ porriguntur ipsis è publico, sumptus faciant, cum conueniente mediocritate agentes uitã: quã milites, qui ipsos comitantur, cognoscant, quod si non suis contenti annonis iter faciant, sed collatores nostros ausi fuerint tentare iniurijs, aut damnis inuoluere, aut gratis sumptus facere: collatoribus indemnitas futura est ex ipsorum annonis per eum, qui magistratu defungitur: ut ipse tam eas reperat, quæ etiam ex illis suo periculo collatoribus indemnitate asserat. Atque hæc sanè lex nobis de Paphlagonibus posita esto, honoratiorem illis magistratum efficiens, ut qui inter spectabiles numeretur, præbens ipsi auctoritatem tam in prouinciales milites (quatenus tamen iuste eis præcipiat) quæ etiam contra alios: nullis eius prouinciæ hominibus priuilegio uti queuntibus, siue maiores, siue minores, siue etiã procuratori rerũ ad potentes homines pertinentium præfecti sint. Certe quod facile per ea loca admittitur, huius rei excellenter curã geret: ne cõmittat, ut aliquorum prædij tituli apponantur, ullũ aliud nomen habentes inscriptum, quæ uel fisci, uel regiarum domũ. sed si quid tale factum deprehendat: eos quidem titulos euestigio detrahet. fisci uero nomine prorsus alios titulos prædij eius, qui talia delinquit (si præfens hæc faciat) imponet, prius detractis titulis ad illius caput contractis. Si uero absens sit: prædiorũ curatore comprehenso, tam corpus eius tormentis subijciat, quæ titulos detrahet, & in capite eos curatoris prædiorum cõminuet: sciens, quod si quid eiusmodi negligat: nos uero didicerimus, simul aliorum ab aliquibus impositos prædij titulos hætere, quã fisci regiarumque domũ, tam nostrarum, quã pientis. Augustæ, simul præsidem te ipsa comperta istos per negligentiam omisisse: is, qui hunc magistratum obtinet,

tinet, honorum suorum publicatione sustinebit, ut qui cum facile pro magnitudine imperij praesens ista prohibere potuisset, dedita ea opera neglexerit. Ad haec diligenter ibi ipsum locorum prospicere uolumus, ut omnes, qui atrocina exercent, qui alienas substantias, aut etiam uxores rapiunt, qui alia denique patrant crimina, persequatur, comprehendat & competentibus supplicij subdat, & omnem prorsus iniusticiam reprimat, neque committat, ut in aliquo probiores & mansuetiores iniurijs afficiant: ne alijs denuo talium persecutoribus opus habeamus, cogamurque rursus uiolentiarum repressores, latrunculares, & alia id genus tolerare nomina simul & negocia, quae nos auersati, ipsum ad hunc ordinem produximus, & ita amplum dignitatisque plenum magistratum effecimus, ut tam appellationes apud ipsum, cum iudicat, interpositas ad excellentiam tuam, quicquid eundem unquam magistratum suscepturi sunt, & celeberrimum quaestorem sacri nostri palatii, qui in forma consultationis audientiam ijs accommodabunt: quae minores causas quingentis solidis, in prouincia eius apud aliquos non spectabiles moras, etsi ex delegatione sint, cum per prouocationem suspendunt, ad se deducat in habitu & ordine sacri auditorij: ut & ipse inter a nobis inuentos, & in ampliore forma redactos magistratus ubique connumeretur. Siquidem & ipsi maiores erunt, & in maiore quam priores reputatione habebuntur, & facilius nobis uel in maioribus negocijs suum exhibebunt ministerium. Nihil enim in paruo magnum existere: tum a nostris dictum est maioribus, tum nos etiam ex ipsis iudicauimus probauimusque factis. Subijcietur autem & huic legi descriptio, quae significet, quid est publico tam is, qui prouinciam regit, quam adessor & cohors eius accipiet: quo item dato, magistratus codicillos percipiat. Ipsa sane ratio, qua magistratum geret, cum hoc loco sub compendio explicata est: tum in lege, quae de omnibus magistratibus in communi descripta est, simul & ex imperatorij nostris mandatis, quae ei dabimus, cum administrationis codicillos conferemus, & iustitiam secundum legem nostram in hoc conscriptam exigemus, manifestabitur. Haec igitur omnia perdiscens excellentia tua, & tam magnas illi annonas subministret, & ita ipsum sciat amplae dignitatis effectum, ut floris & dignitatis hoc a nobis tempore in illum collatae cupiditate merito multis ipsum consequi, sit affectabile.

DE PROCONSULE CAPPADOCIAE. Confit. XXX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosissimo, sacrorum per Orientem praetorum praefecto, iterum exconsule & patricio.

Quam amplum nomen Cappadocum gens habeat, & quanta Romanis negocia exhibuerit, priusquam in illorum ditione redigeretur: non ignorat ueteris eruditionis studiosi. Certe olim totius ferme Ponti imperium tenuit, & nominatissimum uiri inque magna apud Romanos reputatione habiti, inde duxerunt originem. Terram praeterea habet diffusam admodum, & mirabiliter praesentem, & quae ita maiestati imperatoriae placuerit, ut etiam possessionibus, quas illic habet, peculiarem magistratum praefecerit, non minore ciuili. Siquidem & populosissima est, & urbem maximam praebet, eiusdem cognominis cum charis, nobis Caesare, qui summo orbis terrarum arbitrio, quod nos obtinemus, bonum dedit principium: qua etiam de causa apud omnes terrarum populos nominatissimum Caesaris nomen est, & nos praeter omnes alias imperatoriae maiestatis notas eo gloriamur.

Hanc sane regionem paruo tradere magistratui, contra omne nobis decorum & dignitatem fore uisum est: cum alias, tum uero maxime, quia semper ipsam aduersus magistratum nostris domibus praefectum seditiones mouere cernimus, & quia factionibus inter se diuisa est ciuitas, quarum alteram Tamiacam, quasi fiscalem & Aerariam, alteram Eleuthericam, hoc est liberam appellant: & cum existat ambitu murorum una, duplex est sententia. Unde & seditionum & dissensionum occasiones, & si quid omnino mali fatigat homines, id (uti nos arbitramur) ex hac prouenit causa: qua sublata, robur simul & concordiam negotio addemus, qua nihil unquam inter homines praeclearius existit & praestantius. Ac cum alijs magistratibus, quos nuper inter Pisidas, Lycaonas, Thracas instituimus, administrationis forma & aceruus ex duarum rerum congressu constitit: tum uero maiore hunc formam adornare cupientes, tertiam etiam potestate illi adijcimus. Nam is, quem huic praeficiemus officio, non solum praesidebit legibus & uniuersae cohorti ciuili: sed etiam praesidebit militibus, tam qui in praedicta regione, quam qui in alijs Pontici tractus prouincijs, in quibus Tamiaca existunt praedia, stationes habent, perinde quasi

quasi per ea loca super milites cum imperio positus sit. Permittimus etiam illis in homines Tamiacos imperium: & omnes, quicunque ad Comitianam prius cohortem pertinebant, siue summarij, siue id genus alij fuerunt, hinc obtemperabunt. & triplici forma conflatum habebit magistratum. siquidem & ciuili magistratus erit, & militaris, neque non Tamiacis quoque rebus praesidebit: utraque illi cohorte, tam Comitiana, quae & sua conficiet, neque cum ciuili cohorte habebit commercium, quam claris prouinciae praesidis apparente. Vniuersam uero proconsularem fieri appellarique uolumus: utraque cohorte, tam quae Comitiana prius, quam quae ciuili uocabatur, tametsi unam appellationem (nempe proconsularem) obtinet, separatim tamen sua obeunte munera: ut ciuili quidem curet tributaria & ciuilia, quae initio semper ad ipsam pertinuisse scimus. quae uero Comitiana prius cohors erat, imperialium rerum administrationi insistant, & exactorem conficiat, ea scilicet forma, quam modo explanabimus. Curatorum etenim & tractatorum ne nomen quidem omnino superesse uolumus, respicientes ad uetera exempla & nimiam laesionem, quam miseris illi collatoribus induxerunt. sed per singulas domos, & totius Comitianae cohortis tredecimque primarium, & quos primos & secundos magistratos uocant, periculo, alios tredecim, qui statim post illos separati sunt, nominari uolumus, singulos (ut dictum est) ex singulis aedibus: & post priores tredecim exactorem incumbere, & seruare fisco, quae sua sunt, prospicere item collatorum indolentiae, & ne quid ab aliquo ipsorum damni sustineant: scientes, quod damnus ex ea causa collatoribus irrogatus, multo magis ipso rum facultates respiciet, cum totius publicae exactoris periculum ad ipsos deuoluatur.

Sed neque eos, qui primi & secundi prius magistrati uocitabantur, neque tredecim illos, qui post ipsos modo separati sunt, quos profligationem tributorum facere sanximus, quidquam omnino spectabili pro tempore Proconsuli praebere, uel nominationis titulo, uel quacunque alia de causa: si quinquageni solidi aurei ab unoquoque horum tredecim exactorum primoribus tredecim magistris praebentur. Porro neque ipsos exactores amplius aliquid a rusticis, aut denique ijs, qui ab ipsis exactorem tolerant, accipere, quam quae formis Nicetae magnificae memoriae continentur, & exactoribus deputata sunt: neque uentibus ipsis nomina fingere, & damna pro hisce nominibus inducere per causam Apacticon, seu tractatoriarum, uel quocunque alio praetextu, siue ad aliquam consuetudinem, siue ad quacunque uexationem porrigatur. cum enim ab omnibus illis collatores nostros liberos conferuari uolumus: tum improbo etiam & pernicioso tributo eos liberamus, quod pendebant tractatoribus, per quod fiebat, ut circa publicum & suas descriptiones idonei non essent. quin & si forma aliqua sit pragmatica, quae uelit tractatoribus aliquid praebere, aut longa consuetudo: etiam hanc collimus. sublato enim ipso nomine tractatorum, merito quidquid ad eam causam peruenit, unam sustollimus, speciale hanc collatoribus nostris largitatem impertientes. Quod si quis exactorum praeter ea, quae forma beatiss. Nicetae definita sunt, quae sola ipsos ferre concedimus, aliud quiddam ausus fuerit accipere: sciat, tam militia se, quam dignitate, & sua substantia casurum. Quonia uero fieri potest, ut inter tredecim exactores (siquidem ut gradatim ad hunc perueniant ordinem, sancimus) unus aliquis ad expediendam exactorem idoneus non sit: concedimus, ut sic quoque reditus quidem ex eo gradu saluus illi permaneat. Caeterum sancimus, ut tredecim illi primores magistris, & insuper qui post ipsos sunt proximi, proprio bonorum suorum periculo alterum quempiam illi adiutorem adnominent, qui conuenienter pro illo exactorem expediat: ut neque per illius imbecillitatem iniuria afficiat fisco, neque ille temporis & gradus sui solatio defraudetur: promotio ne uidelicet adiutoris eius, qui ad hoc munus idoneus non est, facienda periculo (ut dictum est) tredecim primorum magistrorum & aliorum, qui post illos sunt, proximi. Ac magnas merito nobis gratias publicorum tributorum exactores habere oportebit, qui ingentibus illis damnis, quibus antea tam magistris, quam spectabili pro tempore comiti, eiusque cohorti obnoxij erant, eos liberauerimus. Propterea autem hisce omnibus eos liberauimus, ut neque ipsi collatores nostros iniurijs opprimant, neque praetextus excogitent, introitus illos aut aliter nominantes, quibus rusticorum facultates eneruent: sed his solis contenti, quae secundum formam Nicetae clarae memoriae curatoribus praebentur, omnibus alijs abstineant. Ipsi uero spectabili proconsuli omnium ex aequo rerum cura imminet, siue ciuile aliquod sit, siue ad militarem magistratum, siue ad potestatem Tamiacam respiciat, neque quidquam omnium negliget. Ac quonia maior hunc loco, quam caeteris, magistratum attribuere uolumus, & ueteribus Romanis in more fuit, ut uel designatis consulibus, uel his, qui illorum loco proficiscerentur, quos pro consules uocitabant, prouincias sortirentur: propterea & Cappadocum magistratum proconsulatum esse uolumus, quo in Africa prius Romani imperium suum exornarunt. Et in tantum

illū nos magistratū auximus, ut eum, qui hunc suscipit, gloriosiss. factorū nostrorū prætorū orū præfectis cōnumeremus. Appellatorq; patria lingua is, qui huic præsidet, ut & appellati onē magistratui propriam habeat, & simul ex re ipsa Archegetes, quasi primarius magistratus nominetur. susceperit enī is, qui hūc magistratū obtinet, facile talē formā, quādo & potestāte per se magnā, & per causam Tamiacæ possessiōis etiam ad alia loca protensam habeat. In summa tot rebus hominibusq; præsidens, dignitate & autoritate affluet: adiunctisq; militariibus copijs omnia disponet minore negotio. Ciuiles igitur res conficiet more solito. militariibus uero & ipsis cōmode præbit, nempe & illis se ipsi submittentibus. Sed cum primis animum aduertito ad rerum Tamiacarum administrationē, quæ in tam grauē & omnium cauponationibus expositā inopiā delapsa sunt, ut in nullo ferē amplius precio existant. tot tantaq; enim edocti sumus per prouinciam delinqui, quæ uix amplissimo cuiq; adhibita medicina curare facile est. Nam qui potentium possessiōes procurant, sed pudet nos iam propē modum dicere, quanta cum insolentia passim oberrent, ut stipatores illis inferuiant, ut non ferēda hominū multitudo ipsos sequat, ut impudenter oēs latrocinent: miramurq; sedulo, quomodo eō loci subditi tot perferendis iniurijs suffecerint. Inde adeo quotidie Cappadociū iniurijs oppressorum multitudo occupatos nos & rempublicā tractantes adit, ex quibus multi sacerdotes, plerunq; mulieres, qui omnes lamentantur, querunturq; res suas sibi ablatas esse, quando nemo in proximo sit, qui huiusmodi prohibere ualeat. Tamiaca certe possessiō iam penē in formam priuata redacta est, tota cōuulsa, direptaq; unā cum suis equitijs, nemine omnino reclamante, ore scilicet ipsis auro obstructo. His igitur de rebus unum aliquem ex perspectissimis nobis regioni huic præficere decreuimus, qui triplici huic ordini præsit, solus omne in se imperium & potestatem circumferens, ciuili officij utens insignibus, habens in usu uehiculum ex argento, securim, fasces, & quæcunq; olim proconsularis imperij fuerunt insignia. præcipiet autē & militibus, & curam geret Tamiacorum redditū, ut sine ullo detrimento & cessatione omnibus ad hoc ordinatis magistratibus obuenant, multoq; magis ad nostrum palatiū, quemadmodū etiānum occasione eorum, quæ uel nobis, uel sacratissimæ & pientiss. Augustæ coniugi nostræ inferuntur, tam in auro, q̄ ueste ingrediatur, nihil enim illinc uolumus decedere. Non tamen, ut ea forma præbeantur, qua hæcenus, ex rapinis scilicet, & ex titulo læsionis dationisq; collatorū (hæc enim omnia tum odio prosequimur, tum ē nostra eijsimus republica) sed ex iustis legitimisq; causis, quas subijci sacre huic nostræ legi iussimus, ut eas ferens is, qui pro tempore hunc gerit magistratū, sacratissimæ Augustæ coniugi nostræ auri libras (put dictū est) inferat. Magistratū etenim gratis nos creamus, & ordinatiōes eius absq; oibus pcedere largitiōibus sancimus, neq; quisq; erit, qui p hac quidq; capiet. Sed & annonas ipsi quidē ad uiginti usq; auri libras damus, prout subijci. adfessori uero eius præbemus ad duas auri libras. capiet item utraq; cohors id, quod usq; ad huc ē publico suppeditabatur, nullo profus modo deminutum. nulla enim re hūc magistratum minuimus & maxime gloriosiss. Præpositi sacri nostri cubiculi. siquidem & hunc & suppositam ipsi deuotiss. Palatinorū scholam in Cappadocia simili cum potestate, ordine & figura manere sancimus: non tamen quidquam exinde ferentem, uel consuetudinum, uel annonarū titulo, uel in auro, uel in ueste, uel in alijs speciebus, neq; a spectabili pro tempore proconsule, neq; ab eius cohorte. nam aliter puritas conseruari nequeat. sub unum enim magistratum, quidquid in ea regione geritur, cōtrahimus, ne cōuulsione ipsa claudicat.

Sanē Tamiacæ possessiōis curam & rationem magnam habebit is ipse, qui ad hoc a nobis officium proficiscitur: & circumspiciet, si quid a Tamiaco solo detractum, & frustra ab alijs detentatum sit, siue in pascuis, siue in aruis, siue in locis uitibus consitis, siue in predijs, siue domibus: & uetus solum rebus suis uindicabit, nulla longi temporis præscriptione illi opponenda. neq; enī fisco licet tale quid opponere, neq; lucrū captans, ut maxime patrimonij suum exinde collocupletet. nam depauperatio potius est, quā locupletatio, si quis sordidis utēdo manib9, arbitretur ex eo lucrū se facere, quod multifariam postmodū cū impietate & summo probro restituet. Sed & ipsam urbem ab omni profus perturbatione quietam conseruabit: neq; cōmittet, ut seditio aliqua ordinem & administrationem rei publicæ corrumpat. Publica quoq; tributa uigilanter & cum iusticia exiget, nihil in illis curæ prætermittēs: neq; cōcedens, ut aut fiscus, aut priuati in aliquo circa res suas damnū sentiat: ut qui ex æquo in omnes imperium obtineat, siue milites, siue scriuarij sint, tam gloriosiss. præfectorum, q̄ magnanimorum magistrorū militiae, siue in ciuili cohorte numeretur, siue cingulum Tamiacum gestent, siue in maioribus, siue minoribus dignitatibus consistat, siue

inter

inter sacerdotes coopati sint. Vnus enim hic magistratus omnibus præficietur: & tam suæ ipsius existimationis, q̄ nostrarum legū & ante omnia dei memor, ut publica quidē tributa per proconsularē cohortem sine detrimento & cessatione importentur, curabit. reditus uero Tamiacos per subditas prius illi throno personas inferet, intendens etiam ad ea, quæ pro cōsuetudine præcipiuntur a gloriosiss. præposito sacri nostri cubiculi: nequeuntibus ipsis canonicarijs, qui pro tempore a gloriosiss. præposito emittuntur, uel saltem obolo tēnus aliquid accipere, uel consuetudinum nomine, uel quacunq; alia de causa, uel ab ipso pro tēpore sumario, ijsūe, qui publicas exactiones conficiunt, uel a spectabili proconsule, uel eius cohorte, uel his, qui catafœuastæ quasi instructores uocantur, uel præpositis, uel quacunq; alia persona ad sacrum nostrum pertinente patrimonium. At uero exercitu utriq; harum sollicitudinum opem feret, sedabitq; potentium satellites, neq; committet, ut loca depopulentur, & latrocinijs infesta reddant. neq; ipse ea percurrer, quemadmodum prius facere solebant comites: neq; item in locū suum dimittet uicarios, sed locorū defensoribus & cohortalibus suis ad id ministerium obeundum utetur. Sicubi uero & militibus opus erit: ex ijs locis milites, ubi necessitas postulat, opitulari iubebit. atq; hi proprijs ista sumptibus expedient, neq; subditos damnis inuoluent, aut gratis ulla ex parte sumptus facient. sed tam ipse his abstinebit, sumptum de suo faciens, ubicunq; tandem erit, quamuis ad aliam ipsum proficisci regionem iubeamus: q̄ etiam adfessor eius, & reliquum famulicium, siue ex proconsularibus, siue ex militibus, q̄ uis seruile etiā aut subiugale aliquod oēs hosce sequatur: necessitatem habenti bus (ut prædiximus) militibus, & quicunq; alij ibi locorū habitant, scholares forte aut domesticij, ut illius iussionibus obtemperent, cinguli & substantiæ suæ periculum reueriti. damus enī ei potestatem, ut & hæc illis adimat, nisi eius iussis appareat: propterea quod eum, qui hunc magistratum obtinet, uelimus formidabilem subditis & uenerandum existere. Etenim siue miles, siue proconsularis, siue scholaris, siue domesticus per causam illius iussionum damni aliquid collatori nostro irrogauerit: conueniens est, ut ipse hoc ex istius annonis proprio periculo recepto, iniuria affecto medeatur. Postremo neq; ulli eorum, qui ex hac urbe eō comitant, collatores nostros iniuria tentari permittet. Sed & cursum publicorum equorum illæsum conseruabit. Et si quis ex quocunq; hinc iudicio ad eam regionem comitantium iniurius erit, & ultra deputatum & constitutū exegerit: hunc persequetur. Curam autem geret etiam ciuitatis, & eorum, quæ ad frumentationem publicam pertinent, & sitonica appellatur, operumq; eius: & procurabit, ut secundum legem nostram racionia conseruantur, & tam Tamiaca, q̄ ciuilia insumentur. Et si quem eorū, qui solitas illas iussiones insinuate consueuerūt, nempe q̄ aquarū aliquis ductus impediatur, & q̄ quæ muros cōcernūt, diffundant, aut quia pontes aliqui sint per prouinciā, aliquāue itinera, aut alia deniq; eiusmodi existat occasio, prout improbe olim fuit in usu habitum: penitus ipsum prouincia expellet, nec permittet ei, ut uel iussionem eiusmodi insinuat, uel per hanc causam quidquam omnino lucri capiat. Nam si nobis uisum fuerit, eiusmodi inspectionem operum celebrari: sacra pragmatica forma usi ad eum, qui hunc geret magistratum, communicato præterea de his cum throno tuo cōsilio, rem ipsam nos disponemus, ne cui facile ad eius generis pecuniarum exactiones pateat aditus & accessus. Omnia quoq; quæ audierit improba, prohibebit is, qui hoc magistratu defungitur. Quod si uehementiore aliquo & asperiore opus erit: certiorē ea de re faciet tam excellentiā tuam, q̄ gloriosiss. præpositum, & alios celeberrimos magistratus, quibus ad talem rem conficiendam aliquid adest facultatis: nos deniq; ipsos, & nos illi, quid facto opus sit, explanabimus. Titulos uero prædijs apponere per prouinciam, cui præsidet, continentes certorum hominum appellationem, excepto nomine maiestatis imperatorie aut Tamijs, hoc est ærijs, in tantum prohibebit: ut patrimonium eorum, qui tale quid per petrate moliantur, in publicum redigar: & manus abscindat eos imponentibus, si præsentēs forte id ausi fuerint. si uero procuratores absentium: ingentibus illos tormentis subdet. Titulos certe (quicunq; tandem affigere ausi fuerint, siue præsentēs, siue absentium procuratores) detractos protinus ad capita eorum, qui affixerunt, infringet: sciens fore, ut si id factū cognitū neglexerit, ipse bonorum suorū publicationē sentiat. Iuri dicundo cum summa animi intentione & cura incumbet, neq; (ut hæcenus) rusticanos homines sinet iniurijs opprimi. Neq; amplius negocia nobis hic facessent Cappadoces, magno cum clamore supplicantes & lamentantes: sed ipse iudicem se illis & disceptatorem præbebit. Nam si quem huc aduenientem uiderimus, qui non prius apud ipsum calamitates suas lamentando explicauerit: hunc nos denuo cum increpatione mittemus in prouinciam, propterea quod relicto ma-

l ij gistratu

gistratu provinciae continuo ad nos decurrit. Si vero cum eos, qui iniuriam intulerunt, conuenirent, ipse comestationibus deditus & luxu iam perditus illorum se orationibus non accommodauerit, sed supplices plorare permiserit, hicq; ad nos cogantur decurrere, & maxime si mulieres sint, nosq; edocti fuerimus, quod hi quidem adierint, ille uero iniuriam ultus non est: protinus negocium ut suspectum habebimus, quasi propter lucrum, uel per gratiam, uel aliquorum obsequium factum, & nos ipsos illi prorsus opponemus: & cum triplicem magistratus functionem gerat, tripliciter quoq; illi resistetur, tam ipso iure, qm nobis, & legibus eum oppugnantibus. Quae ipsum reueritum, memoria item repetentem praecipua nostra, quae illi una cum codicillis magistratus dabimus (appellabant autem ea maiores mandata principis) conuenit omnia secundum legem nostram agere, utentem in cognoscendo aequitate, in rebus gerendis puritate: ubiq; contentem iusticiam, qua nihil inter homines unq; existit robustius aut pulchrius, quod die deum & imperatorem placare conciliareq; magis possit. Talis enim ipse cum sit, ita nostro quoq; testimonio comprobatus: uolumus, ut solus omnia in provincia conficiat: neq; causis audientiam alio quopiam praebente, neq; nobis facile uel in eam uenturis sententiam, ut alicui alij haec delegemus, uel occasione cohibendarum uolentiarum, seu quacumq; alia de causa emissuris aliquos: ultra hoc, quod tamen tale quiddam uel ex sacris nostris formis, uel magistratum iussionibus haecenus factum est, omnibus id uacaturum sit modis: ipso totius provinciae administrationem suscipiente, neq; ulli omnino, ut accessum eo habeat, permittente. Porro autem hunc quoq; magistratum, prout proconsulum proprium est, inter spectabiles ponimus: appellationesq; ab ipso transmissas tuam excellentiam uolumus una cum gloriosiss. quaestore sacri nostri palatii in forma & habitu consultationum disceptare. Si quae uero alia in Cappadocia causa minor aureis quingentis per prouocationem suspendatur, siue nostro, siue alicuius magistratus iussu datus iudex fuerit, qui tamen non sit spectabilis: huic spectabilis ipse proconsul in forma sacri consistorij & uice sacri auditorij accommodabit audientiam. siquidem & hoc illi ius addimus: decoramusq; illi magistratum tam amplo priuilegio, quantum nullus in hunc usq; diem in Cappadocia obtinere uisus est. Esto igitur iustus, & elato animo: & tam nos, qm legem praeculis habeto: cognoscitoq; quod si strenue ista exsequetur, longiore tempore in hoc officio permanebit, & maior ipsum alius forte magistratus excipiet. Caeterum si nostris iussionibus neglectis, potentiores aliquos, non legem, aut nos colat & ueneretur: tum primo quoq; tempore ips, quae in ipsum collata fuerunt, excidet: tum de caetero inter condemnatos habebitur, indignus nostro uisus iudicio. Adulteria uero, & raptus uirginu, & immoderatas illicitasq; & augenda rei suae causa comparatas circumscriptioes, neq; non homicidia, & si quid eiusmodi delictorum est, ita acerbè punito, ut paucoru hominu supplicio oes reliquos continue castiget: estoq; secundum legem exquisitus delinquentiu castigator. Neq; enim inhumanitas hoc, sed potius summa quaedam humanitas est, cum multi paucorum animaduersione saluantur. Quod si quem hoc nomine in crimine uocatum sustineat, qui uel cinguli, uel dignitatis, uel sacerdotij, uel eiusmodi alio praetextu speret ex illius se manibus ereptum iri: certo sciat, quod nostro iudicio indignus uidebitur. Nemo enim quacumq; potentia sua fretus, quodecuq; alienu praetendens patrocinium, in talibus delictis seueritatem legis effugiet. Quin potius si quis talibus se patrocinij ausus fuerit immittere: similem cum delinquente poenam & ipse sustinebit: idem cu sit, ipsum aliquem delinquere, & eu, qui talia peccauit & deliquit, uelle de manu legis eripere. Subijciatur autem legi & descriptio, quae significet, quid ipsum eosue, qui circa ipsum sunt, e publico capere: quid item uel occasione codicillorum dare, uel sacratis. Augustae coniugis nostrae pia domui inferre conueniat: trifariam uidelicet inferendis ips, prout iam inde ab initio & in hunc usq; diem obtinuit. Et subditis nostris (id, quod saepe diximus) pure utetur. quae res summo a nobis studio habita effecit, ut magnas etiam opes despexerim, quanquam in tot sumptibus & magnis bellis, per quae deus nobis dedit, ut non solum pacem ad finem deduxerimus, & Vandalos, Alanos, Mauritanos subegerimus, & totam Africam insuper & Sicilia recuperauerimus: sed & bonam spem habeamus, quod deus nobis annuet, ut & caeteras gentes, quas foecordia sua Romani amiserunt, cum ad utriusq; Oceani terminos tenerent, iterum ditioni nostrae adiungamus. quas nos diuino freti auxilio, ad meliorem statum redigere properamus: neq; quidcuq; detestamur eorum, quae uel ad extremam pertingunt difficultatem: uigilijs simul & inedijs, caeterisq; laboribus iugiter pro subditis nostris ultra, qm humanae naturae modus patitur, utentibus. Perleget etiam mandata nostra, quae illi dabimus una cum codicillis magistratus, quemadmodum ante diximus. Et siquidem omnia secundum illa

illa peregerit: & admirabilis futurus est, & undiq; dignum se nostro perhibebit imperio. Haec igitur omnia, quae per hanc exprimentur legem, cognoscens excellentia tua, & praedictas annonas huius officij throno praebeto: & ita ipsum scito amplum effectum, ut collati modo in ipsum floris & dignitatis cupiditate, multi merito hunc consequi affectent.

DE DESCRIPTIONE QUATVOR PRAESIDUM ARMENIAE. Constit. XXXI.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsule & patricio.

Perperam effuseq; posita, si ad competentem perueniant ordinem, & belle disponantur: aliae propè modum res apparent, speciosae pro turpibus, ornatae pro incultis, articulatae distinctaeq; pro incompositis prius & confusis. Quod cum & in Armenia admissum deprehenderimus: putauimus & ipsam ad congruentiam quandam & unam harmoniam collocari debere: quo magis ex bene constituta eius moderatione, & competens illi robur addamus, & decentem imponamus ordinem. Unde quatuor Armenias fecimus. Vnam quidem interiorem, cuius metropolis pia appellatiois nostrae cognomine exornata est, prius Bazanis seu Leontopolis dicta, quam etiam proconsulatu honorauimus, cui magnificentiss. uir Acacius praefuit: magistratu inter spectabiles relato, omnibusq; illi traditis, quae proconsulatum habere conuenit. Nam & stola ipsum exornauimus, & urbes illi adsignauimus, Theodosiopolim, quam etiam prius habuit, Saralam, & Nicopolim: Colonea quoq; ex prima (ut ante uocabatur) Armenia assumpta, item Trapezunte & Cerasunte ex Polemoniaco prius dicto Ponto, his partim a clariss. prouinciae praefi de, partim a spectabili moderatore separatis: in septem omnino urbes, & quaecumq; circa ipsas in proximo sunt loca, tota prouincia redacta. Secundum uero ordinem tenere iussimus eam Armeniam, quae ante Prima dicebatur, in qua caeteras praecedat Sebaeste urbs: attributa illi & Sebastopoli, quam prius quoq; habuit, & insuper Commana ex Polemoniaco prius Ponto dicto, & Zela ex Helenoponto, neq; non Brisa: ut ea prouincia quinq; contineatur urbibus: officio, quod Correctorium est, in pristina forma relicto, neq; praefide eius maiore aliquo nomine condecorato, sed ipso in eodem, quod prius habuit, derelicto. Ad haec tertiam Armeniam instituumus eam, quae prius secunda dicebatur, in qua principatum tenet Melitena urbs antiqua, urbs insignis, in pulchro solo, clementiq; caelo posita, neq; multum distans a fluentis Euphratis fluuij. Hanc nos in praesentia & augendam, & ad formam spectabilium tradendam putauimus. Praesidem quoq; huius comitem Iustinianum nominandum. dandosq; ipsi pro annonis solid. 700, eius adseffori solid. 72, & cohorti eius solid. 360: & ut omnia habeat, quae eiusmodi thronorum propria sunt. Et qui prius cohortales nominabantur: tum omnia faciant, quae etiam prius, & maxime circa publicam exactionem occupentur: tum ad Comitanorum appellationem transeant, perinde omnibus eis conseruatis, ac si cohortales existerent. Vrbes uero ei partim Arcam & Arabissum, partim Ariarathem, & alteram Comaniam (quam etiam Chrusam appellant) & Cucufum subdidimus, quas & prius habebat, e sex omnino consistens urbibus. Constituimus autem & quartam Armeniam, quae prius non in forma prouinciae continebatur, sed e gentibus erat, & ex multis barbaricis colligebatur nominibus, Tzophaena, Anzetena, Ophena, Asteaena, Balabitenaeq; dicta, & Satrapis subdita. id uero nomen magistratus neq; Romanum, neq; maiorum nostrorum, sed ex altero imperio introductum fuit. Exornauimus igitur & illam ciuili magistratu & forma, tam ciuili ibi magistratu instituto, qm Martyropolitanorum illi urbe, & Cithariza castro addito. Consistatq; ipsa in forma ordinarioru magistratum, Consularis a nobis facta. Ut cu quatuor sint Armeniae: duo quidem magistratus existant spectabiles, nempe alter proconsul, alter comes, & prima quidem Armeniae proconsul, tertiae comes praestat: secunda uero & quarta ordinarij. Et quia summo a nobis studio cautum est, ut appellationes intra quingentorum solidoru quantitatem non ad hanc almam deferantur urbem, sed ad proximos spectabiles magistratus: propterea disponimus, ut appellationes, quae quidem ex secunda Armenia procedunt, hoc est in qua Sebaeste urbs est, haec ad Armeniae primae praesidem, hoc est proconsulem deferantur: quae uero ex quarta mouetur Armenia, haec intra dictam quantitatem ad tertiae Armeniae praesidem

deueniant. His ita à nobis ordinatis, insuper illud etiam determinare iustum putamus, ut primæ Armeniæ talis uir præficiatur, qui pro amplitudine sua & spectatilis. iam erga nos ministerio, magistratus huius tam iuramento, quam excellenti maiestate dignus sit. Ac cum Thomam magnificentis. uirum aliquot iam in Armeniorum regione officijs defunctum, & alioqui frugi hominem esse, & nobis absq; fūco semper inseruissē, & modo quoq; inseruire depræhenderimus: promouemus ipsum ad huius officij administrationem, ut nō solū prædicta à nobis forma ad tempus huic prouinciæ præsideat, sed etiam alijs prouideat, quæcunq; ei uel per sacra commonitoria commisimus, siue in prouincia, quam ei tradidimus, siue in alijs. quod inquam fecimus, sacris ad ipsum compositis commonitorijs de diuersis actibus, quos ipsum & in alijs regionibus ad effectum deducere æquum est. Quæ uero ad sacerdotia spectant, ea (ut sæpe diximus) uolumus in pristina manere forma: negotio ipso neq; circa ius metropolitum, neq; circa ordinationes, uel mutationem, uel nouationem suscipiente: sed prius ordinatis nunc quoq; ex ordinatione autoritatē obtinentibus, & prioribus item metropolitanis in suo permanentibus ordine, ut (quantum ad ipsa) nihil penitus innouetur.

Illud sanè in confesso est, ex quo tertiæ Armeniæ comitem non tantum ciuilem, sed etiam militarem magistratū fecimus: necesse habere etiam milites, qui in ea stationes agunt, ut huic suppositi sint: licentia illi præbita, ut (quemadmodum militaribus permittitur magistratibus) & nomine quæq; suo euocet, & inquirat, & de ipsorum annonis dispiciat, & supplicio eos persequatur, si quando iniuste egerint, neq; committat, ut milites in subditos nostros iniurijs sint. Quod si quid flagiciosius perpetrent: ad instar criminalium causarum audientiā præbeat, tamen si milites existant, omnia deniq; agat, quæcunq; militaribus attributa sunt magistratibus. Et quemadmodum comiti Isauriæ & Pacatianæ Phrygiæ, & insuper Lycaoniæ, Pisidiæ, ac Thraciæ prætoribus militares etiam copias subdidimus: ut æque & ipse nō solū ad res ciuiles cohortem, sed etiam in copias militum potestatem habeat & imperium: & cum summa autoritate & amplitudine tam militibus, quam paganis faciendæ præcipiat, omnia agens, quasi uno aliquo officio existente. Inq; unam hanc rem prouidentiam conferat, ne quid per prouinciam admittatur flagitij, sed & ut admissum cōpetenter cōerceat. Neq; hanc illi potestatem in ulla omnino persona, quæ in prouincia sit, detrahimus, siue paganica, siue militaris, siue Tamiaca sit. Sub æquabili enim & perpetua pace nostros tueri subditos uolumus, non pro diuersitate personarum inducentes legū contemptum. Quæ igitur nobis placuerunt, ea secundum descriptionem quatuor Armeniarum, & maxime tertiæ, cuius occasione præsentem sacram legem tulimus, iam inde in omne reliquum tempus excellentia tua custodire studeto: omnibus, quæ singulis annis dari iussimus, per particulares descriptiones thronorum tuorum conficiendis.

NE QVIS MUTVVM DANS AGRICOLAE, TERRAM
eius teneat. item quàm magnas usuras creditores ab agricolis
debeant percipere. Constit. XXXII.

Imp. IVSTINIANVS A. Agerochio clariss. præfidi Aemi montis Thraciæ.

Rem duram, & quæ omnem longe impietatem & auariciam superat, communi lege quasi medicina quadam curare nobis uisum est, quæ non in præsentis tantum necessitate, sed per omne deinceps æuum suo in repub. munere defungi queat. Comperimus enim nonnullos in prouincia, cui præfides, non dubitasse captato ad hoc de industria sterilitatis frumentariæ tempore, sub modica admodum mensura frugum mutui cum aliquibus contractum celebrare, & ex eo uniuersam illorum terram ad se recipere: ut pleriq; ea occasione rusticorum diffugerint, pleriq; etiam fame perierint, & tetra quædam lues ac contagio exorta sit, in nullo penè barbarica incurfione inferior. Sancimus igitur, ut quicunq; agricolis quantamcunq; mensuram quorumcunq; aridorum fructuum crediderint, si ab his receperint, citra ullam exceptionem hæc illis restituant: nemine profus audente per causam prædictorum mutuatorum, siue scriptura interueniente, siue sine scripto celebrata sint, terram penes se detinere. octauam duntaxat modij partem in singulos modios per integrum annum usurarum nomine ferentes, si fruges mutuo datæ erūt. si uero pecunia numerata: in singulos solidos singulas annuas siliquas. Cæterū de reliquo

de reliquo contenti creditores octaua modij parte in singulos modios per annum, aut quantumcunq; manet, pro portione crediti, aut siliqua: omnino restituant, siue terram, siue aliud quiddam, boues forte, aut oues, aut mancipia pignori ceperint. Atq; hæc lex omnibus humanitatis & pietatis de se specimen præbeat, & tam egenorum necessitati medeatur, quam creditoribus non nihil adferat solatij. Quæ itaq; nobis placuerunt, ea claritas tua effectui finiq; tradere studeto: scituro creditore, quod si hæc contra facere aliquid ausit, exactione cadet. & qui mutuum accepit, qui se iniuriam pertulit, ex eo solatium habebit, quod tum ipse & facessendo negotio liberatus sit, tum creditorem in rebus suis iacturam pati uideat.

DE HIS, QUI MUTVVM DANT AGRICOLIS.
Constit. XXXIIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Dominico præfeto prætorio per Illyricum.

Ropter auariciam creditorum, qui angustia temporū abutētes, terrulas infeliciū agrestium sibi adquirunt, pro pauco summe a toto oēm illorum substantiam retinentes: legem posuimus, quam primo quidem in Thraciam, & in omēs eius prouincias, in præsentem autē & in Illyricianas prouincias direximus. Cuius exemplū subdī etiā præsentem legi præcepimus, ut non solummodo priuati homines putent legē contra se esse propositam, sed etiam milites altiore nitentes fastigio, legem contra se esse prolatam existiment. Ut ergo & tua magnitudo sciatur, quod cōmunis hæc lex posita est, & prouincialibus, & militibus, & omni cingulo, nulla excusatiōe cuiquam competente: ideo ad tuam sublimitatem præsentem legem destinauimus. scituris militibus, qui præsentem legi non esse obediendū existimāt, quod cingulo denudati, inter priuatos habebunt: pœnis, quas in anteriore lege posuimus, prius nihilominus subiugandi.

NE QVIS QVO'D AGRICOLAE MUTVAM PECVNIAM
dedit, illius terram detineat. & quem usurarum modum creditores accipere debent ab agricolis. Constit. XXXIIII.

Idem Aug. Agerochio clariss. præfidi Aemi montis in Thracia.

Rem duram atq; inhumanam, & quæ ultra omnem impietatem & auariciam sit, perspeximus lege saluberrima sanare, & cōmunem omnibus deponere medicinam, non tantum in præsentis necessitatis tempore, sed etiā in omni æuo futuro. Venit enim ad nostras aures, quosdam in ea ipsa prouincia, quam tu administras, auare temporum necessitate captata, sceneraticios fecisse contractus, & paucam mensuram dantes, terrulas eorum abstraxisse, & ex hac causa quosdam colonorum fugæ latebras petiisse, alios fame esse necatos, & tristissimam pestem homines inuasisse, incurfione barbarica non minorem. Sancimus itaq; omnes huiusmodi creditores, quantumcunq; uel tritici, uel hordei, uel in alia specie, quæ in fructibus aridis est, dederit: hoc reddito, in præsentem cum parte modij octaua per singulos modios in unoquoq; anno præstāda, terrulas

da, terrulas colonis restituere: nemine penitus eorum audente terrulas detinere sub occasione sceneraticae cautionis, siue in scriptis, siue sine scriptis credata sint contracta. Sin autem pecunias dedit: nihil amplius, quam si liquam unam pro singulo solido annuam praestare. Et hanc saluberrimam legem in omnes extendimus, in praesenti quidem tempore initium accipientem, in omne autem aeuum modis omnibus obseruandam, ut si quando fuerit uel triticum, uel hordeum sceneratum, uel alij aridi fructus: creditores, tam quod dederunt, accipientes, quam pro usuris octauam modij partem annuam pro singulis modijs, uel si liquam pro singulo solido secundum hunc modum, in quantum scenus permanferit, percipientes, siue terrulas, siue aliud in pignus acceperunt, boues forte, uel pecora, uel mancipia: haec modis omnibus reddant, & haec lex communis omnibus sit, humanitate & pietate gaudens, neque non omnibus egenis consulens, & creditoribus mediocre solatium afferens. Haec igitur, quae a nobis statuta sunt, claritas tua in omni prouincia, quae tuo modo ramine gubernatur, obseruare festinet. Scituris omnibus creditoribus, quod si aliquid praeter hoc commiserint: exactione cadent, & cui scenus ablatum est, hoc habebit solatium, ut ipse quidem securus degat, auarum autem creditorem uideat in suis pecunijs patientem iacturam.

DE ADIVTORIBVS QVAESTORIS. Constit. XXXV.



INTER PRVDENTES. &c. Haec praecedens constitutio designat, quod his, qui a sacra sunt memoria, liceat in locum suum adiutores constituere. Sunt autem adiutores uiginti sex, quorum etiam haeredes idem ius obtinent.

DE SVCCESORIBVS EORVM, QVI IN AFRI
ca degunt. Constit. XXXVI.



QVONE INFINITVM. &c. Ut Afri ea, quae Vandalorum temporibus uel ipsis, uel proprijs parentibus, uel auis utriusque sexus, uel ex transuerso cognatis usque ad tertium gradum erepta sunt, intra quinque annorum spacium uindictent, nisi legitimis excludantur praescriptionibus. 2. Ut ad comprobandum genus ambae partes probationes proferant. 3. Ut omnes Afri Romanis legibus subditi sint.

DE ECCLESIIS CONSTITVTIS IN AFRICA.
Constit. XXXVII.



VENERABILEM ECCLESIAM. &c. Ab Arianis ablata capiunto, sibi quoque habent ecclesiam Africae: ut tamen publicas pro illis pensiones conferant, ab istis acceptis immobilibus a nemine laedendis. Haereticus non baptizato, ad rempublicam non accedito, catechumenum non circumcidito. Nulla omnino haereticis domum aut locum orationis habeto. Carthaginensis ecclesia priuilegia obtinet, quae in uniuersum de omnibus dicta sunt ecclesijs in Codice. Qui ad Carthaginensem ecclesiam confugerit, is impunitatem habeto, nisi homicidium, aut raptum uirginis, aut uim in Christianum admiserit. Ecclesijs Africae ab aliquo pro sua ipsius salute oblata, a nemine prorsus auferuntor. Hoc ipse generaliter de oibus ecclesijs accipito.

De decu

DE DECVRIONIBVS, VT FILIIS SVIS DECVRIONIBVS
dodrantem relinquunt. Constit. XXXVIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosissimo. sacrorum per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsule & patricio.



VI nobis olim constituerunt rempublicam, hi ex usu fore rati sunt, si ad imitationem regiae urbis per singula municipia nobiliores congregarent, & formam quandam senatoriae curiae constituerent, per quam & publica tractarentur, & omnia recte fierent atque ordine. Atque ea res ita effloruit initio, ita splendida uisa est, ut amplissima simul & numerosissima decurionum familia existerent: & cum ingens eorum esset multitudo, qui curiae manciparentur, nemini omnino ciuilium munerum onus intolerabile uideretur. si quidem in multis diuisum onus parum aberat, quin his, qui id subibant, absque sensu & pondere esse soleret. Postea quae uero per partes quidam curialibus se muneribus subtrahere, & fraudes inuenire coeperant, per quas aliqua ab hisce liberi redderentur: paulatim ea occasione curiae defecerunt, plus mille artibus excogitatis, quibus tam priuatae res pessum irent, quam communes & publicae penitus interciderent. Inde adeo ciuilia munera ad paucas personas redacta, & illis patrimonia conturbantur, & plerisque ipsorum ita depauperarunt, ut in potestatem perditissimorum mercenariorum, quos uindices appellant, peruenirent. Vsu itaque uenit, ut ipsa reipublicae administratio abundaret reliquationibus, abundaret ite omni improbitate. Haec nos saepenumero peruestigantes, putauimus negotio medicina adhibenda, sed quo uehementius nos circa id elaborauimus: tanto decuriones plures undique contra ea, quae recte & iuste sancita sunt, contraque bonum publicum artes inuenierunt. Ex quo enim uiderunt omnibus se modis compelli, quartam conseruare curiae: uix id relatum erat a nobis in leges, cum ilico patrimonia sua dissipare coeperunt, ut sub morte summa laboraret inopia, neque quadrantem, sed summam deinceps egestatem curiae relinquerent. Mox cum ipsis etiam corporibus curiam defraudare constituissent: multo rem omnimodam impissimam excogitarunt, legitimis abstinentes nuptijs, praetoptantes sine liberis (quantum ad legem) decedere, quam genti suae & curiae se utiles ostendere. Perfecerunt rursum, ut lex olim ferretur, quae uel sine decreto donare ipsis bona sua permetteret, cum interim lex uellet, ut uenditio cum interpositione decreti procederet. Quae sane lex mirabilis fuit, quod solam uenditionem decreti interpositioni & necessarijs quibusdam obseruationibus subiecerit, in omnibus alijs liberam eis, quo uellent modo, potestatem agendi permittens. Hac igitur occasione curialibus nexibus obstricta bona in alias transtulerunt personas, nihil ex ijs compendij obtinente curia. Ut si quis per nostram rempublicam curias enumeret: paucissimas inuenit, & eas quidem uel neque hominibus neque pecunijs abundantes, uel licet paucorum forte hominum, tamen absque ullis pecunijs.

Et quanquam per partes iam leges tulimus, quae uolunt, ut tam uenditiones, quam simplices donationes, & omnis denique actio, quae alienationem immobilium curialium rerum continet, decreto cum obseruatione ibidem posita interponendo subiaceat: tamen cum postea per ementitas causas donationes conficerent: in uniuersum & ipsam, neque decurio in ullam omnino personam donationem conferret, sustulimus. merito autem donationes ante nuptias excepimus: quandoquidem neque per omnia donationes sunt, sed species quaedam in his contractus, & ueluti * authoramentum procreandorum liberorum continetur.

Post haec cum uideremus, multas ea in re circumscriptiones suboriri: legem conscripsimus, ut curia omnibus modis, siue cum persona, siue absque persona prorsus quadrantem haberet, neque ulli liceret curiae minus relinquere, aut comminisci artes, aut aliquo alio modo deminueret: siue filius ad curialia munera succederet, siue ipsa etiam curia quadrantem recipe ret. Ac neque intra hunc terminum restitimus, sed etiam foemellis in institutione certam partem ab ijs assignari sanximus, ut nulla occasione ea curiae deminueretur. Praeterea neque hac fini (ut diximus) totius substantiae eius, qui curiae mancipatus esset, quartam constituimus: sed etiam nuptias illas & effusas largitiones sustulimus, non aliter ipsos conditione sua liberari concedentes, quam per maximarum dignitatum honorem, patriciatus scilicet, * & quae in militares habetur copias. Nam magisteria militum inter praefecturas ceteri etiam lex nouit. Unde si quis praefecturae officium gesserit (in ipso scilicet actu constitutus) siue administranda republica, siue ducendis exercitibus: is per legem nostram curiali conditione liberatur, omnibus alijs exemptionibus sublatis. Nam ne eiusmodi dignitates, nempe praefecturae (idem licebit & de

m magisterijs

magisterijs militum dicere) quæ solo honoratio titulo conferuntur, ex albo decurionum eos, qui hæc nacti essent, eximerent: diligenter sanximus. Atq; hæc sanè cum multis alijs, quæ licebit ex positis iam legibus percipere, præteritis sancita sunt temporibus. Absolumus insuper nonnullos & uarios curiali conditione, pragmaticis in illos legibus pro nostra licta litate collatis, quas omnes ratas esse uolumus: & præsentem legislationem ab undecima indictione, quæ modo est, incipere, quo scilicet tempore in senatu hæc nobis lex fuit composita.

Quoniam uero cernimus, plerofq; ita hostili animo erga patrias suas esse affectos, ut cupiant alijs potius suam relinquere substantiam, q̄ uel quartam eius partem curiæ: putauimus hic quoq; per nostram legem, ex casu non existentium filiorum, hanc partem augendā esse.

Si POST hanc igitur nostram legē decurio moriatur, qui liberos nō habeat, neq; masculos, neq; foeminas: eo casu tres substantiæ suæ partes relinquitur curiæ, quartā uero qui busquibus uult. erit em̄ uniuersa ei curia unius filij forte uel plurium loco, imō (idem enim possumus dicere) ipsius ciuitatis plenitudo liberorum locum obtinebit. & perpetua ei laus, immortalisq; memoria, & tantum inde fructus existet, quantum à liberis existiturum non erat.

Si cui uero, tametsi legitimos filios non habet, spurij tamen sint: integrum ei esto cum onere curiæ hos etiam hæredes scribere, & ipsa planè scriptura pro quacunq; oblatione erit, neq; opus habeto (id, quod in antiquis traditur legibus) ulla alia adiectione, aut dū superstes fuit, oblatione: sed indidem scripti (modo liberi sint) decuriones & hæredes existunt, habentocq; & ipsi dodrantem, prout pater inter ipsos eum partitus fuerit. Quod si totum quoq; assem eis relinquere uoluerit: multo etiam præclarius egerit. Cæterum usq; ad dodrantem omnino eis hæreditatem relinquitur: certo sciens, quod etsi minus reliquerit, prorsus tamen substantiæ ex lege supplementum ad dodrantem usq; futurum sit. At illi, siquidem patrimonium cupiunt percipere, etiam decuriones sunt. Si partim amplectantur, partim recusent: eorum portiones, qui recusant, ad eos, qui amplectuntur, perueniunt. Si omnes repudient: tunc quasi nullis existentibus liberis, eo casu dodrans ad curiam peruenit.

Si VERO ET IPSE tacuerit, neq; ulla ei ex legitimis supersit soboles: tunc quadrans quidem ad hæredes ab intestato deuoluitur. spurij autem, si uoluerint se ipsos offerre curiæ: amplexator, pro ut siue omnes, siue quidam ex ijs uoluerint, dodrante patrimonij omnino ad decurionē decurionesuē deferendo.

Insuper & si ex ancilla natos habeat, & uel superstes eos, uel in testamento manumittat, offeratq; curiæ: amplexantur hi quoq; & decuriones sunt, prout ipsorū, qui curiæ eos obtulerūt, desiderium constituerit, percepturi (quemadmodum dictum est) dodrantem. Vbiq; enim uolumus, siue testamenti tabulas cōficiat, siue absq; nouissima expressa uoluntate decedat: eos, qui curiam ingrediuntur, dodrantem accipere. Cæterum si manu tantum emiserit, non etiam curiæ obtulerit, & hi, uel quispiam, uel quipiam ex illis ad curiam oculos referre uoluerint: tribuitur & hic dodrans decurioni decurionibusuē proportionē. Si uero nemo ex spurij uel uoluerit, uel se obtulerit: tunc dodrantem curia capito.

ENIMVERO si legitimorum filiorum pater sit: hoc casu res ipsa distinguenda, soli ne masculi, an solæ foemellæ, an misti sint: ut ex omni parte lex absoluta sit, & curiæ commodet.

Si itaq; masculi filij, aut ipsi forte ex præmortuis filijs masculi nepotes soli sint: dodrantem in omnes suo arbitratu partitor: ita tamen, ut neutiq; lex de inofficiosis differens testamētis infirmetur, nisi ratio hoc ingratitudinis efficiat. Neq; enim iura super his posita ali quo modo tollimus. Illo sanè omnibus modis obseruando, ut dodrantem inter nō ingratos filios partiat, & singuli pro ea parte ciuilia patris munera subeant, quantam cuiq; pater ex substantia sua attribuit: solo quadrante ad patris arbitrium relinquendo, quocunq; animus illi concedere & inclinare uoluerit, siue ad liberos, siue ad alium.

Quod si omnes foemellæ existant, & eius ciuitatis decurionibus nupserint: licentia erit patri, siquidem (ut dictū est) decurionibus nuptæ fuerint: totam substantiam in ipsas diuidere, aut saltem omnino dodrantem, prout uoluerit: nihilominus & hic legi aduertens animum, quæ successiones ab intestato ordinat. Si uero partim decurionibus, partim non eius conditionis hominibus nupserint: dodrans quidem omnibus modis à patre decurionum uxoribus relinquitur, hoc etiā casu diuidendus, quemadmodū pater uoluerit: reliqua uidelicet parte legitima penitus illis alteris conferenda.

At si nondum collocatæ sint nuptum: tunc ea conditione ipsas, aut aliquā, uel aliquas ex ipsis in dodrantem hæredes scribat, ut omni modo eius ciuitatis decurionibus nubant. Aut si hoc noluerit ipse, uel cum ipse scripsisset, hæ non sustineant: dodrans quidem ad curiam ciuitatis peruenit, quadrans uero solus in omnes eo modo, quo lex uult, diuiditur, imputandus illis in rationem dorum.

Si uero tam masculi sint, q̄ foemellæ: masculu

masculi quidem prorsus dimidiam patrimonij partem habent, foemellæ uero reliquam dimidiam, sed non totam. dabunt enim decurionibus ipsæ fratribus de sua quadrantem, nisi & ipsæ decurionum uxores sint, uel omnes, uel aliquæ ex eis. nam si ad eiusmodi nuptias peruenierint, & patriæ suæ decurionibus coniunctæ fuerint: tūc à præstatione quadratis liberæ erūt, ut quæ & ipsæ per maritos suos, quoad superuixerint, in partem curialium munerum uocari uideantur.

Hæc nos lege compræhendere cogitauimus, non ut hominibus rerum suarum tractationem & administrationem adimamus, sed ne ciuitates penitus destituantur curia, aut curiæ per impia quædā commēta forte adigantur ad pauperiem. Siquidem cōperitū habemus, nonnullos etiā lege ueritas cōtrahere nuptias, dumtaxat ne ipsis legitimi exinde filij, sed spurij gignerent: & illis tandē quasi extraneis bona sua relinquere, ac curiam per hoc à debito patrimonio auertere.

Ad hæc quoniam & illud sanè ad curiarum detrimentum fieri, ex ipsa rerum experientia depræhendimus: quodq; multi, dum alterum parentum suorum uel de Tamiaco, uel Comitiano, uel conchylegulorum, uel alio consortio fuisse afferunt, conantur uel Tamiacæ, uel Comitianæ, uel conchylegulorum, uel cuiuspiam alij se conditioni adsignare, & curiam declinare: propterea sancimus, ne qua eiusmodi fortuna seu conditio contra rempublicam existat: sed siue ex Tamiaca matre, siue cōchylegula, siue Comitiana decurioni natus sit filius, omnino curialem præualere fortunam uolumus. Decuriones enim paucissimi ubiq; terrarum per nostram rempublicam existunt, Tamiaci uero, & Comitiani, & conchyleguli ad ingentem effusi sunt multitudinem: & conuenientius est, curias ciuitatū ad pauca corpora coangustatas augere, q̄ numerosæ multitudini alios de integro adijcere.

Si qui uero sub noie matris suæ, nempe de Tamiaca, aut conchylegulorum, aut etiam Comitiana fortuna seu conditione existentis, curiali se cōditioni subtrahere conati sunt, uel fuerint iam inde à decima indictione, & ipsa, quæ modo præterijt: quæ ad eum confecta sunt aut impetrata modum, siue ex sacra aula, siue aliunde, cassa & inualida sunt, & istiusmodi decuriones de cætero esse sancimus. si quid enim ante decimam indictionem confectum impetratumue est: id firmiter & in suo manere robore uolumus.

Excipimus autē præsentē sacra hac nostra constitutione Theodosium & fratres ac filios Ioannis cognomēto de Iscis, qui ante decimam se indictionem, quanq; ex decurionibus orti parētibus, Tamiacæ conditioni adscriperunt: & quicquid pro ijs liberandis actum impetratumue est, tollimus. Nulla em̄ ipsos re ex concessis perfrui, sed decuriones esse uolumus, & quæ decuriones cōdecet, agere, & curialib; intendere muneribus: nulla (ut diximus) re ad hoc illis adiumentum adferre queunte, quamuis cōcessa illis & definita ex aula, aut aliunde sint. Quæ igitur nobis placuerunt, & ad utilitatem ciuitatum & curiarum decreta sunt, & hac sacra exprimuntur lege: ea studeo excellentia tua & conseruare, & effectui tradere: pœna imminente his, quicunq; hanc nostram legem transgredi præsumperint.

DE RESTITVTIONE DOTIALIUM RERVM ET AD donationem ante nuptias pertinentium. item de ea, quæ undecimo mense post obitum mariti parit. Const. XXXIX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum ex consule & patricio.

Luxa ac uaria rerum humanarum natura, simul atq; uel paululum remedio indiget, licet gubernantis ratione ad prima usq; principia redigatur: haud aliter tamē ad pristinam denuo synceritatem reuertitur, nisi unā dissolutis his, quæ particulatim illi obstare uidebantur, sub tranquillitate, omni semota perturbatione, ut legem decet, constituatur. Quale sanè quiddam & nos hoc tempore ad condendæ legis necessitatem adegit descendere. Neq; enim ignoramus, quomodo in diuersas olim sententias rapiebantur ea, quæ restitutiones concernunt. quantaq; exinde nascebatur perturbatio, si usu ueniret, ut qui restitutione grauati erant, quasdam res pignori obligassent: siue quæ restitui iussæ fuerāt, siue hæ solūmodo, quæ restitutione grauati pignori erāt, in periculum adducerentur. quanta item circa ipsam uerborum differentiam designandam uersabatur quæstio, siue defunctus præceperat, ut quæ ex inuentis mortis suæ tempore post mortē restitutione grauati superessent, restituerentur: siue etiam simpliciter restitui iusserat.

m ij quidquid

quidquid post legitimam detractam reliquum esset. tum etiam quomodo tam fidei commisi si persecutiones, quæ multiplices illi & uarij ac penè indissolubiles in rem missionis ambitus introducebantur. sed & quomodo nos, ut ea sanarem, paulo ante legem conscripsimus, in uniuersum prohibentes, ne restitutioni res obnoxias uel alienare uel oppignerare liceret, sed cum sua ambularent causa: ne se ratum haberetur, quod gestum esset: sed ad eum reuertentur, cui iussæ erant restitui. Atque hæc quidem lex inueterata propè modum iam, & in iudicijs omnium consensu approbata est. Verum enim uero futurum erat, ut (quod ante diximus) omnia sui natura ferre solitum tempus ostenderet, eam quoque legem necessaria quadam exceptione indigere.

Inde adeo tum uiri, tum mulieres, quod iniuria affici uiderentur, nos adierunt. Siquidem in cōtrouersia quadam defuncto marito mota, cum uxor dotem & donationis ante nuptias siue propter nuptias partem, quam mariti mors illi tribuerat, exigeret: pertinaciter res ipsas ex altera parte defuncti frater præteritu paternæ uoluntatis retinere, easque mulieri eripere conabatur: dicens ex quo frater suus ista insumpsisset, & ipse apud mulierem res paternas, quas ex casu non existentium filiorum pater sibi restitui iussisset, aspiciere cogere: sine aliqua temporis præfinitione se eas repetiturum, neque prius ea decessurum sententia, quam per omnia legi nostræ satisfactum esset. Contra hæc optimo iure mulier lamentabatur, dicebatque iustum non esse, ut cum maritus totius dotis dominus factus fuerit, & si ipsam præmori cōtigisset, ex pacto cōuento lucrū habiturus fuisset: nunc postquam maritus prior mortē obiisset, ipsa restitutionē ignorans, ad amissionem earum rerum periculū ueluti per fraudem inducatur. Sed pro tempore ei negotio forma adsignata est, quam præclare se habituram putauimus.

Mox alius quoque supplex nobis exstitit, qui diceret uxoris patrem iussisse, ut substantiā cæteris eius filijs restitueret, & minima duntaxat portio apud ipsam resideret: inque magno se discrimine uersari, si quidem patrimonium suum tam circa dotis restitutionem, quam circa præstanda in solidum ea, quæ de donatione ante nuptias cōiugalibus instrumentis ex pacto cōuento contineatur, periclitetur: ipsi uero nihil eorum propter bonorum ex restitutione ademptionem liceat assequi.

Hæc merito nos mouerunt, & satius esse rati sumus, nostrā corrigere legem, quam periclitantes intueri subditos: & maxime in nuptijs, quibus nihil est in hominum uita utilius, ut quæ solæ homines procreare & producere possint.

Ea itaque de re & præsentem legem proferimus: cum omnia alia, quæ in priore nostra cōstitutione exprimentur, rata manere uolentes: tum hoc solum innouantes, ut si quis de cætero bonorum suorum restitutionem inducat, primum quidem filio in legitimam portionem referat, non quadrantem (nam hoc correximus, nimiam eius tenuitatem obliterantes) sed trientem, aut pro numero liberorum semissem. deinde & de reliqua substantiæ parte, si ad dotem donationemque ante nuptias honeste & secundum personarum qualitatem commensuratè offerendam legitima portio non sufficiat: ut tantundem ante restitutionem decerpatur, quantum si legitimæ parti apponatur, dotem aut donationem ante nuptias efficiat. Sancimus enim, ut prorsus ea ratione coniugalia instrumenta, & eo nomine celebratæ alienationes seu hypothecæ à restitutione eximantur. Et siue uiri, siue mulieris persona eiusmodi restitutione grauata fuerit: tam uero liceat eo casu ante nuptias (ut appellant) seu propter nuptias donationem offerre, nihil efficacitæ (quantum ad eas res) obtinere restitutione: quæ mulieri, si restitutione grauetur, nullum ea impedimentum pariat ad offerendam dotem. Ea enim, quæ in commune omnibus conferunt, his præponimus, quæ priuatim aliquibus expediunt. Atque hoc priuilegium coniugalibus conventionibus, exindeque prouenientibus exactionibus esto. Nam si maiores nostri per præsumptionem multa à generalibus hypothecis exceperunt, quam non perinde necessaria nobis existentia: quomodo non multo nos maioribus & melioribus rationibus adducti, coniugalia lucra exceptione includamus? Cæterum in omnibus his futuro tempore & post hanc latam legem existantibus restitutionibus gratificamur. Neque enim illi fraudi locum facimus, ut mulier aliqua exiguam habens dotem, aut uir modica ante nuptias donatione oblata, de hac nostra lege certior factus, ad circumscribendam legem, tendendo insidias restitutionibus, augmentum doti aut donationi ante nuptias uelit cōstituire. Nam & hanc circumscriptionem tollimus: nullam inde utilitatem (quantum ad euerisionem restitutionis) habere sinentes eos, qui augmenta celebrarunt, incontaminatam legem nostram futuro reseruantes tempore.

Proinde unum quidem hoc presentis legis caput erit. ALTERVM uero illud, quod de mulieribus, quæ post priores nuptias ante excessum anni, quem leges lugubrem appellant, ad secundum deducuntur matrimonium (quas tam tres ante nos imperatorum constitutiones puniunt, quam etiam nos, cum de his nupte legem

legem & alia de his sancita cum aliquot correctionibus perscriberemus) pertractat, tamen si in quadam legislationis nostræ particula breuiter attigimus: impudentissimum tamen quiddam in præsentia occurrit, quod nostris euenisse temporibus nollemus. Vnde merito nobis correctione dignum existere uisum est. Siquidem mulier cum in domum uiri deducta esset, despiciatui hunc habuit eiecitque ex animo, de uiolanda (ut licet conijcere) pudicitia etiam annum superstite marito cogitans. nam nondum elapso anno, sub finem undecimi mensis peperit, ut nequaquam ex defuncto foetum susceptum queamus dicere. neque enim foetura ipsa in tam longum tempus protensa est. Et quia hæc quoque una de pœnis est, quæ intemptiuas nuptias contrahentibus infliguntur, ut uxor protinus donatione ante nuptias à marito oblata excidat, atque ita repente eam amittat, ut ne usum quidem & fructum retineat: probabiliter sane filij, qui per egregium illum matris partum tam insigni iniuria affecti erant, ipsam patris donationem ante nuptias capere, neque aliquid mulierem à uiro lucri obtinere debere, cui tam cito debitum derogasset honorem, contendebat. At ipsa (sed pudet nos, quæ protulit, effari) indignam se dicebat esse, quæ donatione excideret, quâdoquidem legem de legitimis tantum nuptijs differere arbitrata sit. post priores uero nullis se alijs nuptijs iunxisse, sed naturali tantum concupiscentia, non destinato consilio hunc partum prouenisse. Cæterum quæ in confesso est, plus mille alijs eam pœnis subdi, ut quæ etiâ stuprum in se admiserit, neque nos illas ei pœnas remittimus: interim tamen (quoniam clementer defuncti liberorum rationem habemus) in hoc casu donationis etiam ante nuptias amissionem ei inducimus, quam lex illis iniunxit, quæ intra tempus luctus ad legitimas accedunt nuptias. Nam si lex illas, quam legitimas cōtrahentes nuptias, ea solū de causa impunitas non relinquit, quod reuereatur, ne mala forte aliqua contra secundum coniugem ex eo, quod tam propere ad nuptias festinauerit, oboriatur suspicio: quomodo hic, ubi non solū in suspicione res hæret, sed etiâ certissimū & in deprecabile delicti argumentum omnium scelestissimus ille partus de se præbuit, pœnis ipsam obnoxiam non relinquemus? Vnde sancimus, si huiusmodi aliquid eueniat, & mulier intra tempus luctus sub finem anni pariat, & extra omnem controuersiam positum sit, eam prolem ex priore matrimonio non existere: ut ea prorsus donatione ante nuptias priuetur, tamen iure proprietatis, quam ususfructus: insuper omnibus alijs subdenda pœnis, perinde quasi legitimis secundis se nuptijs ante tempus luctus finitum iunxisset. nuncque enim scortatio superiores partes, quam castitas, obrinet: sed ipsædem pœnis & ipsa subiicitur, & præterea metu inscriptionis de adulterio in periculum adducitur, ut neque intemptiuas appetat nuptias, neque legitimas nuptias improbiore commento eludat. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hæc sacram exprimentur legem, ea cognoscens excellentia tua, more solito per propria programmata omnibus clara & perspicua facito.

Desideratur hoc loco constitutio.

APVD QVEM OPORTEAT APPELLATIONES IN
quinque prouincijs, Caria, Cypro, Cycladibus insulis, Mysia & Scythia interpositas examinari. Constit. XLI.

Imp. IVSTINIANVS A. Mono gloriosiss. questori exercitus iustiniæ.



Cum paulo ante sacram à nobis constitutionem factam, in qua cum quinque has prouincias, Cariam, Cyprum, in circulum positas insulas, insuper etiam Mysiam & Scythiam gloriæ tuæ traderemus, ut sub gloriæ tuæ imperio censerentur: addidimus etiam, ut prouocatione suspensæ lites in prædictis prouincijs deinceps non ad gloriosiss. nostros præfectos, sed ad tuam mitterentur gloriam.

Quoniam uero multi nos ex Caria, Rhodo, & Cypro cum summa animi indignatione adierunt, dicentes sæpenumero uel hyemis tempore se compelli ad Scythas & Myfos, in quibus locis tu degis, proficisci, ut appellationes istic non pro magnis admodum pecunijs expediant, & tum longius per mare excurrendo, tum barbarorum excursionibus infecta loca adeundo periculum sustinere: propterea uisum nobis est hanc ad tuam gloriam legem conscribere, ut causis quidem appellationum ex Scythia & Mysia tanquam uicinis delatis audientiam per te: ipsum accomodes. Quæ uero ab alijs locis, hoc est Caria, prædictis insulis, Cypro deferuntur:

m iij siquidem

siquidē apud gloriosiss. nostros praefectos agitabantur, ex sacra iussione nostra adsignatae provinciae praefidi, & ipse in regia hac urbe praetorsis: moueantur & ipsae apud te, & examinentur una cum gloriosiss. quaestore sacri nostri palatii in sacro auditorio, quemadmodum de appellationibus propofita lex explanat. Si uero in Scythia ipse & Mysia moram trahas: appellationes ad eum deducantur, qui in ampla hac urbe locum tuum supplet, omnino tamen secundum eiusmodi cognitionum formam in societatem audientiae adhibito gloriosiss. nostro quaestore, quominus homines praedictas difficultates * sed praefato a nobis modo communiter ab ipsis iudicetur: quando non alia de causa nobis ita ordinare legem placuit, quā ut maiore & ampliore cū diligentia & autoritate controuersiae disceptarentur. Caterum si ipse iudicem in praedictis provinciis dederis: is, qui in ampla hac urbe uices tuas obtinet, huius audientiam praebere, quomodo & apud gloriosiss. praefectos in more est. Certe si apud gloriam tuam hic (ut conijcimus) inuenta lite coepta, deinde contingat in medio gloria tuam propter numerata militaria stipendia peregrinari: absque cōperendinatione huic finis apud eum, qui uices tuas gerit, imponat eadē forma, qua & ipse ei audientiam accommodasset. At si initio non ad gloriosiss. praefectos ex aliquibus provinciis appellatione transmittatur, sed ad aliud iudicium: in nullo ueterem morem nouamus. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimuntur legem: ea in perpetuum excellentia tua tam effectui & fini tradere, quam conseruare studeto.

VT ANTHIMVS, SEVERVS, PETRVS, ZOORAS, ET
reliqui heretici ecclesiastico gradu detrahantur. Constit. XLII.

Idem A. Memne sanctiss. & beatiss. archiepiscopo Constantinopolitano,
uniuersisque eius tractus patriarchae.

Non insolitam imperatoriae maiestati rem agentes, ad praesentem legem peruenimus. Quotiescunque enim sacerdotum sententiae aliquos, qui sacerdotio in digni essent, sacerdotalibus deturbarunt sedibus (quale sit, Nestorium, Eutychem, Arium, Macedonium, Eunomium, & alios non inferiore, quam illi, malicia) toties etiam ad sacerdotum auctoritatem imperatoris consensus accessit, ut diuina cum humanis coeuntia, rectis sententiis symphoniam quandam & unam consonantiam induceret.

Simile quiddam nuper circa Anthimum euenisse scimus, tam ab Agapeto religiosae & celebrandae memoriae praefule sacrosanctae in uetere Roma ecclesiae constituto, e sede huius regiae urbis depulsum, ut qui in sedem neque ulla sibi ratione competentem, & praeter omnes canones insilisset: quam communi sententia eiusque iuri sanctae memoriae multis nominibus exofculari uideretur (id, quod uariis postmodum commentis refugit) simulans quidem sancta se quatuor concilia sequi, nempe trecentorum decem & octo sanctorum patrum Nicenae, centum & quinquaginta in hac alma urbe, ducentorum praeterea Ephesi primū congregatorum, neque non dei amantiss. sexingentorum & triginta patrum Chalcedoni: non uero re ipsa illorum dogmata consequens, neque nostram benignitatem & submissionem, quam pro eius salute suscepimus, amplecti, neque renunciare tam impiorum dogmatum auctoribus a sanctis patribus in synodis reiectis uolens, sed ratus in unum & eundem auctoritatis gradum utrosque tam condemnatos, quam qui condemnarint, collocandos. semel enim peregrinus a sacrosancta ecclesia cogitationibus mancipatus, & a rectis dogmatibus alienus factus, merito ad eorum rectitudinem regredi non ualuit, quanquam a nobis quoque diligenter & summo studio ad eius salutem contendentibus, commonstrata uia, admonitus. Propter omnia haec igitur, quae cum ipso gesta sunt, & depositionis a gradu ecclesiastico sententiam a sancta synodo tam per causam illicitam neque per sacros canones approbatam in sacerdotales huius regiae urbis sedes irreptionis, quam a rectis & ueris dogmatibus diuersionis prolata, ratam nostram facit maiestas, deique ipsam praesentem legem conscribit. Et interdiximus, ne in alma hac urbe eiusque confinij moram trahat, neque in ulla insigniorum urbium quietem agat: sancientes, ut cum his acquiescat, quibus se dignum praebuit, neque cum ullis consuetudinem ineat, aut eos in perniciem prohibitorum dogmatum inducat. ENIMVERO neque sententiam iuste contra Seuerum promulgatam, & ex omnibus archiepiscopalibus & patriarchalibus sedibus unam cum prudentia monachali procedentem, exortem confirmationis regiae effecimus, qui prius sacrosanctae

rosanctae Theopoliatorum ecclesiae sede contra sacros ritus occupata, ita omnia conturbauit, ita conturbata transmutauit, ut generale quoddam & absque fecialium interuentu susceptum sacrosanctis inter se ecclesiis bellum inferre uideatur. Atque hoc etiam * ab his, qui ante nos sceptrum imperij tenuerunt, ad ipsum scriptum esse, tam uariis ac recto alienis dogmatum fraudibus ac blasphemis utentem, quam omnia iam nunc perturbata reddentem, & de errore solum utriusque haereticarum (Nestorij scilicet & Eutychetis) haustis abominandis & cum religione pugnantibus dogmatibus innitentem, & utriusque horum peruersis. ducum, qui tamen non nihil inter se diffidere uideantur, ad unum tamen impietatis finem tendunt, notorias disputationes effingentem. Nam cum duo inter se contraria sint dogmata, tam Nestorij, quam Eutychetis (ut diximus) quorum utrumque ex aequo mortem animae importat, quae ex ipsis Arianorum & Apollinaris impietatis constant: mirabiliter tamen & praeter opinionem ipse affectus, similiter in utrumque incidit, & nunc huic, nunc illi primas partes deferens, commune se suosque sermones tantorum piaculorum receptaculum constituisse uidetur. Esto igitur & ipse praedictae anathemati obnoxius, quod uniuersus patriarchalis, sacerdotalis & monachalis reipublicae nostrae (ut ita dicamus) ordo iuste ei induxit: ex Theopoliatorum ecclesia eiectus, propterea quod & illius urbis sedes eum repulerit, quasi qui ne initio quidem rite ipsam occuparit, uiuente nimirum adhuc & in sacrosanctis ecclesiis hinc inde sacras coeones habente eo, qui ante ipsum sacerdotio functus est: & nunc a successore suo sacerdotio exclusus sit: neque intra hosce tantum terminos restiterit, sed iam etiam sub generale anathema orthodoxae & catholicae ecclesiae reiectus sit: & multis maledicis & prohibitis libris rempublicam nobis referat. Vnde in uniuersum omnibus interdiximus, ne quid librorum eius comparent. Et quemadmodum Nestorij libros describere aut comparare non licet, propterea quod ante nos imperatoribus in suis constitutionibus uideantur Porphyrij scriptis contra Christianos editis similes existere: ita neque Seueri dicta scripturae apud quenquam Christianorum maneat, sed profana sunt, & a catholica ecclesia aliena, ignique comburuntur a possessoribus, nisi illis retinendis in periculum adduci uelint. Praeterea a nemine in posterum conscribuntur, siue librarius aliquis, siue notarius, siue quisque alius sit: sciens, quod illius dicta conscribentibus abscissio manus in poenam irrogabitur. Nolumus etenim, ut illorum blasphemia ad alia proferat secula. Consimiliter & illi huius regiae urbis, eiusque confiniorum, & alicuius insignioris ciuitatis ingressu interdiximus: sed ut in solo aliquo loco & silentio desideat, neque alios corrumptat, neque ad proferendas blasphemias eos inducat, neque contra uera dogmata noui aliquid inueniat, per quod denuo nobis sacrosanctas perturbare studeat ecclesias. SED NEQUE Petrum, qui Apameae episcopus fuit, remotum a gradu ecclesiastico, & ipsdem de causis, quare obrem Seuerus, anathemate (ut uocant) percussus, maiestas imperatoria admittit. sed rata sunt, quae aduersus ipsum decreta sunt: & quemadmodum sub generale anathema reiectus est, ita & redactus esto: sententia, quae de his ipsis a sanctiss. summis pontificibus praeficit, rata permanente. Ac neque illi permittimus, ut hanc regiam urbem, eiusque confiniam, aut praestantiorē aliquam ciuitatem incolat: sed quorum secutus est errorem, horum imitetur etiam in degenda uita rationem, quam longissime ab hominum consuetudine remotus, seque ipsum latebris occultans. siquidem multo praestabilius est hoc genus hominum latitare, quam in publica luce & ante omnium oculos uersari. nam si latitent: sibi ipsis tantummodo erunt incommodi. si uero dogmata sua publicent & uulgo proferant: multis simplicioribus occasionem praebent ad interitum. quod quidem ut aliquo modo in Christiano dei ouili & pio recteque sentiente populo eueniat: neque iustum est, neque a maiestate imperatoria concedendum. QVIA uero & Zooram religiose simul & iuste iudicantes episcopi dignum putauerunt, quem omnino sub anathema redigerent, ut qui ueluti breue quoddam additamentum esset eiusmodi malorum, ad quae peragenda promptissimus fuit, & magnam facultatem habuit: ne omnino memoria illi adimamus, quod aliqua in re facultate praeditus fuerit: esto sane Zooras etiam particulae huius (de Anthimo, Seuerus, & Petro loquimur) leue quoddam additamentum, & inter eos, qui anathemate notati sunt, ex sacerdotali contra ipsum prolata sententia ipse quoque collocator, quam tamen per se fatis ualentem, multo tamen adhuc ualentiorē reddit maiestas imperatoria, quae regia hac urbe ipsum expellit, eiusque confinij & urbium incolatu omnifariam ei interdicit: ut cum solis illis, quos ante recensuimus, ad eundem modum blasphemantibus, ad eundem quoque modum relegatis, habitet capterque consilia. Si quid praeterea aliud quoque sanctissimorum episcoporum sententia, quae praedictos a gradu detrahit ecclesiastico, & anathemate percellit, continetur: pro rato & illud habemus, imperialibusque id legibus corroboramus.

boramus, petinde quasi ab ipsa maiestate imperatoria prodijisset. Quod si quis eorum aduersus hanc statuta depræhendat delinquere: sciat, quod in ciuiles leges incidet, quæ in maiorem indignationem & animaduersionem conijciunt eos, qui poenas leuiore declinant.

PORRO omnibus, qui uel secundum doctrinam demetris Nestorij, uel secundum stolidam traditionem Eutychetis, uel secundum Seueri, qui idem cum illis sentit, aut illos sequentium blasphemiam, catholicam dei ecclesiam conantur diuellere: prohibemus, ne tumultus ecclesijs immitant, aut de fide aliquid differant. Sed sancimus, ut unusquisque eorum silentium agat, & neq; ullos in unum conuocent, neq; adeuntes recipiant, neq; improbatom re baptizare, aut sacram communionem descædare, & aliquibus eam distribuere, aut ueritas doctrinas explanare audeat, uel in regia hac nostra urbe, uel alia: sed nihil non periculi reuerentur, si quid tale perpetraverint. Omnibus insuper prohibemus, ne quis huc recipiat, quin potius sancimus, ut ex urbibus etiã, quæ ab ipsis seducuntur, eijciant: scientes poenas sacris nostris iam compræhensas constitutionibus, quæ ipsas etiam domus, in quibus tale quid peragitur, & prædia, ex quibus alimenta suppeditantur, sacrosanctis addicunt ecclesijs, suis adimenda possessoribus, quia simplicioribus causam mali præbent: optimo uero iure sub domini sacrosanctarum eas ecclesiarum deducetes. Hæc nos pro comuni sacrosanctarum ecclesiarum pace sancimus, hæc decernimus sanctorum patrum decreta secuti, ut omnes de cætero sacerdotes sub tranquillitate & quiete permaneant: quibus ipsis in pace conseruatis, reliqua etiam reipublicæ portio nobis pergliscet: pace desuper uigescente, quam omnibus magnus ille deus & seruator noster Iesus Christus, unus de trinitate, unigenitum dei uerbum, tam prædicat, quæ suppeditat his, qui uere & ex animo glorificare ipsum & adorare dignatur. Quæ igitur recte nobis placuerunt, ea beatitudo tua conseruato, & ad effectum deducito, per dei amantes suas literas ea omnibus sub se constitutis religiosiss. metropolitanis transmittens, quorum unicuique curæ erit sacrosanctis sub se constitutis ecclesijs hæc manifesta facere, ut ne minem omnium lateant, quæ summum sacerdotium decreuerit, quæ item maiestas imperatoria corroborauerit.

DE OFFICINIS SIVE TABERNIS CONSTANTINOPOLITANÆ URBS. & ut mille tantum & centum officinæ sacrosanctæ maioris ecclesiæ excusentur: omnes reliquæ, ad quemcunq; dominum pertineant, consuetæ obeant munia. Constit. XLIII.

In nomine domini Iesu Christi dei nostri.

Imp. Cesar, Flauius, Iustinianus, Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Lazicus, Alanicus, Vandalicus, Africus, pius, felix, gloriosus, uictor, triumphator, nunquam non colendus Augustus. Longino præfeto urbi.



Quoniam potentia nostræ subditi nostri, siue uiuât, siue moriantur, curæ sunt: ne uel graues ipsis sepulturæ, uel defuncti cognatis damnosæ existant: propter ea & hæc, quæ eorum sepulturam cõcernunt, quo cõuenit modo, disposuimus.

Et quia tam diuæ memoriæ Constantinus amplæ huius nostræ urbis cõditor, quàm etiam piens. princeps Anastasius lecticariorum seu decanorum (ut uocant) numerum ad certam mensuram redegerunt, mille & centum tantum modo decanis totidẽq; officinis definitis, ut nullo hæc unq; tempore augmentum reciperent: propterea fanè cupiẽtes, ut numerus eorum, quos ex unoquoq; collegio cõuenit esse lecticarios, diuæ memoriæ Anastasij formulæ subiaceat: firma ea & fixa manere uoluimus. Cæterum quæ ad euntes nos almæ huius & regis nostræ urbis collegiati, quorum excellenter & præ cæteris curam gerimus, potentiam nostram edocuerunt, magnam & intolerandam se necessitate sustinere. Sacrosanctam etenim maiorem ecclesiam centum & mille officinas in fructu habere ab omni uestigiali liberas, quas oppido quæ libenter illi cõcedant, eò quod ad peragendas in cõmune omnium hominum exequias proficiant: sed cætera se onera ferre nõ posse. Nam cum plurimæ in alma hac urbe diuersarum mercium & negociationum officinæ tabernæq; existant: non hæc solas (nempe centum & mille) officinas prædictis publicis munijs obeundis exemptas esse: sed etiã multas sacrosanctas ecclesias, multa sacra hospitalia, monasteria, & alias sacras ædes, quarum pleræq; prius hæreticis mancipatæ, deinde ad orthodoxam fidem reuersæ sunt, multas

multas quoq; regias domus, & insuper magistratum, ac senatorum, & illustrium, & cubiculariorum à præstatione uestigialium eximi, harumq; dominos peculiarem sibi exinde reditum comparare, & oblatere rem publicam: exemptionum multitudinem rem ipsam angustis admodum terminis cõcludente, ut paucissimi existat, qui publica agnoscant & sustineant munia, & priores contributiones aliquoties in triplo & quadruplo, hoc tempore etiã decuplo maiores factæ sint: quãquã diuus princeps Anastasius in statuta ab ipso formula nulli omnino alij immunitatem concedat, præter centum & mille officinas, quæ per causam exequiarum sacrosanctæ maioris ecclesiæ attributæ sunt. Eapropter & nos putauimus, tum proceribus nostris & insuper beatiss. huius almæ urbis archiepiscopo id negocij dandum, ut certo loco conuenerent, & rem ipsam examinarent, atq; placita ad nos sua referrent: tum ad excellentiam tuam præsentem utendum lege, confirmantes ea, quæ Anastasio piens. in hoc principi placuerunt. Et sancimus, ut centum quidem illæ & mille officinæ, sacrosanctæ maioris ecclesiæ occasione decanorum siue lecticariorum & ad peragendas defunctorum exequias deputatæ, omnibus modis integro numero & omni præstatione liberæ cõseruentur: præter ipsam nulla alia quæante decanum exigere, siue ex hæreticis recepta, siue quacunq; sacrosanctæ ecclesiæ. Sed quod nuper constitutum, ualeat, & obtingentis quidem officinæ corpora præsentent, trecentæ autem in exactione pecuniarum consistant. nam quod exinde corraditur, ad quid proficere cõueniat, sacra iam nostra pragmatica forma disposuit. Semperq; quod intercidit, restauretur. at quæ ratio fieri debeat restauratio: satis per Anastasij piæ memoriæ iussiones expressum est. Hæc igitur ut immunes & ab omni uestigiali maneant exemptæ, sancimus: neq; his ipsis officinis, neq; uestigialia imperantibus collegijs, quæ iitas præbent, quidq; damni sustinentibus, aut ullos titulos agnoscentibus. Cæteræ uero omnes huius almæ urbis quatuordecim regionum officinæ, siue sacrosanctæ alicuius sint ecclesiæ, siue hospitalium, siue monasteriorum, siue orphanotrophiorum, siue prochorum, siue alterius cuiuscunq; domini, siue regiarum domum, siue aliquorum magistratum, ampla, media, minutæue officia administrantium, siue gloriosorum senatorum, siue magnificentiss. illustrium, siue spectabilium cubiculariorum, siue aliquorum militijs adscriptorum: hæc inquam omnes publica ipsis imposta præsentent uestigialia, & omnia alia tum faciant, tum impleant, quemadmodum quæque in suo collegio facere æquum est: nemine queunte ea de causa inniti priuilegij, aut eiusmodi alia uti excusatione. Neq; enim sustinemus aliorum onus ad alios deferri: aut tam immitem proponere formulam, ut quotidie uestigialia augeantur, & (quæadmodum edocti sumus) quadruplo, aut quincuplo, adeoq; etiam decuplo maiora irrogentur: cum nihil tam magno studio, tamq; serio affectemus, quàm ne nouo quisq; uestigiali oneretur. Nouum autem fuerit, non tantum quod nunc primum impositum est, sed etiam quod primum modum excedit. Sed eadem conditione ac fortuna omnes sunt, & sacra hæc nostra pragmatica forma (quam legem etiam appellare licuerit) contra omnes cõmunis esto, ut omnibus largiatur, quod molestia uacent. Neq; enim facile eam quis ægre tulerit, si neminem aliū præterea exemptum intueatur: nisi quod in centum & mille officinis exequiarum defunctorum ratio habeatur, quæ maxime communis est omnibus, & ex æquo uniuersis pariata hominibus. Si quis uero conetur excusatione aliqua uti, & seipsum à præstanda alleuiare contributione, & aut non committere, quomagis ab inquilinis suis exigatur, aut præstare etiam patrocinium, siue militare, siue ciuile, siue ecclesiasticum, siue quodcunq; tandem: in uniuersum officinæ dominio excidito, estoq; ipsis publica, toti addicta collegio. Eo enim pacto & cautiore erunt, & uetita nõ attentabunt. Porro si minutatim & pariter in omnes uestigialia distribuatur: non solum paululum erit, quod præstitum fuerit: sed etiam tanto moderatius, leuius, tolerabilius, faciliusue, quod cõfertur, existet, quanto à pluribus colligitur. An uero non multo absurdissimum fuerit, homines proprijs laborantes manibus, & uxores ac liberos alentes, & reliqua deniq; uitæ necessaria inde adquirere satagentes, etiam num maioribus onerare uestigialibus: & quanto plures inter alleuiatas referuntur, tanto etiam maiores exinde læsiones oboriri: idq; onus infinitum sit, neq; possit ullum habere terminum? Hæc nos omnia prohibentes, sacram hanc pragmaticam formam proponimus, amissionis poenam similiter omnibus ordine subditis interminantes, si ex quoquo collegio imperitantes solita illa & ab initio statuta uestigialia percipere phibuerint, aut uestigialia content in persiones priuatas cõuertere: sed quisq; pro se quidẽ pensionum illatione perfruiat, officinas autẽ seu tabernas solito receptoq; more contributiones agnoscere cõcedito. Quemadmodum enim quisq; pro se rebus suis prospicit: ita & nos necesse est ei, quod amplæ & regis huic urbi expedit & cõfert, nutanti quodammodo & iã lapsuro manus porrigere.

rigere. neque enim aliter, quæ publice expediunt, progressus habitura sint. Nemo itaque ex his, qui tali hætenus onere liberati, quicquid huc usque id ferre coacti sunt,* Quæ igitur nobis placuerunt, & sacra hac exprimuntur lege: ea excellentia tua, imò non ipsa tantum custodiet, sed & quicquid post te idem officium suscepturi sunt, & obtemperans tibi cohors, iam inde in omnem reliquum tempus custodiet.

DE TABELLIONIBVS, ET VT PROTOCOLLA
relinquant in chartis. Constit. XLIIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio, iterum ex consule & patricio.

Præsenti legi lis quædam, quam paulo ante audiuimus, occasione præbuit. Proferrebat enim à persona muliebri instrumentum, quod tamen si literas eius non habebat (erat enim literarum imperita) absolutum tamen à tabellione & tabulario, continebat subscriptionem eius, & testium præ se ferebat præsentia. Cumque de eo ipso forte non nihil oriretur controuersia, muliere dicente, non demandata esse à se ea, quæ charta diceret: quærebat is, qui causæ accommodatæ audientia, rei ueritatem à tabellione perdiscere. At is literas quidem se completionis instrumenti dicebat agnoscere, nescire autem, quæ undique consecuta essent. neque enim omnino id se principio composuisse, sed confessionem eius demandasse cuidam eius: neque postmodum cum completur, se interfuisse, sed rursus alteri id munus delegasse. Inde cum is, qui completioni adhibitus erat, uenisset: dixit & ipse nihil se scire. nam neque is instrumentum conscripserat. atque unum hoc docuit, se præsentem absolutum fuisse. neque sanè, cui id munus initio fuerat delegatum, inuentus fuit. Unde nisi per testes iudex causæ ualisset insistere: planè periculum fuisset, ne omnino totius negotij noticia intercidisset. Atque illud quidem, quo conuenit modo, tam examinationem, quam iudicationem meruit. Verum nos toti uniuersitati ex eo opem ferendam, & in commune legem ad omnia pertinentem conficiendam esse putauimus: ut tabelliones, qui ei officio præsentent, ipsi per se omnibus modis & instrumenti conficiendi mandatū accipiant, & cum absolutur, intersint: neque aliter summa chartæ manus imposita intelligatur, nisi hæc ita confecta sint: quomagis ipsi de facto aliquam habeant noticiam, possintque aliquando à iudicibus interrogati & recognoscere ea, quæ undique consecuta sint, & respondere: & maxime, si literarum imperiti sunt, qui de hoc mandatū dant, quibus promptum est & citra redargutionem negare ea, quæ reuera sunt consecuta. Ut ergo hæc omnia prohibeamus: propterea & præsentem legem describimus, & prorsus obseruari eam à tabellionibus uolumus, siue in alma hac urbe, siue in prouincijs sint: compertum habentibus, quod si hæc contra quid fecerint, penitus stationibus (quas uocant) excident, & ab ipso missus, ut instrumentum iniungeretur, adhibitusque, ipse dominus & cum auctoritate in statione erit: & res talè commutationem patietur, ut iste quidem de cætero in statione eum locum obtineat, quæ prius is, qui primatum in illa gessit, habebat: hic uero eam amittat, aut unus sit ex illius amanuensibus. Ex quo enim ipse id facere dignatus est, quod eius curæ erat commissum, ille uero ex eius sententia hoc confecit: propterea & nos hanc eis penam inducimus, ut huius metu iustiores & certiores circa instrumenta se præbeant, neque dissolutis delicatisque moribus suis aliorum substantias subuertant. Si uero is, cui post præsentem legem contra nostra constituta instrumentum iniungitur, dignus forte non sit, ut cum auctoritate stationem suscipiat: nihilominus tamen tabellio quidem omnibus modis hac excidit, alius uero in eius locum promouetur: neutriusque stationis domino (si extraneus alii quis, non ipse tabellio sit) ex ea causa multando, aut illinc prouenientibus excidente lucris: sed solo uenustulo illo, & qui exsequi officium suum indignatus est, præsentiam amittente: omni alio iure, quod per causam stationis dominis ipsis competit, circa tabelliones talia pertrantes illibato conseruando. Neque tabelliones prætextus fingunt, quasi propter morbum forte, aut alia eiusmodi negocia secedant. Nam si quid tale existat: integrum illis erit eos accersere, qui ista iniungant, ut per se ipsos rem expediât: cum aliàs, tum uero maxime, quod uniuersalibus impedimentum non pariant ea, quæ raro accidunt: quando nihil in rebus humanis sit usque adeo semotum ab omni controuersia, tamen si maximam cum iusticia conjunctionem habeat, quod dubitationem & controuersiam non recipiat, si subtiliter animi curas intendas. Neque causa est, cur propter iniungentium continuitatem ac frequentiam census in hoc sibi prætentant deminui: cum multo præclarus sit, pauca elaborare absque frustra

tione,

tionem, quam in multis uersari cum periculo. Ne tamen eis ultra modum dura lex esse uideatur: nos intentis in humanam naturam oculis, conformes illi & commensuratas nostras etiam leges proponimus. Propter eiusmodi enim ipsorum ex æquo controuersias, unicuique licentiam damus, ut unum aliquem ad hoc sub actorum monumentis apud clarissimum magistrum cæsus huius almae urbis more solito conficiendis promoueat: qui plenam potestatem habeat, ut conscribendorum instrumentorum mandata à contrahentibus in statione ipsorum suscipiat, cumque ea absoluuntur, intersit: neque ulli alij eorum omnino, qui in ea statione consistunt, licentia sit, ut uel initio conscribendorum mandata in se recipiat, uel absoluendis intersit. præter tabellionem, qui summam in statione auctoritatem habet, aut eum, qui ab ipso ad hoc promotus est. Quod si quid hæc contra fiat, & alius ad hoc mandata accipiat: tunc tabellio, qui cum auctoritate stationem obtinet, in penam ante à nobis definitam incidit: ipsis tamen instrumentis propter utilitatem contrahentium non infirmandis. Scimus autem, quod metu legis in posterum tam ipsi, quæ à nobis sancita sunt, custodient, quam instrumenta collocabuntur in tuto. ILLUD præterea præsentem legi apponimus, ne tabelliones in aliam chartam mundam instrumenta conscribant, quam quæ præpositum (ut uocant) protocollum recipit, præferens gloriosius. pro more comitis sacrarum nostrarum largitionum appellationem, & tempus, quo ea charta præparata est, & quæcumque in talibus prænotari solent: neque id protocollum abscondant, sed chartis insertum relinquunt. Multas enim ex eiusmodi chartis falsitates refutatas nouimus, cum olim, tum etiam hoc tempore. Unde etsi charta aliqua (siquidem & hoc modo uidimus) protocollum loco sit, non ita perscripta, sed aliquid quandam scripturam continens, neque illud aut illud præparasse: proijciunt eam tanquam adulterinam, & ad huiusmodi parum idoneam: sed in id genus tantummodo chartam, qualem prædiximus, instrumenta conscribunt. Hæc autem, quæ de chartarum qualitate à nobis definita sunt, & de abscessione (ut uocant) protocollorum, in gloriosius. hac urbe ualere uolumus, ubi & ingens contrahentium multitudo, & magna chartarum existit copia, & in manu est legibus recepto modo rebus uti, neque ansam aliquibus porrigere, ut falsi crimine committant, qui semper se obnoxios fore ostendunt, si quid contra hæc facere præsumperint. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimuntur legem, ea studet excellentia tua effectui & fini tradere.

NE IVDÆI, SAMARITANI, ET HAERETICI, PER
causam religionis & cultus sui curiali fortuna liberentur, sed cum curialibus
muneribus subdantur, priuilegijs eorum non perfruantur. Item ut iudæi
possint contra orthodoxos, qui curiali fortunæ subditi sunt, testimo-
nium dicere, ut qui præclare pro orthodoxa republica testi-
monium perhibeant. Constit. XLV.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio, iterum ex consule & patricio.

Retulit nuper uiuo apud nos sermone excellentia tua, plerisque inter decuriones Iudæos forte, aut Samaritanos, aut Montanistas, aut alioqui detestandos esse homines, quos nondum ne nunc quidem recta nostra & inculpata fides illuminarit, sed in tenebris resideat, neque illorum animi ullo uerorum mysteriorum sensu tangantur. Item quia hæreticos odio prosequimur: quod per hanc causam & prætextu petierint curialibus se liberari muneribus. & quo modo conueniat ea, quæ illis pertinent, discernere. Cæterum uehementer mirati sumus, quod eiusmodi illorum rationes prudentia & ingenij tui acumen sustinuerit, ac non protinus eos, qui talia proferrerent, discernerent. Nam si ulli sunt homines, qui per extremam improbitatem illis se dignos esse muneribus arbitrantur, quæ summis tantummodo dignitatibus reseruauimus: quis non perditissime eos oderit? Unde nobis sunt decuriones, quemadmodum & cohortalibus * ut iam ante legibus expressum est. neque ullus religionis cultus tali eos fortuna eximito. nihil enim horum neque antiquior aliqua, neque recentior lex protulit. Indigni tamen in uniuersum omni curiali existunt honore. Et quia multa leges decurionibus priuilegia tribuunt, tum ne ictus fastium illis inferatur, tum ne uelut sordidati rei sistantur iudicio, neue in aliam ducatur prouinciam, & infinita alia: nullo horum perfruantur. Imò si quid omnino de decurionibus scriptum est, cum per priuilegia illis gratia non sit: hoc & in illis obtineto. & impleto tam per-

n ij sonalia,

sonalia, quae patrimonialia munera, neque eos lex ab his eximat. honore autem nullo perfruuntur, sed fortunam sustinento cum infamia, qua etiam animum notatum esse uoluerunt. Atque ita sane de hoc ipsis disponitur. ENIM VERO & illud nobis quaestione tibi dignum uisum denuntiasti. Ex quo enim haereticos a dicendo testimonio arcuimus, in quibus causis orthodoxi inter se litigant: permittentes illis in nostra constitutione, siquidem qui inter se misceri & litigant, uterque haereticus sit, tam actor, quam reus: ut possint testimonium dicere: cum alter altero dignus sit, siue litigator, siue testis. & rursus si haereticus sit & orthodoxus, ut contra haereticos quidem nimis quae testimonium perhibere possint, de orthodoxis non item. litigatoribus uero utriusque orthodoxis existentibus, ut nullus omnino illis ad testimonium dicendum pateat aditus. Inde adeo docuisti nos, quod quidam cum orthodoxi sint, inficiuntur se curialis esse fortunae, & necesse sit uel genere illis coniunctos, uel qui alioqui de illorum fortuna habeant noticiam, in testimonium produci. & quia lex de orthodoxis prolata haereticorum testimonio arcet: propterea iudices uereantur haec admittere. Atqui inani sollicitantur metu, qui istiusmodi testimonia suscipere recusant. primum quidem, quia pro orthodoxis interponuntur, id quod leges haereticos facere non uerant. mox si quis eos, qui decuriones sunt, reuocantes deinde conditionem, ad curiam retrahat, & haereticos in testimonium aduocet: quomodo pro nostra hoc republica non facit: ut ipsa quidem respublica litigatoris locum teneat, orthodoxa existens, & maxime ab eo tempore, quo deus illi nos imperare permisit: qui uero eo nomine testimonium dicunt, pro orthodoxis testificentur. Si quidem nostra respublica recta est, & orthodoxa iam imbuta fide, omni alia haeresi exosa.

DE ECCLESIASTICARUM RERUM IMMOBILIUM
alienatione & solutione. Constit. XLVI.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosissimo sacrorum per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsule & patricio.

In circa leges studium, & alia omnia a nobis ideo quotidie cum labore aguntur, ut utilitatem nostris subiectis inueniamus: quod effusum quidem & immentum est, remouentes: quod autem & optimum & metitum, subrogantes. & saepe quoque ex studio propter priorem immentitatem etiam ultra mensuram legem construximus: ut quod primitus affluebat retinentes, ita aequalitate de caetero introduceremus. Nuper igitur scripsimus legem de sanctissimis ecclesiis omnibus, & monasteriis, & reliquis uenerabilibus domibus, nullam eis rerum immobilium alienationis licentiam permittentem. Videbamus enim causam effusam, & paulatim ad alios ecclesiasticas migrantes possessiones, neque precijs solutis dignis, neque opere inuitabili imminente alienatis, sed etiam contra positas iam leges decies milies circumentiones factas. Quocirca primam perimentes uiam, omnibus similiter inaccessibiles contra eas facimus circumentiones. sed hinc plerique quidem sanctissimarum ecclesiarum, aliarumque uenerabilium domuum utilitatem habuerunt nullo possessiones has minuere praesumentem: occurrit tamen etiam aliquid difficile, debita enim, aut longo tempore constituta, aut etiam postea ex quadam necessitate, & maxime per fiscales occasiones eis accidentia ad alienationis necessitatem sacras perduxerunt domos. mobili enim non existente substantia sufficienter periclitabantur in nouissimam uenire necessitatem. harum praesules neque uendere potentes, neque unde debita soluerent habentes. sed pro talibus quidem debitis posse pro solutione creditoribus dari possessiones ecclesiasticas: tamen cum competenti subtilitate, & obseruatione facienda solutione iam saepe permisimus, sicut neque palam hac nostra prius permisimus lege. si uero non priuatus aliquis est creditor, sed praeminet fiscus, & exigit debita, est autem inopia pecuniarum, accipere uero immobilem possessionem impossibile est fiscum: hic relaxare aliquid subtilitatis legis competere iudicauimus. Et si qua necessitas huiusmodi fiat, etiam alienationem sine re prospeximus. Sancimus igitur si sanctarum aliqua ecclesiarum, aut reliquarum colendarum domuum, fiscales debeat functiones, & unde faciat horum redditionem, non habeat: conuenire omnes in unum, & qui ex clero sunt, & deo amabilem episcopum eius ciuitatis, insuper & metropoleos, & sacris propositis eloquijs causam examinari. & si non apparuerit ullus quaestus citra alienationem immobilis rei ualens soluere fiscale debitum: tunc licentiam esse eis, sententia tali procedente, & decreto celebrato apud prouinciae iudicem, etiam possessiones immobiles contingere, & eas alienare ad solutionem debiti: eminentibus quidem in fiscum solutibus, & de suscepta inde percipientibus, & subuentibus fiscale debitum, & cautelam inde habentibus, & nihil metuentibus primitus positam legem, constitutis & fiscalibus de susceptis, & insinuatibus inter monumenta gestorum, deponentibus his, qui fecerunt eam, ut & apud sanctissimas ecclesias soluereantur clara de suscepta, eo quod fiscalia soluta sint tributa, & omnia secundum nostram legem gesta sint. non potentibus aliquibus fingere fiscale debitum, & ita ad alienationes immobilium rerum accedere: ideo etiam & decreti factionem permisimus, ut & fiscale debitum testimonio pandatur.

& ex

& ex quantis descendit temporibus, & quoniam non pecunijs solutum est, sed in necessitatem alienationis uenit, ut ueritas undique quidem protestata sit, omnibus coram sacris euangelijs agendis: scientibus & episcopis, & clericis, & alijs omnibus, quia deus respicit, quae geruntur ab eis. & si quid egerint per dolum, aut lucrum, aut machinationem, hoc in suis recipient animabus uiuentes ac morientes.

Si uero priuatus aliquis creditor fuerit: possit secundum pro soluto schema accipere immobiles possessiones. hoc quoque decreto faciendo, pro mensura uero eorum debitorum assignandis eis possessionibus. Si uero fiscale debitum fuerit: poterit eis ad alienationem immobilium accedere secundum priorem obseruationem: ut nihil delit, neque subtilitatis, neque communis utilitatis. His autem uniuersis sanctissimam maiorem ecclesiam felicissimae huius urbis, & eius confinia, & orationum domos, quarum ipsa curam suscepit, omnibus excipimus modis: quae iam de hoc sancita sunt, a nobis in sua uirtute durantibus. Si autem & aliqua monasteria sub eadem sanctissima maiore ecclesia sint: nec ea sub praesentem facimus legem. fornicus in prouincijs eam constituentes solum, in quibus multa quidem est inopia pecuniarum, per quam sanctissimae ecclesiae soluere per pecunias debita non ualuerunt. Tua igitur celsitudo, quae placuerunt nobis, cognoscens, secundum hoc procedere super sacris rebus alienationes custodiat. Dat. XIII. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum Belisarii V. C. anno secundo.

UT IMPERATORIS NOMEN IN INSTRUMENTIS
& actis publicis praeponatur. & ut tempora, quae latinis designantur
literis, manifestius scribantur. Constit. XLVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni praefecto praetorio, iterum exconsule & patricio.

Illud merito omnium locupletissimi testimonij esse existimandum est, siue instrumentum, siue publicorum actorum monumentum, siue aliud denique ad propagandam temporum memoriam ab hominibus inuentum, quod ipsa etiam maiestatis imperatoriae commemoratione adornatur. Si quidem consules, & in dictiones, & quidquid omnino temporum apud nos indicium & argumentum praebet, quamquam significare forte & ipsa possunt, quae quis uult, neque nos quidem horum tollimus: maiorem tamen illis appendicem apponimus, ut per maiora & perfectiora indicia eo certius temporum cursus explicetur. Siue enim quis ad uetustissima illa & prima reipublicae nostrae principia respiciat: Aeneas rex Troianus quaedam nobis reipublicae initia dedit, & nos ab illo Aeneadae appellamur. siue secunda principia contempletur, quo plane tempore Romanorum nomen inter homines emicuit: reges ipsa instituerunt Romulus & Numa, quorum alter urbem condidit, alter ipsam ordinauit ornauitque legibus. siue etiam tertiae regij imperij procemia capiat, nempe magnum illum Caesarem, Augustum & Seuerum: inueniet sic quoque eum reipublicae statum, qui nunc obtinet, atque utinam immortalis iam inde euaderet. Est igitur per absurdum in instrumentis, quae hinc inde in iudicijs conscribuntur, inque caeteris omnibus, in quibus aliqua existit memoria temporum, non item his praere maiestatem imperatoriam.

Vnde sancimus, ut quicumque actis publicis conscribendis inseruiunt, siue in iudicio, siue ubique tandem acta consistunt: tabelliones quoque, & in summa qui quacumque forma aut ratione instrumenta conscribunt, siue in ampla hac urbe, siue apud alias gentes, in quas summum nobis imperium concessit deus: ad hunc ferme modum incipiant instrumenta. Sacratiss. huius Augusti & principis imperij hoc & hoc anno, & post haec inferant nomen consulis, qui eo anno cum magistratu sit. tertio loco indictionem, quam deinde consequatur mensis & dies. Per omnia enim hoc pacto temporum ratio conseruari poterit: & imperatoriae maiestatis mentio, seriesque dignitatis consularis, ac reliqua obseruatio instrumentis inserta, magna ex parte ne ea adulterari queant, efficiant. Ac si qua uel apud eos, qui Orientem incolunt, uel alios homines custoditur obseruatio in recensendis conditarum urbium temporibus: neque huic inuidemus. sed praeponitur imperatoriae maiestas, sequitur deinde (ut dictum est) consul & indictio, neque non mensis & dies, quo conscribuntur referunturque in literas, quae geruntur. tunc demum omnibus modis ciuitatis etiam mos introducit. neque enim quidem eorum, quae ante in more fuerunt, abrogamus: sed tantum adiectioe imperatoriae rem augemus. Atque ipsa scripta a prima statim indictione, quae modo duce & auspice deo appetit, sic quodammodo inchoantur. Imperij Iustiniani sacratiss. Augusti & principis anno undecimo, post consulatum Flauij Belisarii clariss. uiri anno secundo, die ante tot & tot Kalendas, & ita in omnibus imperij, tam nostri, quoad illos deus prolongauerit, quae aliorum deinceps imperatorum anni nominantur: cum manifestarium sit, quod iam nunc undecimum imperij nostri annum scribent. ex primo uero die ineuntis mensis Aprilis, quo deus Romanorum nos reipublicae praefecit, duodecimum scri-

n ij bent, &

bent, & ita deinceps ordine, quoad usque nobis imperium deus extenderit: ut ultra leges earumque compositione hæc etiamnum causa perpetuo nobis immortalis permaneat, in omnibus scilicet una rebus & temporibus maiestatis imperatorie mentione facta. **SED ET** illud apponimus, ut quoniam qui tempus designant in iudicijs, cum obscuris illud & obsoletis denotant literis: in omni iudicio obseruent, quomagus post obsoletas illas literas subijciat alias, nempe uulgares hæc & omnibus notas, quæque facile ab omnibus legi queant, & actorum tempus explanent, ne qui tempus quarant, adsistant, incertique ac dubij tantisper expectent, donec in hominem aliquem incidant, qui planè illas agnoscat literas. Ac quidè si quæ deinceps ordine & post obscurarum literarum descriptionem sequuntur, græcæ linguæ sunt: græcis literis tepus subijciant. si uero totius scripturæ in charta series latina existat: tempus obscurioribus illis elementis subiectu, latinis literis subscribat, clariorem tamè literarum seriem habituris, & quæ omnes possint legere, qui modo latinarum syllabarum imperiti non sint.

Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimentur legem, ea tam in ampla hac urbe, quam in omnibus prouincijs, in quas habet imperium, excellentia tua manifesta facito: ut nemo aliter numerare tempus, aut alia facere audeat, quam nos ante definiuimus.

DE IVREIVRANDO, QVOD MORIENS DE MODO SUI PATRIMONIJ PRÆSTITIT. Constit. XLVIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio, iterum exconsule & patricio.



Num huc nobis scopum semper proponimus, ut defunctorum dispositiones stabiles sint, nisi placita illorum repugnent & manifeste aduersent legi. Ac scimus tum de facto agitatum, tum ad nostram relatum esse scientiam, quendam cum testaretur, iuratio omnem substantiam suam edixisse, quodque hanc solam suis relinqueret hæredibus. aliquos uero postea ex ipsis hæredibus hæc abnuisse, partem iuste in hoc facientes, quod cum illius hæreditatem agnoscant, & per hoc ipso constitutis obtemperant: non item quæ iuratio edixerit, rata manere, aut quo conuenit modo, obseruare uelint. quancumque legibus nostris una quodammodo persona uideatur esse, tam hæredis, quam eius, qui hæreditatem ad ipsum transmittit. Atqui nemo facile dixerit, ipsum cum seipso pugnare, & quod dixerit iuraueritque ratum fore, id nolle ualere, sed contra proprios iam sermones pugnam suscipere. Sancimus igitur, si quis rerum suarum descriptionem facta, siue manu propria, siue per alios quidem conscripta, à se uero consignata, aut testamenti sui tabulis indita, substantiæ suæ modum declarauerit, forte hæredibus uel partim absentibus, partim presentibus, uel etiã omnibus presentibus: ne liceat hæredibus hæc abnuere, aut dicere, quod extra ea, quæ à defuncto edicta sunt, hæredum aliquis bona compilauerit. Sed si moriturus iusiurandum præbeat, aut in testamenti sui tabulis abiuret, nihil sibi præterea superesse: hæredes hoc amplexentur, siue liberi, siue etiam extranei fuerint. neque curiosius agant, aut calumniam intentent suis cohæredibus, aut seruos exinde in quæstionem aduocent, & tormentis subdant: & alia eius generis peruestigent anxieque scrutentur, quæ contentions tantummodo, non etiam alterius rei argumenta sunt: nempe cum & is substantiæ modus esse uideatur, quæ testator iuramento designarit, & hanc solam testator inter hæredes diuidi uoluerit. Cæterum hæc quidem inter hæredes, qui iisdem quodammodo cum defunctis esse uidentur, obseruare uolumus. non æque tamen ratum hoc esse inter creditores: cum à nostris dictum sit legibus, quæcumque pro se quisque uel dixerit, uel scripserit, ea neque ipsi profutura esse, neque creditoribus paritura præiudicium. Quin illis licentia esto omnia perscrutari, quo uolunt modo. hæredes uero insistere his, quæ à testatore edicta sunt. Atque esto sanè inter hæredes facti poena, ne qui his aduersatur, omnino possit ipsis relictis perfrui: imminente his necessitate, ut uel oibus obtemperant, uel omnia respuant: neque partim ea agnoscant, partim oppugnent: sed testatoris uoluntas ita ab eius hæredibus custodiatur, ut in nullo ei aduersari audeant. Hisce obtinentibus tam in omni post futuro tempore, quam in omni causa nondum agitata in iudicio, neque iudicia sententia aut amicorum interuentu transacta. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimentur legem, ea cognoscens excellentia tua, more solito per propria programmata omnibus manifesta effacito. *Dat. X. Kal. Septembr. Constantinop. post consulatū Belisarij V. C. anno secundo.*

Desideratur hoc loco constitutio,

DE

DE REIS, QVI INGREDIUNTUR AD EXPEDIENDAM APPELLATIONE. de quibus instrumentis priuata manu conscriptis prolatis ab eo, qui cum agitur. Item de iuramento delationis, ut iuramento calumniæ cõne statatur, quod semel tantum per omni probatione præstari solet. Constit. L.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio, iterum exconsule & patricio.



Luxa sanè illa rerum humanarum conditio, quæ nullo unquam tempore iisdem potest in sistere uestigijs, & cum semper existat, non semper tamen permanet, tum legislatoribus quandam in ferendis legibus perturbationem importat: tum quod recte se habiturum iudicatum est, quodque firmiter iam collocatum uideatur, & exquisita obseruatione munitum, sæpenumero emergentium denuo causarum uarietas permouet. Scimus enim, quo modo quod perperam & subdole circa appellationes solebat fieri, pridè correxerimus. siquidè qui prouocauerat, hi sola causa in iudicium introductione contenti, & personæ facta presentia, siue ex una parte, siue cognitionaliter (neque enim differentiam hoc habuit) causam desererebat: & prorsus nullum causæ exitum uictor inueniebat, neque propter appellationem ualens iudicatis perfrui, neque per absentiam alterius partis efficere, ut de appellatione interponeret examinatio. Hæc nos pridè lata lege correximus: ei quidè, qui appellationem, siue seorsim, siue consistente etiam altera parte, iudicem adiens obtulerit, statuto anno, intra quod spatium litem exerceat, & ius suum assequatur, neque causam deserat nondum cognitam & examinatam: humanitatis postea intuitu altero quoque anno appposito, si iudicantis forte culpa, aut ex alia quadam ineuitabili causa moram appellatio patiatur. quo effluente, nisi lis finem accipiat, ratam uictori manere sententiam sanximus. Hæc igitur & nobis placuerunt, & in generali lege per scripta sunt: & ut ea lege comprehensa omniscumque illius obseruatio ualeat, etiamnum uolumus. Sed multi nos adierunt, dicentes, tametsi appellationum iudicibus denunciarent, cupere se, ut lis examinaret: non tamen apud ipsos se iudices impetrasse, ut sustinerent propter ineuitabiles forte aliquas occupationes. quidam etiam de exuperanti uentorum uehementia conquesti sunt, & quod neque nauigare ex prouincia contrarijs repellentibus flatibus licuerit, neque terra iter metiri potuerint propter summam rerum in itinere necessariorum inopiam: aut quia insulam forte cum essent, aliter quam per mare, uenire nequiuissent, & propterea ne secundo quidè anno causam usque ad finem exercere ualuerint. alij etiã deformitatem hyemis, alij morbos fonticos causati sunt. quæ omnia de facto nobis renunciata scimus. Vnde optimo nos iure ista turbauerunt. & cum neque legem uellemus transgredi, & nihilominus his, qui per huiusmodi aliquæ fortuitum casum afficerent iniuria, quoad fieri posset, cuperemus ferre auxiliu: quid obsecro factum oportuit, nisi ad aliam legem respicere, quæ negotio (uti æquu est) opitularetur? Quocirca reliqua quidè memorata legis nostræ obseruatio, quemadmodum diximus, ita per omnia custoditur. Cæterum si prorsus ineuitabile aliquid eueniat, & qui appellationis causam agendam suscepit, iudicium non obseruet, neque compareat, quancumque fatali die ad appellationis iudicem introductus, & periculum sit, ne biennij tempus excedat: tunc corroboratur quidem uictori sententia (id, quod prior lex nostra dicit) sed cum quadam distinctione, quam in presentia apponimus. Ex quo enim temporis infinitatem ad certum modum statuente his, qui fatali die ad exercendam appellationem introducti, postea ad agenda ulterius causam uel accedere nolunt, uel in media etiã causæ dictioe ipsam deserunt, uictoribus opere tulimus: per pulchre utique in id, quod æquitati consentaneum est, oculos intendisse uidebimur, si uictores quoque illis non nihil in hoc inferiores reddamus. Volumus enim, ut qui litem obtulit, si reuera sententiam confirmari uelit: non per obreptionem, aut per interuallu quoddam temporis, sed per ipsam rerum ueritatem, & causam deserente eo, qui appellationem obtulit, ad iudicem ingrediatur, & de hoc ipso queratur, desertorèque perquirat, & siue inuenire ipsum ualuerit, siue ille dispareat, ius suu in mediu proferat: durante uidelicet adhuc biennio (sub fine tamè) ut unus forte adhuc mensis etiamnum negotio supersit. Et quidè si superior esse uideatur: rata sit sententia. si uero inferior in agenda causa appareat: quis qui appellationem obtulit, fatali die introductus est, iudicium non obseruet: nihilominus tamè causa iuri consentaneam referat sententiam. Illo solum apponendo, ut sumptus per ingressum ad appellationem expediendam factos desertor omnino præster: siue qui prius uicerat, nunc quoque litem obtineat, siue in ea uincatur. Nam siue litem occasione impense obtinuit: propter hoc ipsum, quia uicit, rectum iustumque fuerit etiam impensam ipsum recipere, siue etiam inferior discedit: propterea

pretea q̄ omnino ille absuit, & uel absenti ipsi uincere contigit, tam expensas soluat, q̄ etiam sententia potitus, deo simul & præsenti legi gratiam habeat, quæ ad eum illi modum iusticiam conferuarit, & sola ipsum liti expensa multarit: quanq̄ non lex, sed absens ipse seipsum multauerit. At uero si neuter occurrat, neq̄ uictor, neq̄ uictus, qui quidæ fatali die ingressus, postea absuit: uictoris sententia rata manero. omnibus reliquis de appellationibus scriptis legibus in suo robore durantibus, siue appellationi offerendæ præfinitum terminum, siue alia concernant. Siquidem expresse hanc legem de his tantum, qui post ingressum fatali die factū absunt, proponimus: nihil ex alijs legibus, aut appellationū temporibus uel tollentes, uel immutantes. quin potius ut rata sint, per hanc etiam legem efficiētes. Sed & illud insuper determinare pulchrū fuerit, ut siquidem uictores contingat iam sententiam promereri, quæ firmas declarat illorum uictorias: his fruantur. nihil enim eorum, quæ finem iam acceperunt, commouemus. si uero usq̄ adhuc pendent, insistente & neq̄ dum decurso biennio, neq̄ corroborata sententia: promerentor & ipsæ eandē examinationem, & uictores ita demū sententijs perfruuntor, si eas recte se habere comprobauerint. **PORRO** & illud putauimus huic adijciendum legi. Ex quo enim legem conscripsimus, quæ uult, ne qua literarum comparatio ex priuatis fiat chirographis, nisi trium testium subscriptiones habeant, & ipsi testes profiteantur se subscripsisse, aut si propriam inficiantur manum, ex collatione literarum ab ipsis descriptarum conuincantur, sed tantum ex forensibus & publicis instrumētis: uidemus autem periculum, quod rebus imminet, competentem quandam in lege desiderare correctionem, idq̄ ex ipso litigantium periculo deprehendimus: hac ipsam forma corrigere decreuimus. Sæpenumero enim aliquis prolato priuata manu conscripto instrumento, ex eoq̄ uel actione, uel allegationum suarum comprobatione instituta, postq̄ aduersa pars item priuata manus literas protulisset, & ex illis, quæ ipse aduersarius eius protulisset, legitime uellet consisti: lege, quæ præcipit, ut ex publicis tantum & forensibus, non manu propria scriptis instrumentis literarum comparationes fiant, abusus est. Sancimus igitur, si quando eiusmodi aliquid accidat, & quispiam uelit ex ipsis literis ab aduersario prolatis examinationem interponi: ne id calumniæ sit expositum, tanq̄ non rite factū. Nam cui ipse fidem habet, quodq̄ ipse protulit, & ex quo sua confirmat iura: id nunq̄ ad calumniā uocauerit, neq̄ prohibebit, quominus literarum ex ipso fiat comparatio, quanq̄ priuati hominis manu conscriptum sit. Neq̄ enim ipse secum bellum geret, & quæ affirmat, uicissim perstringet calumnia. Si uero ex archiuis publicis charta prolata sit, puta si à mensa gloriosiss. præfectorū (scimus enim & hoc aliquādo quæsitū) & locis publicis proferatur, quod publicum contineat testimoniū: ut & hoc ad comparationes recipiatur, proponimus. Undiq̄ enim falsi crimē exosi, non tantū iusurandū eos, qui ex collatione literas examinant, dare sanciuimus: sed & ut ex solis publicis & forensibus instrumētis collatio fiat, introduximus. Vnde per omnia lex illa obtineto, præsentē ei subdiuisione adhibita, ipsoq̄ etiā iureiurando ab his, qui literas comparant, omni modo præstādo.

QVIA UERO ad maiorē litigantium reuerentiam & formidinē uoluimus, ut statim sub ipso liti primordio ex litigatoribus actores quidem iurent, non se calumniæ causa litem intentare, rei uero, quod conuenienter se defensionē, non contendendi studio putent suscipere: propterea & hanc in cōmune legem contra quancunq̄ omnino personam proposuimus, nulli hoc remittentes. Enim uero & illud apposuimus, ut si quis rationum suarum aut literarum probationem edi à quoq̄ postulet: prius iuret, non se differendæ liti causa hoc facere. pleriq̄ enim contumeliæ solummodo causa, & maxime in honestioribus mulieribus, siue ex literis probatio obijciatur, siue quacunq̄ alia de causa, protinus ad hoc iuramentum decurrunt, ut in una nonnunq̄ cōtrouersia sæpius etiā iuramentū præstetur. Sancimus igitur, hanc tolentes contumeliam, neq̄ uolentes in eadem cōtrouersia plura præberi iuramenta: ut cum utraq̄ pars, hæc quidem de calumnia, illa uero, quod iustam cōtradictionem & cōtrouersia liti arbitretur, iuramentū subit: apponat, si quando (per totā scilicet litem) probationes ab aduersario suo requirat, quod non per causam id faciat extrahendæ liti, sed quia reuera sibi necessariam fore ab aduersario suo exhibendam probationem arbitretur. Et si eo modo iurauerit: ne ultra omnino iusurandū exigatur, etsi multæ ab altera parte probationes requisitæ fuerint. imò probationes exhibeantur, neq̄ sæpius iuramentum cogantur subire, cum semel eiusmodi iuramentum in genere præstiterint. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hæc sacram exprimentur legem, ea omnibus excellentia tua manifesta facito, edictis hinc inde ab ipsa transmissis, ut omnes cognoscant, quæ lege hac expressa sunt.

NE

NE A' MULIERIBVS, QVAE SE PROSTITVNT,
fideiussor, aut iusurandum exigatur, quod hoc genus uitæ deserturæ
non sint. Constit. LI.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio, iterum exconsule & patricio.



Cimus pridem nos legem tulisse, quæ prohibeat, ne cui à mulieribus, quæ in tabernis se prostituunt, fideiussores exigendi facultas sit, quod ibi desidebūt, & impiam hanc functionem impleturæ sint, nullum insuper tempus penitentia habentes: huiusmodi fideiussiones exigentibus extremum interminates supplicium ultra hoc, quod fideiussores omni erga ipsos obligatione discedat soluti, neq̄ cōpelli possint, ut hæc personas ex promissione sistant. Sed in præsentia cōperimus atrocem quandam nec ferendam contra castitatem, cui tantopere studemus, contumeliam attentari: & ex quo fideiussores ipsos accipere prohibuimus, aliam illos uiam inuenisse, quæ ad maiorem ducat impietatem. nam iusurandū eos exigere, quod nunq̄ ab impia illa & turpi functione desistent. At uero miseris illas mulierculas, & improbe in fraudem illectas putare pietatem offendi, si tam impium sacramentum uiolent: & in hoc ut iusurandum seruent, suam profundere ac prostituere castitatem. Atqui cognitum oportuit, quod etiam eiusmodi præuaticationes deo magis placeant, q̄ accuratæ iuramentorum obseruationes. Neq̄ enim si quis iusurandum ab aliquo ad hoc accipiat, ut homicidium forte, aut adulterium, aut aliquid eius generis committat, iusurandum seruari oportet, cum & turpe sit, & illicitū, & producat in perniciem. Vnde facultas esto mulieri, etsi tale iusurandum dederit, ut à tam acerbo iuramento recedat, & sine metu periculi, imò amore dei caste uitam instituat: periurij pœna (si modo ulla omnino pœna est) in eum, qui iusurandum exegit, retorquenda. Adeoq̄ & nos illi, qui omnino huiusmodi exigere iusurandum præsumpsit, decem librarū auri pœnam exigendam inferimus. quam sanè summam miseræ huic mulierculæ ad reliquam uiam honeste traducendam dari sancimus, per magistratum eius loci exigendam, dandamq̄ ipsi: sciēte præside, si negligētius in hoc se gesserit, quod deposito magistratu tam ipse illi obnoxius erit, q̄ hæredes eius, ac successores, & patrimonium eius, propterea quod tam piū opus facere superfederit. Quod si uel ipse prouinciæ præses id iuramenti exegerit: exigitor & ab ipso dicta decem librarū auri pœna, siquidē magistratus aliquis militaris in ea sit prouincia, per illum danda (ut dictum est) mulieri. Si uero militarem magistratum non habeat: tam ipse metropoleos in illa prouincia episcopus eā rem ad animū reuocabit, ad nos quoq̄ (si ita uisum fuerit) id referēs, q̄ etiā maior in proximo magistratus. Ut undiq̄ prædicta pœna cōerceatur, qui id patrauerit, siue magistratus, siue priuatus sit: deturq̄ huic, quæ (quantū ad illum) ne quando peierasse uideat, amplius ad castitatē & pudicitia redire nequit. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimentur legem, ea per propria edicta omnibus excellentia tua manifesta facito, quomagis circa tuendam pudicitiam maiestatis nostræ studium agnoscant.

NE PERSONAE, VEL REI, VEL AVRI ALTERIVS
p̄ alio oppignerationes fiant*, sed oppigneratione oblato eius quadruplū
restituatur. Item ne pro eo, qui uel percussit, uel alioqui damnū
irrogauit, alius percutiat, aut qualitercūq̄ damnū sentiat. Et
ne donatio à priuato in imperatorē facta indigeat acto
rū publicorum consecutione. Constit. LII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsule & patricio.



Liberales illas pro alijs oppignerationes, & odiosas pro his exactiones cū multæ aliæ leges detestantur, tum uero imprimis, quæ à nobis sunt propositæ. Sed haud scimus, quomodo res tā multis cōercita legibus insuper præsumatur, & usu frequentetur, & maiorem de se efficaciam præbeat, quàm ipsa uis legum & necessitas. Propterea sancimus, ne qua per nostram omnino rempublicā, siue in

*id est (ut
uulgus ho-
die loqui-
tur) ne re-
p̄salia fi-
ant.

sive in cōuentibus & mercatibus publicis (id, quod maxime hic attentari deprehendimus) sive in agris, sive in urbibus, sive in pagis, sive inter ciues, sive rusticos, sive quoscūq; tandem, pro alio facta oppignatio, quocūq; modo aut tempore ualeat: sed ut qui sub huiusmodi oppignationis pro alio forma aurum aliudue quippiam ab alio ui extorquere præsumpsit, ui oppresso istud quadruplum id restituat. excidat præterea etiam actione, quam contra illum alterum habet, cuius nomine tam uiolentam ab alio exactionem fecit. Neq; enim rationem habet, ut cum alius debitor sit, alius pro hoc exigatur: aut cum quispiam aggressura damnū aut iniuriam intulerit, alter pro illo obturbetur, & quia ex eodē pago, unde ille, oriundus est, torqueat, afficiaturq; cōtumelia, & graue aliquid nullo merito suo patiat, aut deniq; p altero absq; causa legitima quæquale sustineat læsionem. Ad hæc a gentium præsidibus in corpore exquisitos etiā cruciatus excipiat: sciētibus ijs, quod si hoc nō egerint, sed per puincia, cui præsidēt, ulli hoī pro alio ingestæ oppignationes præsumpæ fuerint: nihil tam ampliū futurū sit, quod ē nostris ipsos manibus eripiet. ENIMVERO & illud nobis huic adijcere legi uisum est, ut quemadmodū donationes a maiestate imperatoria in alios collatæ actorum consecutione non indigent, sed suapte natura firmitatem ac robur obtinent: ita neq; quæ a priuatis in maiestatem imperatoriam fiunt (si modo reuera & serio fiant, absolutæ in foro a tabellione, & subscriptionem habentes donatoris, ac testium, neq; non reliquam obseruationem in cōficiendis donationibus adhiberi solitam) actorum consecutione indigeant, ad quantācūq; summā factæ. Neq; em̄ consentaneum fuerit, ut nō isdem quoq; maiestas imperatoria a priuatis potiat, quæ ipsa concedit illis. Hæc autem mæqualitas ex inuolutione existit, quæ Zenonis pietatis principis introduxit cōstitutio, ne imperiales scilicet donationes actis publicis opus haberent. Quia igitur simpliciter ea causa & defunctorie antea considerata fuit: propterea nos summam illi imponentes manū, utriusq; id tenere uolumus, tam in donationibus, quæ ab imperatore fiunt in priuatos, quam quæ a priuatis conferuntur in maiestatem imperatoriā, ut per hæc æquabilitatem causæ apponatur id, quod iustū est. Quæ igitur per hanc sacram nostram sancita sunt constitutionem, ea more solito excellentia tua per propria edicta omnibus manifesta facere studeto.

VT QVI PROVINCIALEM HOMINEM EXTRA TERRITORIUM suum in ius producit, cautionē præbear, quod nisi litem obtineat, præstaturus sit, quantum in eum, qui calumnia tentatus est, accipere statuerit. Item ut qui libellum suscipit, ad deliberandum, an iudicio disceptare uelit, aut datum tolerare iudicem, uiginti dierum spacium habeat. Præterea quod qui post iuratoriā cautionem in iudicio non comparet, omnem litem impensam debeat actori persolvere, & deinceps causam dicere datis fideiussoribus. Insuper de hypothecis militiarum, quæ ex casu uocantur, quæ personæ & quando hoc ius habeant. Postremo de indotatis uxoribus, ut & ipse quartam partem in substantia uiri habeant, & item uir in substantia uxoris, quando inops est, qui superstes mansit. Constit. LIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. prætoriorum per Orientem præfecto, iterum ex consule & patricio.

Multi sanè, cum nos adeunt, docent potentiam nostram, quod ducendi ab aliis quibus in ius, uel ex sacra nostra iussione, uel maiorum magistratuum decretis in alias etiam provincias protrahantur: quodq; cum miseris modis ea re affligantur, & iussionibus aut decretis adacti abducantur: postmodum tamen qui illos duci curarunt, simul atq; ab his, quos postularunt, sibi cauerint, quod intra dictum tempus & constituto loco iudicium suscipi sint: domi suæ in provincia maneant, sinantq; eū, qui sitit, aut iudicio postulat, in peregrino solo sumptibus atteri. Quæ rem miserantes sancimus, si quid tale eueniat, & tempus, quod in cautione iudicio sistendi aut in ius ducendi causa facta actor præstituit, effluat: deinde ille quidem alter stationem suam in iudicio tueatur, actor uero non compareat, neq; intra decem dies, q̄ in eum locum perueniri potuit, occurrat: ut non solum reus ad iudicem ingressus & re ostensa euestigio absoluat, sed etiam iuramento eius æstimated sumptibus, quos tam in conficiendo itinere, q̄ in peregrino solo, dum ibi moratur, sustinuit, iudex eum, qui temere duci curauit, in his cōdemnet. Et quia

Et quia moris est, ne quis aliter in iudicium uel ducatur, uel sistatur, nisi qui duci procurant, hi in certam quantitatem fideiussores dent, se litem peracturos, obtenturosq; sententiam: ut omnino ea quantitas ab ipsis exigatur, deturq; ei, qui immerito calumnia affectus fuit. Quod si iuramento suo etiam amplius aliquid declarauerit (nempe certa quantitate a iudice definita, quam leges Taxationem appellant) ut in super & hoc exigatur: quo magis discant non in aliena uita ludos facere, sed in suo quæq; territorio iudicia deligere, in quibus disceptent cū suis aduersarijs. Quia uero compertum habemus, quod ab actoribus ut plurimum hic quidem, cum personas aliquas sisti uolunt, fideiussores præstantur, cū uero alio abducuntur, probabile est hanc ipsos obseruationem effugere: sancimus, ut in hac urbe iudex aut gloriosiss. noster quæstor, qui sacris nostris subministrat literis, si quid tale facere iussus sit, non aliter & prius reum patiat, aliud abduci, q̄ actor in iudicio, ad quod reum fontem perducitur, fideiussorem præstet, quod nisi reum peregerit, aut peragendo litem obrineat, pro locorum distantia tantum soluturus sit auri, quantum reo præfinitum fuerit: utq; omnia illic agantur, quæ de exhibitione determinauimus: præfinito quidem auro exigendo a fideiussoribus, & dando ei, qui aliud in ius deductus fuit: præbendo scilicet etiā ab illo iureiuratio usq; ad taxationem, ut si iuret plus se insumpsisse, & hoc recipiat, & undiq; absoluta appareant, quæ hac nostra cōprehenduntur legislatione. SED ET ILLVD, tametsi recte ex officio antiquitas disposuit, tū hoc tempore de industria dolis & artibus circumueniunt hi, qui legum nostrarū benignitatem ad expediendas suas calumnias prætexunt. Nam cum antiquitas uellet, ut qui conuentionis libellum susceperat, tam in decem dies deliberationem haberet, quomagis & rem ipsam perscrutari, & debitum forte etiam agnoscere posset, & dissoluere, q̄ post decem dierum spacium transmissio libello subsciberet simul, & prætorijs stipulationibus satisfaceret: quidam ad nostras respicientes leges, quæ post contestatam litem neq; recusare iudicē, neq; ut alius iudex addatur, petere permittunt, dolis eam rem circumueniunt: & maxime executoribus talia dolo malo excogitantibus, qui simul atq; citatio aliqua offeratur, sæpenumero ne libello quidem edito, neq; ulla cautione prætorica præbita, inuitum hominem ad datum iudicem deducunt, & omniū adhuc rerum ignarū compellunt litem contestari: ut semel contestationis uinculo illigatus, amplius licentiam non habeat uel resutandi iudicem, uel petēdi, ut alter saltem in cognitione iudex societur, etsi suspectus forte iudex existat. Atq; ita & quæ uolunt, agunt, & hominem arte in illorum potestatem redactum, quo modo uolunt, tractat.

Sancimus igitur, ut cum alicui offeratur citatio: omnino libellus edatur, neq; (ut olim) citatus decem tantūmodo dierum spacium habeat, sed conduplicatum, hoc est uiginti: ut sine iudicem recusare, siue ut alius illi in cognitionem addatur, petere, aut etiam debitū agnoscere, & amice cum aduersario suo transigere uoluerit: eius agendi habeat licentiam, nō uero per calumniam aut circumuentionem consistat apud iudicem forte suspectum, forte displicentem sibi, nonnunq; erga reum peculiariter etiam male affectum: nullum uidelicet tēpus eo, qui litem sustinet, ad cognoscendū habēte, quo ipse nomine cōuentus comparere debeat.

Cum uero libellum suscipit: sola fideiussione personali ab eo data, & sportulis secundū sacram nostrā præbitis constitutionē: prius exemplo libelli, quem antibibū græci appellāt, subscribat ea, quæ tēpus expriment, quo libellus ipsi fuerit editus, ne & in hoc fraus aliqua suboriatur. Cæterum cum contestanda apud iudicem lis est: interrogetur reus, an uiginti illi dies deliberationis effluerint, & quantū ille ueritatem dicat, demonstretur tamen hoc etiā ex die libelli editi, & ex subscriptione in libellū collata. Ac si dicat uiginti dierum numerū decurrisse: tunc denuo lis contestetur. Medio autem tempore & iudicē recusandi, & alium petendi, & in cognitione socium assumendi, aut etiam amice cum aduersario transigendi licentiam habeat: nihil interim neq; damni accipiens, neq; ab executoribus turbatū metuens, sed prætorica cautione exposita, prout ista iudicantibus uisum erit, uiginti dies ad deliberandū obtinens. Quod si hæc obseruata non fuerint: tametsi litem aliqua uideat facta esse contestatio: tamen pro nulla habebitur, & potestas erit post talem contestationem æque intra statutos uiginti dies omnia agere, ac si neq; initio cōtestatio aliqua facta esset. Vbi uero semel recusato iudice, alium acceperit: non permittimus ei, ut petitum iudicē denuo recuset. Quemadmodū enim pro eo curam gerimus: ita rursus ut ab ipso in detrimentū actorū omni no aliquid agatur, auersamur. Si qui uero cum iuratoriā cautionē exposuissent se iudicio assuturos, priusq; litem cōtestatio celebraretur, in ampla hac urbe dispareat: licentia sit actori, ut uel lite nondum contestata designatum iudicem adeat, & hæc renunciet. Ille autem si quidem magistratus & cum potestate sit: omni modo iubeat iudicio postulatū præhendi, ut

qui & periurus, & per fugam quodammodo sui ipsius accusator factus sit. Si magistratus non sit, sed alicunde datus iudex, uel ex sacra forte forma, uel iussione, uel ab aliquo magistratu: ad iuramentum renunciet, a quo datus est, ut ab illo præhendatur: neq; actori causa maneat ex omni parte inexplicabilis, nec iudice quidcũq; agere queunte, propterea quod litis apud ipsum contestatio celebrata nondum sit, atq; illo legem simul & iuratoriam cautionem suam contemnente, & actorẽ omni legitimo auxilio destituyente. Ne igitur laritante ipso, & tardius uadimonium obeunte, causa in pendentia maneat: examinationem in ea iudex utcuq; & crassius interponito, quocunq; ille terrarũ abijisse dicatur: & certum temporis spacium impertitor, intra quod nisi occurrat & uadimonium obeat (liberam tamen eius agendi copiam habẽs, neq; (ut ita conijciamus) dedita opera ab actore impeditus, aut uenire prohibitus) tunc controuersia ex una tantũ parte examinato, & actorem secundũ mensuram declarati debita munito in possessionem bonorũ eius, ut in possessionem missus rem teneat debiti seruandi causa. & si post hæc ille occurrerit: prius omne ei dispendium soluit, tuncq; recepta re & fideiussore dato causam prosequitur. **PER PVL CHRVM** autẽ fuerit propter quæstionem eorum, quæ quotidie in cõtrouersiam adducuntur, & hoc communi lege determinare. Si quidem multæ initio controuersia exortæ fuerint, utrũ militiæ possint nexu hypothecæ obstringi, an uero his liberæ esse oporteat. quæ res lege iam decisa est, & manifesta sunt militiæ, quæ uendi aut pignori opponi possint. Nos uero eã causam paulo altius & diffusius contemplantes, cognouimus, quod priscis temporibus in militijs nõ hypothecæ ferebantur, sed obsoleta quædã & prorsus ex usu in talibus sublata nomina. Paulatim postea imperatores interpellãtes creditores miserari, hæc præbebant: quanq; omnis militia publica esset, neq; aliunde ullum omnino reditũ haberet, q̃ ex principali liberalitate. Ea igitur de causa sancimus, ut militiæ, quæ ex casu uocantur, nõ cuius temere hypothecæ noie opponantur: nisi creditor sit, qui in hoc mutuum pecuniam dedit, ut ille militia potiretur. alioqui cæteris creditoribus temere id ipsum non concedimus. Sed ut si filij defuncto sint, aut uxor, oibus hi modis præferatur: modo nos adeant, & ex iussione nostra hæc auferant, nõ quasi partem hereditatem (si alioqui inops sit) sed quasi principalem liberalitatem: ut tam his, qui aliquid in bonis relinquunt, q̃ qui nihil relinquunt, conuenienter opem feramus. Certe si nemo illis filius, neq; item uxor sit, neq; creditor, qui ad eam militiam comparandã dederit mutuum: tũc & cæteros creditores in partem horum uocamus, ne quid inhumanum facere, & legem de militijs non pietatis & deo placendi studio uoluisse uideamur: priuilegijs, quæ specialiter Silentarijs concessa & elargita sunt, in sua firmitate & robore manentibus. **QUONIAM** uero ad clementiam omnis a nobis aperta est lex, uidemus autem quosdam coherentes mulieribus indotatis, deinde morientes, & filios quidem ex lege uocatos ad paternam hereditatem, mulieres autem licet decies milies in statu legitime coniugis manserint, tamen eo quod non sit facta neq; dos, neq; antenuptialis donatio, nihil habere ualentes, sed in nouissima uiuentis inopia: propterea sancimus prouidentiam facere etiam harum in successione morientes, & huiusmodi uxore eũ filijs uocari. & sicut scripsimus legem uolentem, ut si sine dote existentem uxore uir dimiserit, quartam partem eius substantiæ ea acciperet: sic etiam hic quoniam contigerit forte paucos aut plures esse filios, quartam partem eius substantiæ habere mulierẽ, siue plures siue filij pauciores fuerint. si tamẽ legatũ aliquod reliquerit ei uir minus quartam partem, compleri hoc: ut sicut læsas eas iuuamus, si forte dimissa fuerint a uiris indotatæ & consistentes, ita uel si perdurauerint semper cum eis, eadem fruantur prouidentia: scilicet omnibus secundum instar illius nostræ constitutionis, quæ quartam eis decernit, etiam hic seruandis. similiter quidem in uiris, similiter autem in mulieribus. communem namq; etiam hanc super eis ponimus legem, sicut etiam præcedentem. Si uero quosdam res proprias mulier in domo uiri, aut alibi repositas habuit, harum actionem & retentionem habeat omnibus modis inminutam, subiacere huiusmodi rebus uiri creditoribus nullo modo ualentibus, nisi forte secundum quod in illius iure ex hac lege hæres extiterit. Hæc itaq; dicimus si conijctorum alter dotem, aut antenuptialem donationem non faciens, inops aut uir aut mulier inueniatur, & moriens quidem aut uir aut mulier locuples sit, ille uero uel illa superstes pauper existat. nam si aliunde forsitan habeat: non offerentem dotem aut non dantem propter nuptias donationem nõ erit iustum grauare filios per successionem. Quoniam lex alia est nostra, dicens dotem non offerentem non posse res uiri acquirere per antenuptialem donationem. quod etiam uolumus hic obtinere: nisi tamen ipse uir, aut legatum ei, aut aliquam partem institutionis reliquerit, fieri namq; hoc nullo inuidemus modo, ut omnibus modis concordantia legem seruentur, & inopia coniugis per alterius saluetur diuitias. Quæ igitur nobis placuerũt, ea excellentia tua robur accipere & fini tradere studeto, per edicta ab ipsa facienda omnibus ea manifesta faciens, quomagnis secundum hæc & uitam instituant, & ciuilitate conuertentur.

QUOD CONSTITVTIO, QUAE EX ADSCRIPTICIO ET libera natos liberos esse uult, non his, qui ante, sed qui post constitutionẽ nati sunt

sunt

sunt, profit. & ut uenerabilium domũ œconomi immobiliũ adinucit rerũ ecclesiasticarum commutationes faciant, decreto prius interposito, excepta hac maiore ecclesia. Constit. LIIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio, iterum ex consule & patricio.



IN quadam nostrarum constitutionũ nihil obscuritatis habente, motæ sunt quæstiones ab aliquibus ex studio, & ad suam intentionem obscuritatem ei inducentibus. cum enim libertatis amatores simus: nuper posuimus legem, ut non secũdum antiquitatem si ex adscripticia & libera persona processerit soboles, omnino eam sequat adscripticia fortuna: & secundũ seruilis scilicet fortunæ obseruationẽ sic etiã super adscripticijs putetur, & secundum uentris statum eius etiam, qui nascitur, consideretur fortuna. ex libera namq; matre procedere seruilẽ partũ meritõ lex nostra noluit. Et quoniã diximus in lege, si quidam cõiuncti sint mulieribus, siue etiã cõiuncti fuerint, & filij procreentur, ita legem in his, qui procreantur, ualere: quidam sic fatue aut callide interpretari ausi sunt legẽ, ut etiã si ante constitutionẽ nati sint aliqui, uel si ualde sint senes, putent eos liberari, tanq; modo natos, & nõ longe præcedentes legẽ: cum utiq; nos hunc habuerimus intellectum, ut si cohæreret iam quidam uxoribus, & post legem: filij procreati essent, aut non cohærerent quidem, postea uero nuptiæ fierent, post legẽ nati haberent ex lege datam libertatem. Ne igitur liceat artibus uti, & malignari possessionẽ, & nocere dominis talibus interpretatiõibus: propterea sancimus, ut omnes, qui nati sunt a tẽpore legis, hi soluti sint adscripticia fortuna, si ex liberis nascantur matribus: omne præteritũ antiquæ seruando legi. **QVIA** **IGITUR** nuper scripsimus legẽ, medentes his, quæ de ecclesiasticis alienationibus fiunt, & uolentes (siquidem publicum debitum sit) posse eas alienare cum omni subtilitate secundum legis obseruationem: si uero priuatum debitum est, pro soluto dare rem immobilem, & in nullo uideri ostendere positam legem, quæ omnẽ alienationem, phibet: etiam illud adijcimus. Et per quandam inuicibilem occasionem & utilem danti & accipiẽti uenerandæ domui, hoc est aut ecclesiæ ad ecclesiam, aut prochio ad prochium, aut xenodochio ad xenodochium, aut simpliciter uenerabili domui ad aliã reuerendam domum, hoc est aut ecclesiæ ad prochium, aut monasterio ad uenerandam domum, aut xenodochio, aut nosocomio aut alijs ad ecclesiã, aut alterutrũ, aut unum horũ, quæ prius a nobis sunt dinumerata, aut alteri cuiuslibet uenerabili domui: licentiã damus præsulibus horum monasteriorum p hanc legẽ commutationem facere, & hoc ualere, & non solum imperium (sicut prior dabat lex) licentiã habere cõmutare, sed etiam uenerabiles domos, quæ regi omnĩ deo dedicatæ sunt: sic tamẽ, ut etiam decretum interponatur, cum omni subtilitate et iureiurando, & apud locorũ metropolitanũ hoc consideretur. & si re uera probatum fuerit cum iureiurando, quia utile est utriq; parti hoc agi: ratum esse & ualere, et nõ egere neq; speciali iussione, neq; pragmatico diuino typo: reuerentibus quippe his, qui ad talia conueniunt, magni dei iudicium, siquid præuaricati fuerint horum, quæ cõpetunt, aut quoddam colludium fiat, aut aliquid præter utilitatẽ utriusq; geratur partis. nam maledicta his omnium terribilissima imminet, tã quæ inferunt eloquia diuina peccãtibus, q̃ quæ nunc eis disposita sunt. si quid autem prætermittatur, & postea demõstretur maligne factum: pro nõ facto erit. Excipimus etiam hac lege sanctissimam maiorem ecclesiam, sicut etiam priore. illã namq; in priore prohibitionẽ alienationũ stare uolumus: quoniam & hoc ipsi gubernatoribus eius sanctissimis uiris uidetur. Tua igitur eminentia, quæ nobis bene & sancte uisa sunt, & per hanc sanctam dedarata sunt legem, omnibus genibus, quibus præest, per præcepta propria solenniter faciat manifesta.

VT DE CAETERO COMMVTATIONES ECCLESIASTI carum rerum non factæ fiant ad pijsimum imperatorem, & hoc modo ad alias personas legitimas transeant res, sed hæc tantummodo fiant ad imperialem domum. & ut liceat perpetuas emphyteuses agi ab oratorijs in oratoria, decreto uidelicet interposito, excepta hoc maiore ecclesia: ne tamen in priuatam personã transeat emphyteus. Constit. LV.

Imp. IVSTINIANVS A. Memnæ archiepiscopo Constantinopolitano,



Legem scripsimus dudum ecclesiasticas quidem alienationes prohibentem, solam autem cõmutationem permittentem sanctissimis ecclesijs, nec non sanctissimæ maiori ecclesiæ huius felicissimæ ciuitatis, dum imperium accipere aliquid ab aliqua uenerabilium domum uoluerit. postea siquidem aliam scripsimus legẽ, qua excipimus sanctissimam maiorem ecclesiam, permittentes quosdam alienationes, quas illa lex dicit. Quia uero cognouimus, quod aliqui prioris constitutionis capitulum, quod de permutatione competentium rerum sanctissimis domibus ad imperium scripsimus, ad artem legi contrariã conuertunt, postulatueruntq; nos quidã a sanctissima ecclesia accipere, his autẽ hæc dare. Hinc aggressi sunt multi quidam, qui similibus petitionibus omnibus utentes, sacram nituntur circumuenire constitutionem.

o iij nem.

nem. quæcūq; ergo gesta sunt à nobis usq; ad præsentē diē, hæc sub schemate, in quo nunc sunt, manere uolumus: nullo permutatio horum, quæ iam à nobis cum sanctissima ecclesia in talibus contractibus gesta sunt, aut cum his, qui hæc à nobis perceperunt. De cætero autem sancimus, nulli penitus uelam esse licentiam aliquid tale agere: sed illas solas ualere permutationes, quæ in imperialem domum in hoc factæ sunt, ut perpetuo apud imperium maneat, & non transferantur ad priuatum, neq; illarū ius per medium imperium ad eos proficiatur. Sed si quid tale fiat: licentiam damus reuerendissimis economis res apprehendere huiusmodi, & tradere eas rursus ad sanctissimam ecclesiam, tanq; si nec ab initio contigisset permutationes harum ad imperium factas, sed seruari hoc schema in perpetuum ex præfenti die inchoatum. Omnibus, quæ dudum (sicuti prædiximus) post priorem legem secundū modum prædictum gesta sunt, ratis manentibus: eo quod illa quidem, quæ sic facta sunt, à uiris gesta sunt. nunc autem quidam uolunt illorum exemplo utentes, & nobis esse molesti, & sanctissimam maiore ecclesiam huius felicissimæ ciuitatis circūuenire: quod per omne tempus nullo modo fieri uolumus. sed & si fiat quolibet schemate: hoc etiam infirmum esse, et à sanctissima maiore ecclesia in perpetuum uindicari, nulla ei temporis præscriptione in hoc obijcenda. ILLVD QVOQVE sancimus, ut alijs omnibus de iure emphyteu seos sanctis: et in sanctissima maiore ecclesia, & in alijs omnibus uenerabilibus domibus proprium robur habentibus: licentia sit sanctissimis ecclesijs & uenerabilibus domibus ad inuicem & emphyteusim perpetuam agere, decreto quippe hoc faciendo: excepta quidem hac sanctissima maiore ecclesia, in hoc autem celebrata emphyteusi, ut non ad priuatam personam extēdi omnino possit. Tua igitur beatitudo, quæ iussa sunt à nobis, custodiat: & his, qui sub ea metropolitana sedes habēt, faciat manifesta: ut & ipsi, quæ nobis placuerint, cognoscētes, nihil horū præuaricari præsumāt. erit enim uniuersis à deo iudiciū: & exande pœna, si quid præter hoc aut ipsi egerint, aut agi pmisserint.

VT EA, QUÆ VOCANTVR *INSINUATIUA, SV
per clericis in maiore quidem ecclesia dentur, in alijs autem ecclesijs
penitus non dentur. Const. LVI.

Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ archiepiscopo regis ciuitatis Constantinop.

Purimas aditiones suscipientes, hanc legem dirigere ad tuam beatitudinem iustum existimauimus. Qui enim ordinatur à tua reuerentia clerici in sanctissimis ecclesijs (absq; tamē sanctissima maiori ecclesia) omnium patiuntur crudelissima, non suscipientibus eos illic ecclesijs, anteq; quantum uoluerint, accipiāt aurum, & nouimus hoc ex frequentibus aditionibus de hoc factis nobis. Sancimus igitur beatitudinē tuā hoc ualidissime custodire. & si quidem consuetudo est dare eos, qui ordinantur in sanctissima maiore ecclesia: hoc eos præbere, nihil em de his, quæ dantur in sanctissima maiore ecclesia, nouamus. Prætere uero in alijs omnibus nullis in eis clericorum licentiā esse penitus pro his, quæ uocantur insinuatiua, aliquid ferre. Sed & si quis tale aliquid egerit, illi quidem priuari sacerdotio, in illius aut officium introire, qui missus est, & hanc eum auariciæ ferre mercedem. Custodire uero hæc etiam deo amatissimi defensores sanctissimæ maioris ecclesiæ, pœnam formidantes. X. librarum auri, si quid neglexerint, sed gratis omnia procedere. deinde etiam defunctiones, & ministeria, non per uenditionem, nec per mercationē fieri aliquam uolumus, sed puræ & citra redemptionē. sic em rei digni fient nulla uenditione ac mercatiōe faciēda. Tua igitur beatitudo, & qui postea in pontificales accesserint sedes, quæ à nobis ordinata sunt, & per hanc declarata sunt legem, operi effectuiq; tradere festinet.

VT IN PRIVATIS DOMIBVS SACRA MYSTERIA
non fiant. Const. LVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ archiepiscopo regis ciuitatis Constantinop.

Prius sancitum est legibus, nulli penitus esse licentiā domi, quæ sacratissima sunt, agere, sed publice finire procedere in credulitatem & dei culturam secundum sanctionē de his sacratis actibus traditam: & nos etiam hanc in præfenti ponimus legem, quam cū omni cautela tenere uolumus. Omnibus enim interdiximus magnæ huius ciuitatis habitatoribus, magis autem etiā totius nostræ ditionis, in domibus suis habere quasdā quasi orationū domos, & in his sacra celebrare mysteria, & hinc fieri quædā catholice & apostolice traditioni extranea. Sed siquidem domos ita simpliciter aliqui habere putāt oportere in sacris suis, orationis uidelicet solius gratia, & nullo celebrando penitus horum, quæ sacri sunt mysterij, hoc eis permitimus. inuidia enim nulla est, si uolunt circa hæc habere habitacula quædam, & in eis tanq; in sacris orare, alijs aut omnibus abstinere. nisi tamen in eis uoluerint aliquos inuitare clericos: hic quidem sanctissimæ maioris ecclesiæ & sub ea sanctissimarum domuum, uoluntate ac probatione sanctissimi archiepiscopi ad hoc deputatos: in prouincia uero deo amabiliū episcoporum. nulla nouitate sedis eius beatitudinis ex præfenti nostra lege faciēda, circa existentia ei quolibet modo in ordinationibus

bationibus, aut gubernationibus hic, aut in prouincijs iura, sed omnibus etiam competentibus ei quoli net modo & tempore ratis nunc & in omne reliquum tempus seruandis: sancimus tuam hic conserua regloriam, & manifesta omnibus per literas proprias constituere, quatenus per omnia ualeat lex.

Hæc enim & gloriosissimo præfeto felicis huius urbis, & sanctissimo archiepiscopo, & uniuersali patriarchæ præcipimus, ut ex ciuili & sacerdotali uirtute hæc perpetuè custodiantur. Sciant enim & ipsi domuum domini, quia si nō hæc custodierint: ipsi quidem sub imperiali fient motu, domus autem, in quibus aliquid tale agitur, & publicæ fient, & sub sacratissimum nostrum ararium deducuntur. Si aut et aliquos contingit tale aliquid in suis habere domibus: sciant, qd nisi intra tres menses, ex quo hæc lex insinuata fuerit, hæc correxerint, & ad figuram à nobis ordinatā deduxerint, sub prædicta pœna fient. hæc autem agi cum ueritate, non per aliquam calumniam uolumus. ueracium enim solummodo sumus amatores. Hæc sancimus tuam custodire celsitudinem, & nihil tale fieri concedere. scito em, quia si didicerimus, tibi tale aliquid denunciatum, deinde non prohibuisti, aut tu, aut successores tui quicūq; futuri: ipse quidem quinquaginta librarum auri expones pœnam, sed & qui successores singuli fuerint. parens autem tibi officium sustinebit idem damnū, si rem nobis studiosam & sanctissimæ ecclesiæ custodientem unitatem & prohiberem, quæ à nobis aperte interdita sunt, agi latenter passum est, & despiciere cōmissum, & circa ipsum cingulum periclitabitur. insuper & ipsam domum, in qua aliquid tale agitur, fieri publicam, & sub sacratissimū uenire arariū. Scriptū exemplar à nobis & sanctissimo patriarchæ felicis huius urbis, ut & ipse huius ponat rei prouidentiam. uolumus enim sacerdoti taliter & iudicialiter hæc seruata durare in reliquum tempus & immutata.

DE CLERICIS, QUI A SVIS DESTITERVNT ECCLESijs. Item de his, qui oratoria ædificant. Const. LVIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ sanctiss. huius regis urbis archiepiscopo,
& uniuersi eius tractus patriarchæ.

Multi sæpenuero clerici, certis uacantes oratorijs, aut etiam pro aliquibus forte subrogati, simul atq; solennem erogationem perceperunt: à sacris se mysterijs in uniuersum segregant (quas ob causas, melius ipsi nouerunt) aut quacunq; occasione à sacrosancta omnino ecclesia, in qua consistunt, recedunt. Sancimus igitur, ne sacro id impedimentū ministerio ingeratur, sed à dei amantiss. episcopis, sub quorum tutela hæc ecclesiæ constitutæ sunt, in illorum locum alij sufficiantur, qui ista percipiant. Neq; enim ullis concedere uolumus, ut ea, quæ ab ipsis aut per ipsos sacrosanctis iam ecclesijs erogantur, in suum lucrum conuertant. Siquidem nullo prætextu aut occasione uolumus, ut ex aliorum defraudatione alijs lucrum accedat: sed ut quemadmodum quæq; iam inde ab initio erogata sunt, ita & porrò absq; ulla temporis præfinitione præstentur: neq; sacrum ea re ministerium corrumpatur & interdicat: nullam licentiā habituris his, qui ab ecclesijs destiterunt, postq; uel à sanctis patriarcha, uel prouincialibus episcopis in illorum locum alij subrogati sunt, ut aut ipsis subrogatis inde detrudant, si regredi uelint, aut eos, qui id erogationis genus sustinēt, conduplicatas impensas suppeditare, & tam subrogatis, q; ipsis, qui redire uolunt, præbere compellant. sed (ut simplicissime dicamus) illi quidem, si redeant, nō recipiantur: his uero, qui post priorum discessum suffecti sunt, præbeantur prouisiones annonariæ: nullo lucro exinde his, qui suppeditare solent, accedente. ut qui talia lucrifacere attentauerint, omni modo subrogatis ab ipsis tam prouisiones annonarias, q; alias erogationes, tam ipsi, q; hæredes, ac successores eorum præbeant: scientes, quod si etiam postea defraudauerint, certa ex illorum patrimonio possessio sacris nostris rebus priuatis segregabitur, ut illis exinde fiat erogatio. Illud quoq; ad honorē nostrū & altū sedis tue decernimus, ut si quis ædificans ecclesiam, aut etiā aliter expendens in ea ministrantibus alimenta, uoluerit aliquos clericos statuere: non esse ei fiduciam ullam, quos uult per potestatem deducere tue reuerentiæ ad ordinandos eos: sed examinari à tua sanctitate, sententiāq; tua, & qui pontificalē sedem rexerint, semper hos suscipere ordinationem, siquidē tue beatitudini, & posteris opportuni uidebuntur existere, & dei ministerio digni: ut nō prophaneantur sancta dei (hoc uidelicet quod sacris sancitur eloquijs) sed intacta & ineffabilia tremendaq; constituta, sancte & deo amabiliter & uenerande tractentur. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimuntur legem, ea ut in perpetuum beatitudo tua custodiat, sancimus: certō scientes, quod non minus nobis sacrosanctarum ecclesiarum commoda curæ sint, quàm ipsa uita.

DE EXEQVIIS, QVAS FIERI OPORTEAT IN DEFUNCTORUM FUNERATIONIBUS. Const. LIX.

Imp.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni sacrorum per Orientem praetoriorum
praefecto, iterum ex consule & patricio.



Quidquid usque est bonorum operum, id oportet (uolente deo) per nos initium capere: conueniet item, ut ea bona, quae per alios ceperunt, si his imminet exitium, per nos denuo restaurentur, & in ueterem reducantur ordinem: ut semper nobis uel ipsa rei consecutione, uel restauratione ad praecelaras actiones contendendi facultates adsint. Cuiusmodi sane quiddam cum in defunctorum funerationibus perperam administraretur: corrigere id uisum est, & hominibus exinde largiri, ne geminam incommoditatem sustineant, tam suos amittentes, quam etiam illorum nomine subeuntis dispendia. sed quod diuus princeps Constantinus recte excogitatum disposuit, & postmodum Anastasius piens, princeps confirmauit, adiecto insuper & reditu: id nos ruinam minitans restaurare simul, & undique ad stabilitatem redactum conuenientibus adstringere iuramentis properamus, efficientes ea re, ut immortale permaneat. Nam cum piens, princeps Constantinus nongentas quinquaginta officinas ex diuersis collegiis huius almae urbis sacrosanctae maiori ecclesiae cum immunitate dederit: Anastasius quoque item piens, princeps non solum officinis illis centum quinquaginta alias apposuerit, sed etiam pro liberalitate sua per duas pragmaticas formas certum redditum constituerit, ut aurum ex eo reditu redactum in eam summam proficiat, quae a dei amantibus, oeconomis datur his, qui circa hoc laborant: multi undique nos adierunt, dicentes rem non procedere aequabiliter, neque defunctorum funerationes absque pacta mercede celebrari, quin potius amarulente mercedes exigi, multa etiam extrinsecus inueniri nomina & collegia, quae uel in medio luctu ab inuitis exigant, & eos, qui dare non possint, ut dent, uel compellant. Haec nos conuenienti correctione dignari, iustum putauimus. Inde adeo primum omnium sacrosanctae maiori ecclesiae officinas magnam iacturam & deminutionem perpessus ad integrum numerum reparauimus, conscripta de hoc sacra forma ad praefecturam urbicariam, ut omnibus modis ea una cum obsecundante illi cohorte mille & centum officinas dei amantibus, defensoribus & oeconomis praedictae sacrosanctae ecclesiae tradant: octingentis quidem officinis cum corporibus praebendis dei amantissimis defensoribus, trecentis uero piensissimis erga deum oeconomis: ut dei quidem amantibus, oeconomis trecentas illas officinas & redditum ab Anastasio sacratis, principe donatum in fructu habeant, nihil amplius ob deminutum conquerentes numerum, sed in supplementum habentes, quae praebent trecentarum officinarum, tam decanis, quam reliquis coetibus menstruarum praestationum erogationem faciant: dei uero amantibus, defensores ad manum habentes octingentas officinas, tam leuicarios (ut uocant) exhibeant, quam reliquum ministerium, quod defunctorum exequiae requirunt, sufficiant, quo magis ea re defunctos a damno asseramus & iniuria. Eas igitur praedictas mille & centum officinas dei amantibus, oeconomis & defensoribus absque ulla temporis praefinitione cum immunitate & citra deminutionem custodiri, & si quocumque modo aliqua intercidat, lumenue mutet, aut commercium, a gloriosis huius almae urbis praefecto suppleri recuperarique oportet: ut dei quidem amantibus, oeconomis fundorum, qui sepulturis attributi sunt, administrationem habentes, habentes item & a uectigaliu praestatione immunes trecentas officinas, defensores uero octingentas alteras, utriusque defunctorum exequias rite gubernent. Omnimodo sane quod ex annuo fundorum reditu prouenit, a dei amantibus, oeconomis in sepulturarum usum conferatur, quemadmodum inferius in progressu dicemus, apponentes nonnihil de trecentarum officinarum reditu, prout de facto hi a nobis capere petierunt. Ac quonia de mille & centum officinis, quae in alma hac urbe sunt, plerumque intercederunt: praecipimus in praesens, ut haec suppleatur, & dei amantibus, oeconomis piensissimisque erga deum defensoribus (quo modo a nobis dictum est) mille & centum officinarum numerus indeminutus & simplicissime diuisus conseruetur. ne quo pacto pauciores decani siue copiae, quam octingenti, dei amantibus, defensoribus attributi sint. pro trecentis autem illis, quae dei amantibus, uiris oeconomis adsignantur, siue officinas in corporibus percipere uelint, uel omnes, uel quasdam ex his, siue ferre per causam (ut uocant) excusatarum officinarum uel omnium, uel quarundam pecunias: insumatur & haec circa defunctorum exequias, ut ex his pecuniis si mul & fundorum prouentibus distributio fiat in decanos, ascetrias, canonicas, acoluthos, & alios, prout inferius in progressu constituimus. Nam cum digestis in ordinem rationibus dei amantibus, oeconomis ostenderint, impossibile esse, ut ex fundis de caetero idem reditus colligatur: merito trecentarum nos officinarum additamentum huic parti attribuimus, ut quod ha-

ctenus

ctenus circa cadauerum elationem laborantibus dabatur, citra reprehensionem deinceps quoque praebatur, per singulos scilicet menses, tam decanis & acoluthis, quam canonicis & ascetrijs, & alijs, pro consuetudine hactenus apud ipsos obtinente. hoc est decanis quidem per singulos menses, solidos. 7. 2. ascetrijs & acoluthis, solid. 9. 1. & canonicis solid. 3. 6. qui quidem ab ipsis dei amantibus, colligantur oeconomis, soluantur uero per singulos sex menses, quibus & antea percipi consueuerunt. Oportet autem eam quidem auri partem, quae ascetrijs competit, a dei amantibus, oeconomis praedicto termino dari Eugenio dei amantibus, diacono, & ipsius Sampsonis religiosae memoriae xenonis, aliorumque a nobis illi comendatorum xenodocho, & qui unquam ipsum dei amantibus, horum xenonum xenodochi secuturi sunt: propterea quod ascetriae, quae in hunc usum adhibentur & ministerium praestant, sub praedictorum uenerabilium xenonum pro tempore xenodochis censeantur. alteram uero illam, quae tam acoluthis, quam reuerendis, canonicis competit: consimiliter ab ipsis dei amantibus, oeconomis dari his, qui & modo illis praefecti sunt, & qui pro tempore unquam in illis principatum obtinent: ut per ipsos ante designatis & sub ipsis censitis ascetrijs, & canonicis, & insuper etiam acoluthis distributio fiat. Si uero moram circa eiusmodi solutionem admittat dei amantibus, oeconomi, idcirco clarum existat, forte sex alteris iam mensibus post prius semestre decurrentibus, cum nulla adhuc solutio facta sit: tunc quidquid post prius semestre debitum fuerit, hoc a dei amantibus, oeconomis exigatur cum trientibus usuris legitimae centesimae: prouidentiam in hanc rem collocante religiosiss. pro tempore archiepiscopo & patriarchae sacrosanctae in hac alma urbe maioris ecclesiae. Si uero & alter annus praetereat, & ne tum quidem aliquid dei amantibus, oeconomi soluerint: sanctiss. pro tempore patriarchae licentia sit, non solum quod reuerendis, mulieribus & praedictis decanis debetur, a dei amantibus, oeconomis cum praefatis usuris exigere, sed etiam ipsos cogere, ut omnia, quae deputata sunt, praestent: & si sanctiss. patriarcha uoluerit, ut etiam sollicitudine fundorum ipsos eiciat, & repetat horum inspectionem, quemadmodum modo apud ipsos est: his omnibus curam impertiente beatiss. pro tempore archiepiscopo huius almae urbis & uniuersi eius tractus patriarchae, sub cuius tutela & ditione censentur & dei amantibus, oeconomi, & uniuersus clerus, & totus sacrosanctae ecclesiae ordo. His ita euenientibus, nemo omnino ab inuito pro curato demortui corpore quidquam auferat. Sed ut totum discernamus: sancimus, ut unicuique feretro, quod gratis conceditur, unum accedat ascetiarum aut canonicarum asceterium, non minus octo mulieribus feretrum praecedentibus, & psallentibus, & tribus acoluthis, qui nec ipsi quidquam accipiant. Si quis uero ex defuncti cognatis & adfinibus, qui elationem procurant, uelit sua sponte, nemine cogente, aliud insuper asceterium uel unum, uel duo, uel plura assumere: esto illud quidem in ipsius positum munificentia. Caeterum neque hoc indeterminatum relinquimus, eandem hic quoque mensuram in ascetrijs, canonicis & acoluthis, qui per munificentiam assumuntur, esse uolentes, quam supra definiuimus: ne pauciores scilicet, quam octo ascetriae uel canonicae ex uno quoque asceterio assumantur, & tres ad unum quodque asceterium acoluthi. Dentur autem ascetrijs siue canonicis, quae ultra id ipsum asceterium, quod gratis ministerium funerationi praebet, assumuntur: si quidem intra nouos muros huius almae urbis elatio peragatur, usque ad tres solidos: nihil ex hoc penitus auferentibus acoluthis, neque partientibus ista cum reuerendis, ascetrijs & canonicis, sed acoluthis, qui post tres illos gratis funerationi ministrantes assumuntur, siquidem tres alij sint, tribus siliquis contentis: si sex, siliquis sex: ut ad eum modum, quacumque hoc concernit, ita deinceps gerantur ordine. Illud sane manifestum est, si maius interuallum sit, & qui feretro inseruiunt decani, plures sint, & plura asceteria: quod propter huius pondus & ipsis paululum dabitur, * ad similitudinem ascetiarum, quae circa funerationem laborem sustinent. + id est, qui effereendis defunctorum cadaueribus ro extra nouos muros huius almae urbis, aut ad alios terminos, quam dictum est, elatio fiat: tunc ascetriae quidem siue canonicae tres & dimidium solidum percipiant, neque hic quidquam omnino communis habentibus acoluthis. ipsis autem acoluthis ad singula asceteria quaternas auferentibus siliquis, & praeterea nihil: secundum praedictam diuisionem asceterio cum tribus acoluthis feretrum gratis praebitum sequente, & omnino illi accedente per octo ascetrias siue canonicas & tres (ut dictum est) acoluthos, nihil prorsus auferentes, aut per dationem cereorum exigentes, aut sub alio uelamento quocumque exactionis modum excogitantes. Haec autem omnia de his tantum definiuimus, qui non per ambitionem & munificentiam magna illa duo feretra in preciosarum

per rerum

retū thesauro recōdita, nempe gloriosæ memoriæ Studij, & magnificæ memoriæ Stephanj, requirunt. Si quis enim illa habere cupiat, ut quæ & multis hominibus indigeant, & maiore custodiam, atq; in summa plenam negocij adseruationem desiderant: hoc prædictis non conuincimus, sed quasi qui ambitiosius mortuos suos efferrī gestiant, quidquid pro labore se decanis, aut reuerendis, ascetrijs, aut canonicis duros cōpromiserint, tantum & præstent: ut tū id ipsum in duobus feretris Studij & Stephani duodecim solidorū quantitatē excedere nequeat. Pro eo uero, quod auro intertextum est, quod in sacrosancta maiore ecclesia reponitur, si quidem uno solo in eius locum (ut probabile est) apparando, quatuor solidis, ascetrijs autē, siue canonicis, siue acoluthis, duplo maiora, q̄ ante de ijs præfiniuimus, ferentibus: ut uidelicet ipsum quoq; ascetriarum seu canonicarum asceterium, quod gratis cætera feretra præcedit, eandem quantitatem percipiat, quam & reliqua asceteria. Eodē hoc, quod prædiximus, & in acoluthis obseruando, ut & hi duplum eorum, quæ iam à nobis constituta sunt, auferant: nimirū si id, in q̄ funeratio peragitur, unū de tribus illis feretris sit, hoc scilicet uolente eo, cui funerationis cura incūbit. Necessitatē scilicet tantūmodo habentibus defamantibus, defensoribus, ut decanorū corpora ex octingentis illis officinis, quas ipsis adsignauimus, & item feretra exhibeant, non aut ut sumptū aliquē impendant. dei uero amantiis, cōcōnomis cogendis, ut tam ex reditu à sacratiss. principe Anastasio relicto, q̄ ex trecentis officinis in prædictas personas, secundum à nobis in omnibus constitutam distributionem, omnes præfatas impensas faciant. Ita nihil indeterminatū erit, sed & qui moderatores sepulturas fieri uolunt, ex hac dispositione fructū capient: & qui ad ambitionem respiciunt, non perinde magnis inuoluentur dispendijs, sed intra certum modū munifici erunt. Hæc nos igitur tam de officinis, q̄ retributibus, & funerum elationibus, siue gratis, siue cum quadam ambitioe peragantur, definiuimus. Ut autem officinarum numerus nullo unq̄ tempore deminutionem patiat: custodes eius rei constituimus, non tantum gloriosiss. huius almæ urbis præfectum, & obtemperantem illi cohortem, sed etiam multo magis excellentiam tuam, & qui unq̄ hoc dignitatis fastigiū, cui tu modo præes, tenuerint. Et insuper poenā cohorti tuæ quingenta pondo auri irrogamus, si negligentius egerit: item duplicem contra eos, qui unq̄ thronum tuum suscepturi sunt, quo minus committant, ut secundum à nobis dictam diuisionem mille & centum officinarum numerus deficiat. Sed si hoc doceatur: ut uel ipse, uel successores tui, in hanc rem prouidentiam conferatis, procurerisq; ut per omnia is sine deminutione, sine onere, sine machinatione aliqua, tū per excellentiā tuam, tum per quāuis aliam personā permaneat: ne exinde noua oboriatur occasio, ut præter definitionē nostrā denuo merces pro personæ alicuius funeratione danda sit, nulla inter defunctorum personas distinctione introducēda, siue diuitijs affluat, siue prementur inopia: nisi forte (ut diximus) unā ex tribus illis feretris deligat, in quibus & ipsi cōuenientia disposituimus. Volumusq; illa & ad hūc obtinere modū, & absq; præfinitione tēporis imota manere & æterna. Atq; sacra hac pragmatica lege in perpetuū ualente, q̄ diu homines sunt, q̄q; diu magnū illud & longe celeberrimū Christianorū nomen inter homines habebitur, quotidie etiam domini dei benignitate incrementum accipiat. huic uidelicet negocio præ cæteris omnibus ipso religiosiss. patriarcha huius almæ urbis prospiciente, ne hac causa pro sacerdotali potestate usus committat, ut ab ulla persona uel sacerdotali, uel magistratu decorata, uel quacūq; in nostra delinquatur constituta. Sed & ut ipsa maiestas imperatoria, in tam amplam dignitatis & honoris sedem conuersis oculis, quicūq; tandē imperij scepra tenebit, huic rei prouideat, decernimus. Neq; em̄ p̄ defunctis tantum istud, sed etiam pro uiuentium, adeoq; imperitantium salute est, ut omni modo piæ actiones ad effectum deducantur, neq; præclara maiorum instituta per negligentiam posterorum depereant. Quemadmodum autem centum illas & mille officinas indeminutas & immunes custodiri disposuimus, ita omnes reliquas officinas præstandis neccigalibus sancimus esse obnoxias: nemine omnino licentiam habente, ut eas eximat, siue ad sacras ædes, siue ad xenonas, siue ad asceteria, siue monasteria, siue quodcūq; aliud, sed neq; si ad regias nostras domus, uel magistratu, aut potentia præditos pertineant: sed ex æquo omnibus officinis neccigalium præstationem agnoscentibus, ne si paulatim unusquisq; excusetur, & quisq; sua releuet, paucis quibusdam, qui relinquuntur, totum præstationum onus imponatur, & magnum exinde dispendium sustineant hi, qui id ferre nequeant. Quæ igitur per præsentem sacram pragmaticam formam nobis placuerunt, ea tam excellentia tua, quam qui post te eundem magistratum suscepturi sunt, & obtemperans tibi cohors custodiant.

NE DE

NE DEFUNCTI, SEV RELIQVIAE EORVM A CRE-
ditoribus afficiantur contumelia. & ne adseffores cognitionem caufarum
absq; iudicibus suscipiant. Constit. LX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum
præfecto, iterum ex consule & patricio.



Vi in contemplanda rerum ueritate intentū habēt animū, hi si uere & recto iudicio singula explorent, facile ad querelas progredi non solent. Ac probabile est, ob legum quotidie à nobis propositarum multitudinem nonnullos succensere, parum reputantes in animo, quod subinde postulante necessitate, consonas rebus leges ferre compellamur, semper aliquibus præter opinionem enascentibus, quæ per descriptas iam leges ad sanitatem perducī nequeat. Cuius generis quiddam nuper quoq; innotuit. Nam cū deberi sibi quispiam ab altero diceret, simul ac hominem in mortis intellexit existere articulo, coactis militibus & feruis, alijsq; compluribus, uel ipsum uitam iam finientem adorit. isq; non prius indigne id ferre & clamare desistit, q̄ undiq; uiolentia circūfus animā emitteret. at ille propria autoritate signa rebus imposuit, nemine eorum, qui in magistratum collocati sunt, præsentē, aut ullo omnino legitimo & ciuili ordine obseruato. Sed neq; sic quidquam remisit, quin nō dubitauit etiā mortuo facere contumeliam, primum insistens ne sepultura fieret, deinde post q̄ ægre domo cadauer efferrī cōcessit, apprahensō feretro publicæ funeris elationi obstiterit, neq; se prius remissurum ait, quàm abstulisset debitum. interim cum accepisset, qui eam pecuniam constitueret, uix tandem demortuum terræ mandare permisit. Quāq; autē causā, per quam hoc delicti admissum est, cōpetens iam forma data est: è re tamen fore arbitramur, si etiā generali ista lege corrigamus, non concedentes, ut eadem denuo nullo unq̄ tempore compræhensa legibus, peccentur. Sancimus igitur, si quis superstitē adhuc illo, quem sibi debere putat, per uim domū eius occupet, & negociū ea re facessat, uel superstiti adhuc homini, uel familiaribus eius (nēpe uxori, liberis, toti deniq; familiæ) aut etiā signa rebus propria autoritate aufert imponere, nō prius decreto & legitimo ordine post eius mortem, qui debere dicebatur, custodito: omnino & actione excidito, siue iustam eam habeat, siue iniustam: & quantum debere eum dixerit, tantundem alterū insuper exigit, & dato iniuria affectis heredibus. tum uero & publicationē in tertiā bonorum partē sustineto, prout præstantiss. philosophus Marcus imperator in suis descriptis legibus, & infamia percellitor. Quē enim hominis natura pudore nō suffudit, is profecto dignus est, ut & in bonis, & existimatione, & omnibus alijs multetur. Si uero defuncto aliquo, etiam circa defuncti sepulturam aliquid delinquat, & funeris elationem prohibeat: tamen si iā à patre nostro de hoc descripta lex sit, delicta tamen maior quædam poena per nos quoq; consequtor, & isdē subiaceto poenis, quas præfens lex illis infert, qui quale diximus, in uiuentē adhuc deliquerint. excellenter quidem in hanc rem prouidentiam conferente gloriosiss. præfecto huius almæ urbis, cui etiam horum delictorum coercitio cura est. non minus autem & gloriosiss. sacrorum nostrorū prætoriorum præfectis, & gloriosiss. sacrorum nostrorū officiorum magistris, & quæ unquā his cohortes obtemperant. Nam cum contumeliæ ipsi naturæ illarū communes sint, & ad omnes pertineant: conuenit etiam, ut omnibus in commune iudicibus in his prohibitio permittatur & uindicta. His non tantum in alma hac urbe ualentibus, sed etiam per omnes gentes, in quas imperium nobis deus uel initio dedit, uel insuper addidit, atq; etiam dabit, inquit ante nos quidam: prouidentiam & curā in hanc rem collocantibus magistratibus prouincialibus, siue militaribus, siue ciuilibus. insequitor enim hic quidem magistratus & eorum cohortes poena quinquagenarum librarum auri, si quis eorum negligentius se in hac re gesserit. prouinciales uero quinarum, nisi & ipsæ animum ad hoc persequendū appulerint, cū denunciatio aliqua uel hic, uel per prouinciam facta fuerit. PORRO & illud nobis recte se habere uisum est, si minus committamus, ut magistratū adseffores (quæadmodū Zenonis pientiss. principis & nostra insuper constitutio dicit) causas audiant, quæ apud ipsos tantū magistratus aut à nobis datos agitari debēt iudices. Multo enim melius & perfectius, his præsentibus, inter quos controuersæ consistunt, & metu quædam imminēte ipsis apparitoribus, & (ut uerisimile est) testibus, negocio deniq; propriam obtinēte grauitatē & amplitudinem, apud magistratus agitari poterunt, q̄ si pedanei iudices disceptent, à quorum ordine adseffores nihil penē dissident. Quoniam uero magistratus, qui nobiscum agunt, rerum nostrarumq; iussionum occupationibus detenti, cōtinue ad hanc dese-

p ij runtur

tuntur necessitatem: conuenit, ut legem consonam & rebus accommodatam proferamus.

Sancimus igitur, ut litium quidem contestationes omni modo apud ipsos peragantur magistratus, siue maiores, siue minores sint. sed & in medijs litibus rursum semel (ut minimum) causa apud ipsos introducat, ut quæ prius in probationem delata sunt, perdant. At uero cum definitiua proferenda est sententia: ne ullo modo adfessores absq; iudicibus præbere audientiam præsumant: sed cum reuerentia, qua decet, prout iam constituimus, propofitis sacris eloquijs, ipsi per se magistratus tam quæ in probationem delata sunt, oia audiant ordine, q̄ controuersias disciprent, & appellationes (si quis modo prouocet) absq; ulla dilatiōe, quatenus id lex fieri permittit, suscipiant. Rursum quoq; appellationum iudices & ipsi per se omnibus modis controuersijs audientiam accommodent, nemine aliter agere præsumente. sed si quid tale accidat: tam ipsis magistratibus uiginti librarum auri pœnam metuentibus: q̄ adfessoribus, qui hoc facere ausint, si quidem aduocati sint, de consortio eloquentijs, causarū patronorum eiciendis. si uero non aduocati, sed alij quidam sint: & cingulo (si quod habent) spoliandis, & decem insuper librarum auri pœna coercendis. Neq; enim in eam uenire opinionem debent hi, qui Zenonis pientijs, principis, & priorē nostram, & item præsentem constitutionem respuerint, quod fingendis neccendisq; falsis causis hæc pœnas effugient. Nam gloriosiss. pro tempore comiti sacrarum nostrarum rerū priuatatum curæ erit, ut huic negotio prouidentia accommodet: & si quid eiusmodi delinquatur, pœnas exigar, inferatq; ærario: scituro & ipsi, quod nisi curam & prouidentiam in hanc rem collocauerit, eo nomine fisco de suis facultatibus satisfaciat. Sed hæc quidem de his magistratibus decernimus, quibus uel pro republica, uel circa iussiones nostras suscepræ occupationes ueniam præbēt, licet per se in tota causa audientiam non accommodent. Ceterū omnes alios iudices, qui magistratu non defungunt, causisq; nostro tantū iussu notionē interponūt: siue in hac alma urbe, siue alibi tale quid perpetrent: quicq; ipsis in cognitionē adfessorum locosociantur, multo etiā asperioribus pœnis persequemur, nisi ordine per totam litem ipsi cum adfessoribus suis causæ audientiam præbuerint. nam & dignitatem eis amissionem interminamur, & uicinarum librarum auri pœnam. eorum uero adfessoribus eiectionem ex ciuitate, in qua hoc perpetrauerint, atq; ut insuper etiam amittant existimationem suam. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimuntur legem, ea omnia solito more destinatis in prouincijs edictis excellentia tua manifesta facito, ut nullam gentem lateant, quæ à nobis sancita sunt. Nā in alma hac urbe gloriosiss. ista præfectus proponet.

VT RES IMMOBILES DONATIONIS ANTE NUP-
tias à marito, ne consentiente quidem uxore, uel pignori obligari, uel
omnino alienari liceat, nisi postea æque illi satisfieri possit. eademq;
ut & in dote obtineant. Constit. LXI.

Idem Imp. Ioanni gloriosiss. Orientaliū prætoriorū præfecto, iterū ex consule & patricio.

Quoniam controuersia, quæ coram nobis ipsis mota atq; agitata est, compertum habentes, commiseratione dignā rem geri: tam illud, quo conuenit modo, correximus: q̄ id genus cōtrouersias (id quod moris nostri est) generali nūc lege prolequimur. Et sancimus, si quis donationem ante nuptias aut propter nuptias (isto enim modo magis eam appellari debere, lege de hoc lata promulgauimus) conscripserit: siue ipse pro se hoc egerit, siue alio scribente, uel patre, uel matre, uel cognatis, uel forte etiam extraneis. Si quis inquam huiusmodi aliquid egerit, & donationem conscripserit, in qua res aliqua immobilis sit: interdiciamus ei, ne in donationem ante nuptias transcriptam rem uel pignori opponat, uel omnino alienet. nam quod semel donationis ante nuptias uinculis illigatum est, inconueniens sanē fuerit denuo alienare, ut mulierem aliquando, obueniēte forte lucro, quod illi donationem ante nuptias confert, male habeat, si eā rem non in bonis mariti, sed uel alijs (potentibus forte personis) alienatam, uel pignori oppositam inueniat: ut ips de causis uindictio illi uel penitus interclusa, uel perdifficilis existat, & iudicij indigeat, ex quibus sibi ipsi auxiliū quærat. Vnde hoc ita custoditor, & qui post hac contraxerit, scito nullam se penitus ex ips utilitatem habiturum, siue ex empto, siue ex pignore ius habeat: sed petinde sunt ea, quæ ob id scripta pactæ sunt, quasi neq; scripta, neq; dicta

dicta essent, & mulieri lucrum reseruato. Neq; enim alienum à bonis moribus fecisse nobis uidentur quidam nostrorum iudicum, qui & ipsi mulieribus soluto matrimonio ad petendā donatōem ante nuptias actionē dederunt. quod quidē recte attentatū, post modū ab his, qui post eos iudicandi munus subierunt, præ nimia quadā subtilitate cōiuentibus acceptum est oculis.

Neq; qui per fraudem & exquisitis artibus pignori capiūt, uias aliquas inueniunt, dando operam, ut mulieres consentiant, & ita suis excidant iuribus. Nam consensus in talibus ob hypothecam, uel ob emptionem, uel quancunq; alienationem in literas relatus, nihil accipientem utiq; iuuerit, etsi maxime consensus interuenerit. sed quemadmodum de intercessionibus scripsimus, ut ad corroborandum id, quod gestum est, denuo necesse habeat, biennij tempore decurso, alteram rursus confessionem scribere, quæ priorem consensum cōfirmet: ita etiam hic fiat, & licet mulier sub forma intercessionū consenserit, undiq; in demnis esto, nisi & alterum (ut diximus) consensum præbuerit. Multa enim primo statim auctu peccari possunt, facile muliere uel metu coniugis, uel deceptionibus inducēda, suaq; iura aspernante, quæ si longiore tempore rationem pignoris consideret: cautiore futura sit, q̄ dudum.

Enim uero non simpliciter hoc permittimus: sed tūc demum ex secundo consensu mulierem damno subiicimus, cum aliæ præterea res sunt, ex quibus pro eo, quod donatione ante nuptias continetur, proq; immobilibus rebus alienatiōis aut hypothecæ noīe ab alio detentis, ipsi possit satis fieri. Alioqui si nihil præterea reliquum sit: ne sic quidem læsionē sustinere mulierem concedimus: sed licet bis, aut etiam sapius consentiat, nihilominus ea res in rationē mulieris intercessionis defertor: & undiq; lucrum esto huic in tuto positum, si nihil aliud superesse uideatur, quod ad quantitatem donationis ante nuptias sufficiat. Atq; hæc dicimus nō tantum curam gerentes mulierum, sed multo magis etiā uirorum, qui ista faciunt: siquidem ex multis & ferme quā plurimis casibus res donationis ante nuptias communibus seruantur liberis, & denuo per hanc obseruationem in bonis uiri & eius successiōis permanent: ut per hæc rationes ex æquo lex tam uxori, quā marito commodet. Et multo amplius ista obtineant in dote, si quid dotalium rerum uel alienauerit, uel pignori obligauerit, plus satis em hæc iam elaborata sunt & expressa legibus. Nō tñ ipsos ea re cōtrahentes in uniuersum aspernamur. Tamen enim ex his ueram obligationem (quo ad mulierē) neq; pro dicta, neq; pro scripta esse uolumus: uolumus tñ, ut mariti nihilominus in alijs suis rebus occasione alienationis, aut hypothecæ teneantur: mulieribus quidem ius, quod in rebus immobilibus donationis ante nuptias ipsis competit, absq; ulla inuouatione referuantes: illis uero in alijs eorum rebus, prout plurimū ad illos iuris ex instrumentis contractus pertinet. Omnibus priuilegijs, quæ doti iam à nobis data sunt, in sua firmitate & robore manētibus, si tamē mulier actionē moueat, nullis em alijs præter mulierē id genus priuilegij uel initio dedimus, uel hoc tempore damus. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimuntur legem, ea omnia solenni modo edictis hinc inde per prouincias destinatis excellentia tua manifesta facito, ut nullam omnino gentem lateant, quæ à nobis sancita sunt. In hac enim alma urbe gloriosiss. ista præfectus proponet.

DE CONSULTATIONIBVS. Constit. LXII.

ANTE DE HIS IPSIS etc. In consultationibus nō tantum imperij proceres & summi magistratus, sed etiam totus senatus conuenito, proponuntur quoq; in medium sancta euangelia, & quæ ordinis decreto placuerunt, referuntur ad maiestatem imperatoriam. Agat autem senatus conuentus in hippodromis. Ante omnes priorem in confessibus locum tenent præfecti & *, itē ordinarij consules honorarijs præferuntur. Insuper ex præfecto non amittunt dignitatem. Possant etiam illustres fieri Patricij. PP. mense Ianuario, post consularum Belisarij. V. C. anno. 11.

DE NOVIS OPERIBVS CONTRA PROSPECTVM
in mare. Constit. LXIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Longino huius alme urbis præfecto.

P ij

Rem

Rem, quæ subdole in regia hac urbe circa ædes extruendas fieri solet, cohibere & corrigere iustum putauimus. Nam cum & Zenonis pietatis principis constitutio dicat, ut ædes priuatae certis inter se spatijs distent, & nos quoque consimile quiddam sancierimus, præterea appositum sit, ne quis possit in hac regia urbe intra centum pedes prospectum in mare rem omnimodam gratissimam prohibere: quæque conueniens erat, ut prospectus uel è longiore spacio aperti essent, non autem ipsos prohiberent: tamen mirabili commento præter opinionem multo hoc etiam magis obstructum est. quidam enim centum pedum spacio relicto, aut breui etiã particula huic insuper adiecta, nihil ibi locorum possidentes, deinde exædificant quasi uelum quoddam prætendentes. Inde simulatque summa cum licentia prospectum in mare abstulerunt, non repugnantes legi propter spacium centum pedum relicto, intrinsecus absque ullo impedimento ædificant. Postquam uero quod quaerunt, assecuti sunt: demoliuntur illud, quod ad temporarium ab ipsis usum fuit exstructum. atque ita excogitato uelamento omni circum circa uoluptate possessorum domos destituunt. Quod de cætero fieri nullo modo uolumus. sed si quis eo modo pro tempore aliquid moliri & dolo malo uelit agere: non taliter ludos facito. sed si reuera hoc indigeat: totam domum ædificato, & usque ad integrum interuallum (nempe centum pedum) necessarium de se & inexcusabilem usum præbituris ædibus extruendis procedito: non autem ad uicini læsionem temporarios parietes extruendo, & quasi per picuram quandam huiusmodi molitione prætexta, ademptionem prospectus arripito. Quemadmodum enim optimo illos iure auerfamur, qui aliena rapiunt, & supplicio dignos putamus: ita & qui exquisitis artibus & per fraudem tale quiddam moliantur, non minus improbos, quam qui alienas res rapiunt, arbitramur. Unde si ipsa uel bonorum raptorum actio merito & recte pro officio ultra rei æstimationem poena tripli persequitur eum, qui uel paruam aliquam rem per modum rapinae capere præsumpsit: quomodo non & hunc, qui tam magnam rem effecerit, compelli necesse erit, ut quod ab ipso factum est, demoliatur, & maiore alio supplicio coercatur, hoc est decem pondo auri theatralibus excellentiæ tuæ in ferendis: ne malus uicinus (quod in proverbio est) abeat, & legem derideat, ut quæ suis ipsum formulis & dispositionibus non ualuerit subiicere? Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimentur legem, ea studeto excellentiæ tuæ unã cum obsecundante illi cohorte in alma hac urbe effectui & fini tradere, & in perpetuum obseruare: eadem, hoc est decem pondo auri, poena tam his, qui ista præuaricantur, quam qui præuaricari sinunt, imminente.

DE HORTULANIS. Constit. LXIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Longino gloriosiss. præfecto huius alme urbis.

Multæ undique & longo iam tempore contra huius alme urbis & suburbiorum eius hortulanos querelæ ad nos deferuntur, omnibus indigne illorum improbitate ferentibus. Quæ uero renunciant, ad hunc ferme modum se habent. Atque aiunt eos, qui æstimandis rebus præpositi sunt, ut plurimum de collegio hortulanorum esse, & rem intolerabilem patrare. Nam cum horti dominus conductionem subeunt hortulano eum tradit: nihil aliud æstimare, quam insitum olus, & in gratia accipientis hortulani siue conductoris eius æstimationem tantum utcumque conglomerare, & celebrare ueluti per auersionem. simulatque uero conductor sub fine statuti temporis domino eum redditurus est: tunc demum ipsos subtilissimam oleris æstimationem facere, eamque uel in sexcuplum & numerosiore insu per summam efferre: ut si quinquaginta illi aureis æstimandum olus sit, non minus trecentis aliquando etiam amplius hoc æstimant. Neque intra hosce duntaxat terminos inexplabilem illam auariciam consistere, sed multo etiam his eos maiora facere, dicentes stercus se solo iniicisse, & præterea quasdam habere meliorationes seu emponemata, atque ea occasione æstimationem ipsos extollere, & producere, ad quantacumque ipsi summam uelint. pro æstimatione denique insitarum (ut uerisimile est) arborum noua augmenta facere: quauis cum à dominis susciperent, nulla omnino eius precij ratio putata sit: præsertim hortulanis ut plurimum per pacta conuenta profitentibus, curam se habituros insitarum arborum, & in locum demortuarum alias supplantaturos. Sed probabiliter compendij sui causa æstimandis rebus præpositum id genus insatiabilis auariciæ importare, tanquam qui paulo post futurum arbitretur, ut consimile quiddam in se quoque experiat. Ut si per imperitiam miser ille dominus hanc persoluere, & unã cum re sua dispendium recipere sustineat

sustineat, mox alteri hortulano hortum elocet, & per illum idem patiat, & insuper in tertio & item quarto æqualem auariciam experiat: periculum sit, ne prorsus ipso horti dominio excidat, & à proprijs rebus alienus fiat, illi uero ad improbitatem maiorem etiamnum accessio nem faciant. Nam si hortulanus, qui postea in conductionem succedit, aliquid priori redditui apponat: exigit & ipse finita huiusmodi conductione illius æstimationem, quasi illa sua melioratione accesserit: quanquam ea planè accessio non ex diligenti eius cultura facta sit, sed forte initio uel præpropere festinatione locatorum, uel etiã socordia de pauperantibus * (si modo conuenit) elocatione facta. Quæ omnia nobis longe omnem uidentur superare maliciam & audaciam. quam etiã reprimere uolumus per excellentiam tuam, sacræ huic nostræ pragmaticæ attendentem legi: & quo modo hortulanus à domino hortum suscipit, eo modo eum & restituere. siquidem olus habeat, cum hortulanus eum suscipit, & eius æstimatione inita sit: consimiliter & in restitutione exactam oleris duntaxat æstimationem recipi. si non habeat, sed nudum hortum suscipiat, siue cum sterquilinio, siue absque eo: ita quoque restitutionem fieri. In summa talem ab hortulano rationem in restituendo obseruari, qualis fuit, cum susciperet, nulla extrinsecus alia læsione domino inducenda. Ipsam uero olerum æstimationem non tantum ab hortulanis celebrari, sed unã cum his, quos Summarios appellat, quibus harum rerum peritiam habent, propositis uidelicet sacris eloquijs. Neque enim uolumus, ut per improbitatem & inexplabilem auariciam eorum, qui conductio accipiunt, dominis suis possessiones inutiles sint. His igitur de causis congregatis ipsis, qua fini se gerere debeant, præscribes: neque committes, ut damnum aliquod possessoribus irrogent, sed ex omni parte eos illæfos indemnesque conseruabis. Volumus etenim in æquali mensura consistere tam quæ à dominis ad hortulanos, quam quæ ab hortulanis ad dominos perueniunt, eo quod undique nobis æquitas, & ne alterutri parti iniuria inferatur, curæ est. Si quis uero rudem & incultam terram elocet, ille uero ad cultum ipsam perducatur: mercedem utique pro terra rudi exulta auferat, & oleris, quod inibi fuerit, æstimationem. Atque ita sine negotio res procedat, nulla exuperanti auaricia, nulla per fraudem arte ne in hac quidem parte excogitanda. Quo magis per sacram hanc nostram pragmaticam legem, & futuram ab excellentiâ tua ex ipsa formulam, de cætero à molestijs per id genus homines mouendis uacui permaneamus, neque inter cæteras nostras pro re publica curas huiusmodi etiam sollicitudines animi nostrum subeant: cum alioqui nullam modo reipublicæ nostræ partem, siue paruam, siue magnam, à sollicitudine nostra seclusam habeamus & sepositam, omnia mentis oculis perlustrantes, nihil inornati, nihil inordinati, nihil controuersi permanere cupientes. Interminabis insuper & poenam quinque librarum auri tam his, qui tale quiddam de cætero peregerint, quam qui peragi permiserint.

DE HIS, QUAE RELICTA SVNT ECCLESIAE Mysie. Constit. LXV.

SCIMVS ANTEA LEGEM. etc. Relicta ecclesie Mysie ad redemptionem captiuorum & pauperum sustentationem uenduntur, si longius ab eo loco in ædibus aut uineis consistant: ut tamen qui ea reliquit, ex uenditione relictorum iussu erogationem fieri. Is, qui in iure postulatur, si se absentet, condemnator, uidelicet malam rem agens, quod contestata lite & legitime uocatus, non obtemperauerit. P. P. mense Aprili. anno imperij D. Iustiniani. XII. Ioanne V. C. COS.

VT NOVAE CONSTITVTIONES POST ALIOS duos menses, quam insinuatæ fuerint, obtineant. Item parcat his, qui subtilitatem constitutionum in testamentis non obseruant, relinquendo quadrantem, aut heredis nomen non inscribendo, aut non nunupando. Constit. LXVI.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum ex consule & patricio.

Semper legum nobis ferendarum occasiones præbent, quæ quotidie in iudicijs causarum mouentur controuersia. Inde adeo cum multi per causam nostrarum constitutionum, quas de certis casibus successiones concernentibus descripsimus,

mus, nos adeant (quale est, ut oporteat testatorem propria manu heredis nomen scribere, & ex quot uncijs reputari oportet Falcidiam, quam parentes filijs relinquunt, siue tribus, siue quatuor, siue etiam pluribus) & periculum sit, ne pleraque testamenta eo decidant, ut quæ in illis scripta sunt, non impleantur, propterea quod leges tamen si latae sunt, ignorentur tamen, nondum uel in prouincijs, uel etiam hic forte propofita, & manifestæ factæ: necessarium putauimus talia breui quadam lege determinare.

Sancimus igitur, ut ex eo tempore constitutiones nostræ de testamētis ualeant, ex quo in commune omnibus manifestæ factæ sunt, atque exinde etiam tempus illis computari, hoc est hic quidem, ex quo omnibus exstiterunt aut factæ sunt manifestæ: in prouincijs uero, ex quo transmissæ palam in metropolitibus propofita sunt, aut postea erunt: ne prout olim obtinuit, sub nostra degētes republica homines ignorantia legum in legem uideantur cōmittere.

Ut autem res ipsa apertius exprimatur: sancimus, ut si talis describatur lex, post duos demum menses (quod illi tempus præstitutum est) quam insinuata fuerit, siue in hac alma urbe, siue in prouincijs, ualeat & suo in republica munere defungatur: omnibus hoc tempore ad eam cognoscendam suffecturo, tam tabellionibus eius uirtutem & tenorem perdiscipulis, quam subditis cognoscentibus, & legē obseruaturis. Ita nemo causam habebit, quamobrem legem nostram custodire recuset. Non enim uolumus deficientium infringi uoluntates. Omnibus siquidem studemus modis ratas eas constituere. Cur enim culpabimus eos, qui postas nostras ignorauerint constitutiones, uel si post paululum forte, quam scripta lex est, & adhuc ignorata, præesserint testatores, & propterea in testamentis aut non scripserint propria manu heredum nomina, aut etiam tres uncias solum reliquerint filio, & non quatuor, in quo legem, aut non positam contingit, aut positam, & eo quod nondum propofita fuerit, iuste ignoratam: igitur etiam hæc nunc, licet antiqua constitutio sit in cognomini nobis posita constitutionum codicis, quæ scribi propria manu heredis nomen disposuit: tamen plurimi præter eius testati sunt uirtutem, ignorantem eius legislationem, & hæc tamen talia præmissa denunciantur nostræ potestati, & omnibus semper talia postantibus ueniam dedimus, quoniam nondum fieri has manifestas euenerat, & sacras super his fecimus formas iustam eis largientes ueniam. Ne igitur importunitatem patiamur de his per singulos dies & formas scribere cogamur: propterea sancimus (sicut dictum est) seniores quidem in Iustiniano positam Codicem legem ualere, hic quidem ex quo insinuata est. In prouincijs autem ex quo directæ & palam factæ est in unaquaque metropoli, aut alia ciuitate. tempore namque plurimo transeunte, & nostro codicis ubique directo non recte ignorabunt. altera uero nouella, quæ inter constitutiones post Codicem latae posita est, de uenientibus, quid filijs relinquatur: ualere & in hac felicissima ciuitate, & in prouincijs post duos menses insinuationis, sicut prædictum est: eo quod factis à nobis uniformibus constitutionibus de mensura institutionis filiorum, alia quidem Græcorum lingua conscripta propter multitudinis frequentiam, alia uero Latina, quæ etiam firmissima propter reipub. figuram est: illa quidem quæ Kalendariū Martiarum habet conscriptionis tunc diem, non tunc insinuata est, alia uero est latina uocem conscripta ad Solonium gloriosissimum apud Aphros sacrorum tunc prætoriorum præfectū Kalendis aprilis. Quia uero neque Græca lingua cōscripta mox palam facta est, & directæ, denique etiam quæ hic ad gloriosiss. præfectos nostrorum sacrorum prætoriorum cōscripta est, id est Græca lingua Maio mense insinuata est, in eadē sede atque directæ: idcirco sancimus oportere eius legislationem, quæ de mensura institutionis filiorum eloquitur, ualere hic quidem ex Kalendis Maijs, ut duos menses ei seruemus. In prouincijs autem, ex quo hæc palam facta est, etiā ibi duobus mensibus post insinuationem seruandis. Si uero nondum hæc tamen in omnibus prouincijs destinata est: uelociter & eam & alias, quæ forte non missæ sunt adhuc, aut etiam postea comitante deo à nobis faciendas, mitti nunc uel mittendas esse, quatenus nostræ cōstitutiones in metropolitanis ciuitatibus fiant, uel faciendæ sint manifestæ. Prouinciarum uero præsidēs ipsos mittere eas & missuros esse per omnes ciuitates sub unaquaque prouincia constitutas, ut nullus de cætero occasionem sumat cuiuslibet ignorationis. Unde præteritum omne iustam habeat ueniam: ualeantque defunctorum dispositiones, uel si nuper factæ sunt, sicut eas ipsi fecerunt, uel si secundum prius tenentem legislationem literis proprijs non scripserunt heredum appellationem, aut testibus eas non fecerunt manifestas, aut tres uncias & non amplius reliquerunt filijs. Non enim infringi (sicut prædictum est) defunctorum uolumus dispositiones, sed ratas eas esse per omnia declaramus, ut si uel proxime scripta sunt testamenta post positionem legis, & nondum uero contingerat constitutiones factas immotuisse, & à superuientibus forte testatoribus non sunt mutata: maneat etiam sic institutiones, quæ ab initio secundum tunc certas extantes factæ sunt leges, propriam uirtutem habentes, & non accusandas eo, quod tempore, quo superuixerunt, illi eas non mutauerunt. Non enim omnia sunt in nobis, nec semper quibusque tempus sit testandi, & repente plerumque incidunt hominibus mortes testandi eis potestatem auferentes. Quamobrem ab initio factam recte, eo quod non fuerit mutatum, non arbitramur postea mutari, aut aliquo modo infringi: sed immutata manere, quæ tunc placuit testatoribus, sententiā, ualideque seruari. erit namque absurdum, ut quod recte factum est, ex eo, quod tunc non erat factum, postea mutetur. Collectiue igitur dicendum, percipiant filij relictas sibi (si ita contigerit) à patribus tres uncias, ex testamentis ita factis, aut ante legis positionem, aut post positionem legis, antequam hic tamen apud iudicē innotesceret. Si uero adiectum sit testamentis oportere, quod reliquum est, eis impleri, secundum quod tunc legibus debebatur: hoc percipientes secundum antiquas leges, ut si quid deest tribus uncias, secundum illas supplementū fiat, non in quadriennio, quod

postea

postea quidem sancitum est, nondum tamen tunc agnitum. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimentur legem, ea per propria edicta omnibus excellentia tua manifesta facito, tam qui in ampla hac urbe, quam qui foris degunt, ut omnibus clara & aperta sint, quæ à nobis ad omnium tutelam sancita sunt.

NE QVIS ORATORIVM CITRA SCIENTIAM Episcopi ædificet, & ut prius definiat, quæ ad curam & institutionem oratorij ædificandi necessaria futura sint. Et ne episcopi absint à suis ecclesijs, ac de alienatione immobilium rerum ecclesiasticarum, Const. LXVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Memne sanctiss. & beatiss. archiepiscopo Constantino politano, & uniuersis eius tractus patriarchæ.



Vanquē multis iam legibus ea, quæ sacrosanctas concernunt ecclesias, comprehendimus: indigemus tamen adhuc alia quadam, quæ ad emergentes & denuo renascentes casus sufficiat. Multi enim comparandi nominis ergo animum solent ad sacrosanctarum ecclesiarum exstructionem appellere: simulque ut eas exædificarent, nullam præterea curam adhibere, quod decentes item sumptus illis tum ad incendenda luminaria, tum ad sustentationem eorum, qui illis uacant & adsideant, neque non ad sacrum ministerium definiant: sed relinquunt eas in nudis ædificijs, uel iterum de struendas, uel sacro orbatas ministerio. Sancimus igitur, ut ante omnia quidem illud peragatur, ne quis licentiam habeat uel monasterij, uel ecclesiæ, uel oratorij ædificatione incipere, prius quam dei amantissimus ciuitatis episcopus interueniens, in loco preces fundat, & publico illuc processu instituto, crucem figat, & factum omnibus manifestum reddat. Multi enim simulantes se oratoria fabricaturos, suis obsequuntur affectibus & morbis animi, non ut orthodoxy ecclesiarum, sed illicitarum speluncarum conditores sint. Deinde ne aliter de nouo ecclesiam ædificet, quam cum dei amantiss. episcopo ea de re uerba faciat, & tam ad incendenda luminaria & ad sacrum ministeriū, quam ut ædes facta testa habeat, & ad sustentatione eorum, qui illis uacant & adsideant, certum pecuniæ modum finierit. Ac si sufficere uideatur: ut prius eorum, quæ deputanda sunt, donationem celebret, tum demum sacram ædem exstruat.

Cæterum si cum quis ad id non sufficiat, nihilominus tamen cupiditate & amore comparandi nominis, ut scilicet & ipse ecclesiæ conditor appelletur, hoc uelit facere: quia multæ sunt hinc inde, tam in hac regia urbe, quam in prouincijs ecclesiæ, in quibus tamen si cōuenienter omnia obeantur ministeria, tamen periculum est, ne præ uetustate concidant, aut etiā parua exstiterint, aut minore ornatu, quam cupiant hi, qui sacra in ijs tractant manibus: licebit sanè ei unā ex huiusmodi ecclesijs desumere, & hanc exædificare: hic quoque cum scientia & consensu dei amantis orthodoxorum episcopi ea re conficienda. Ita enim futurum est, ut & sacræ ædis conditor appelletur, neque de suo quidem præterea sumptus addat: sumptibus pro more iam ad hoc deputatis suppeditandis ab his, qui prius quoque eas erogationes faciebant. Illud quoque sancimus, quatenus secundum iam à nobis prolatum legem, deo amabilis episcopi in suis ecclesijs maneat & non relinquat quidem eas, per tempus uero multum hic morentur, & cogant per prouincias œconomos expensas sibi transmittere, & sanctissima ecclesia expendat quidem, quod ipse eiq; inde obseruare non patiat. Sancimus igitur, iam à nobis positā legem in sua manere uirtute, siue defuerit deo amabilis episcopus ecclesiæ suæ, siue amplius tempus, nullā ei mitti expensam de prouincia, sed illam quidem circa actus pios, & sanctissimam ecclesiam expendi, ipsum uero hic errantem non expensis sanctissimam ecclesiam prægrauare: cum artum sit, quod si plurimo tempore defuerit, quæ iam à nobis super eis sancita sunt, ualebunt. Quoniam uero contingit iam nos sanxisse, ut si quæ in prouincijs alienatio rei immobilis ecclesiasticae faciendæ est, secundum decretum hanc præcedere, sicut dudum prolata à nobis cōstitutio dicit, ægrius decretum non solum præsentem deo amabili episcopo ciuitatis eiusque clero, sed etiam metropoles episcopos nec non & illud insuper est sancitum, ut si metropoles sanctissimus episcopus futurus est uenundare, siue eius ecclesiæ sanctissimi œconomus, quid oporteat fieri: etiam hoc adiucimus, ut duo ex synodo, quæ sub eo est, deo amabilium episcoporum, quos sanxerit, elegerit, ipsi intersint, & alia omni obseruatione astodita, quæ iam sancita est, præsentia duorum deo amabilium episcoporum adiciatur, ut secundum se uideatur cum sua synodo rem agere & sicut ipse rem facit credibile, & sufficientem ei, qui sub eo constitutus est: dum præsens est, ita & ipsi, quæ sub eo est synodus præsens per duos deo amabilium episcoporum uidebitur rem præbere sanctissimam sumente ex huiusmodi synodo testimonium.

Hæc

q uero

uero nostrā legem, tam ad sedē beatitudinis tuæ, quā ad ceteros transmissam patriarchas, ipsi per proprias literas sub uobis cōstitutis metropolitanis manifestam facietis. qui rursum sub se positis episcopis eam diuulgabunt, ne quid lateat eorum, quæ à nobis constituta sunt.

VT OMNES PROVINCIAARVM MAGISTRATIBVS OB
temperēt, siue de criminibus, siue de pecunijs agatur. Et ut causæ illic
examinentur, nemine prorsus exempto per aliquod priuilegiū,
absq̄ sacra pragmatica forma. Consti. LXXVIII.

Imp. IUSTINIANVS A. Constantinopolitanis.



Na omnium perfectissima inter homines uirtus censenda est, quæ ius suum cuiq̄ tribuit, & ex re ipsa nomen trahit, appellaturq̄ iusticia. Nisi enim ceteras omnes uirtutes huius bona concomitentur: fieri non potest, ut reſte aliquid geratur & ex officio. Inde adeo neq̄ fortitudinem iusticiæ non coniunctam laudabimus: quamuis patria lingua robur & uirilitem solūmodo, quæ in armis consistit, uirtutem nominet. cui si quis iusticiā detrahat: improbitatis duntaxat, non etiā boni alicuius anſam præbiturus sit. Hanc nos per prouincias nostras despiciari haberi aspicientes: lege deum conciliante denuo confirmandam, & ad pristinas (uti decet) uires reduendam putauimus. Pleriq̄ enim partim sacras conquirentes literas, partim priuilegia, partim pragmaticas formas, partim maiorum magistratuum iussiones, partim alios ex alijs prætextus: perficiunt, ut cum in prouincijs deliquerint, extra illas tantummodo litem possint excipere. Nam qui alicubi locorū male acceptus est, aut res suas amisit, aut de finibus agrorum, de proprietate, de possessione, de hypotheca, de alia deniq̄ quacūq̄ re litem habet: quomodo eorū, quæ pertulit, probationes alio loco ualeat producere? Id enī genus homines in hoc tantū dolis & exquisitis talia machinantur artibus, ut potētiam suam, & uires iuri fidē nō habentes, ostentent. Ac cum ista homines efficiunt, prorsus in eam opinionem ueniunt, quasi perpetuo hanc potentiam obtenturi sint: neq̄ ad compluria adeoq̄ infinita exempla respiciunt, quod fero, & difficulter, & in perpaucis admodum numeratūq̄ facillimis personis uideamus ex potentibus potentes, ex diuitibus diuites procedere. quin potius quod ut plurimum fermē ex potentibus imbecilles, ex diuitibus pauperes procedant, patrum iniusticia usq̄ ex ipsis progenitos comitante. neq̄ in animo concipiunt aut reputant, quod si quid pro se potentia freti machinentur: id postea in detrimentum eorum, qui ex ipsis procreantur, comparent, nisi eadem illos quoq̄ potentia consequatur. Hæc nos omnia reuoluentes in animo: ex usu fore putauimus, si præsentem ferremus legem. Et publico edicto pronulgamus omnibus in prouincijs habitantibus, quicunq̄ nostris obtemperāt sceptis, per uniuersam imperij nostrā ditionem, siue uersus solem orientem spectet, siue uersus occidentē, siue ad alterutrum latus deurgat: ut in qua quisq̄ prouincia delinquit, aut in qua uel de pecunijs, uel de criminibus, uel agrorum finibus, uel proprietate, uel possessione, uel hypotheca, uel quacunq̄ alia occasione deniq̄ reus est: illic & iudicium sustineat (id, quod legislatoribus etiam, qui nos præcesserunt, tamen si uarie, dictum est tamen, licet non tam pure & clare, ut nos id animaduertimus) neq̄ extra eius prouinciæ terminos meliore loco & conditione esse affectet. Nam siue magna delicta sint, siue contractus: æque omnibus modis ibi locorum de illis oportet in iudicio postulationem esse, & (si opus sit) inscriptionem, & examinationem, propter paratorem copiā probationum: similiter siue in paruo aliquis delinquat, siue facti eius delictum maius reddatur, quia iuris arbitrio se non permittat, ne in minimis quidem, sed præstoletur, dum in aliam regionem proficiscatur, ut ibi in ius ducatur, deq̄ his litem excipiat, quem propter eius potentia, aut etiam suā forte imbecillitatē, ille alter neq̄ eo ipso loco præsentē possit, quo modo cōuenit, persequi. Quid enim indignius, quā ut qui per subreptionē bouis forte, aut equi, aut alicuius iumentum, aut pecudis, aut (ut minimum dicamus) cohortalis gallinæ affectus est iniuria: is cogatur nō in qua prouincia id subreptū est, iure agere, sed aliō currere, ut illic eorū, quæ passus est, probationes exigatur, & aut ultra æstimationem rei ampliores sustinere expensas, aut inopiam perferre cum gemitu? Hinc magna illa quotidie nos interpellantū multitudine: & plerunq̄ ob eiusmodi causas obturbamur, multas ipsi importunitates propter tam leues occasiones excipientes, ingentem præterea tum uirorum, tum mulierum ex suis com-

migrantium

migrantium sedibus & ad almam hanc urbem uenientium multitudinem oculis intuentes, quorum pleriq̄ emendicato etiam pane hoc agunt & collecta stipe, aliquando hic etiā uitam finiunt. Si igitur uterq̄ tam actor, quā reus in prouincia fuerit: neutiquā in aliam prouinciā causa, aut in almā hanc urbē, uel ex priuilegio aliquo, uel maioris magistratus iussione pertrahitor, sed ibidem deciditor. Quod si alter quidē adfit, alter uero absit, & qui præsens est, ex domo absentis iniuriam patitur: omnibus modis in crimen uocator is, qui iniuriam fecit, siue procurator sit, siue inquilinus, siue quicunq̄, qui modo ad illum pertineat. Huicq̄ integrum esto, pro distantia prouinciæ secundum generalem legem olim propositam dilatione accepta, eum, ad quem res pertinet, de his, quæ illō respiciūt, certiore facere. Et quidē si prouincia, in quam hoc geri debet, in proximo sit, una aut duabus tantummodo prouincijs in medio constitutis: quatuor illi mensium dilatio detur. Si maius spaciū interueniat: sex. Si ex Palæstina forte, uel Aegypto, uel quadam remotiorum gentium: menses octo ad id sufficient. Si ex occidentalibus gentibus, aut septentrionalibus, aut his, qui in Libya degunt: tūc id tempus, quod etiam legislatoribus, qui nos præcesserunt, sufficiens uisum est, nempe nouem mensium præfinitor. Ut huic, qui certiore eum reddidit, si fidem ipsi habet, ille litem committat. Si alienato erga illum animo est: saltem alium cum mandato emittat, qui actionem modis omnibus accipiat, & per omnia iudicatis satisfaciatur, nisi prouocatio consequatur, siue in maiore, siue minore causa. Si uero cum certiore eum fecerit, ille ad peragendam litem mandatum non det, & constitutum tempus transeat: tunc qui ei causæ audientiam accōmodat, eum, qui in crimen uocatus est, pro absente persona, quasi is ipse dominus sit, qui fecit, uel inuitum suo iudicio sistito: & causa examinata præsentē eo, qui intentatam actionem sustinet, tam ipsum condemnato, si obnoxius esse uideatur: quā etiam illum, qui post talem admonitionem neminem cum mandato in prouinciā emittere uoluit, si modo ullo pacto obnoxius esse uideatur. Et quidem si locuples ipse sit: quæ sententia cōprehensa sunt, perfoluio. si inopia prematur, neq̄ sufficiat ad uniuersum iudicatum perfoluendum: tunc etiam uictori damnum, quod inde emerſit ex absentis bonis, suppletor. At uero si neq̄ ille, qui litis dominū, uel legitime eius partes in iudicio sustinentē sistere iussus est, cōpareat: tunc uoce legitima euocator. si neq̄ sic dicto audiens sit: condemnator uel absens eadem forma, quæ etiā in eremodicijs, & cū uadimoniiū deseritur, obseruari solet. Nā qui temere per contumaciam se absentat, in nullo inferior præsentē reputandus est. Ceterum si cum ipse præsto sit, aut alium pro se dirigat, accusator se absentet: tūc & in ius uocatum absoluto, & litis impendia calumniatorem huic refarcire compellito. Ita omnes moderati erunt, ita à maleficijs temperabunt, ita non putabunt opes præualere posse iusticiæ. Et quanq̄ nos non lateat, parum istud ad consummatam rei medelam suffecturum, si iudices potentioribus magis, q̄ his, qui iustiora postulant, & aliunde in prouinciā comueant, gratificentur, & se præbeant: scimus tamen bonam maleficiorum partē hac legislatione, imo (quo ad nos) quidquid usquā est, ad sanitatem esse perductū. Nam qui alter officia & magistratus non cōferimus, nisi qui eos suscipiunt, prius iusiurandum subeant, iuste se omnibus iudicatos, & puras conseruatos manus: non facile (ut arbitramur) alio quopiam augmento post præsentē legem indigebimus, siquidem & illi iuste dijudicent, ad iusiurandum simul & legem cōuersis oculis, & nemo prouincialibus magistratibus eripiat iniurios, aliquo fretus priuilegio, aut potētia, aut forma: nisi occasione publici criminis sacra nostra pragmatica lex procedat, quæ aliquem huc in ius produci iubeat, aut lex tale quid faciat, quale in appellationibus usu uenit. quanq̄ magna iā ex parte hoc etiā adhibita medicina curauimus, dū nōnullos maiores magistratus appellationum in prouincijs iudices constituimus, ut apud illos potius (quando nō de maxima aliqua summa quæstio mouetur) q̄ in alma hac urbe appellationum causæ agatur. Hanc nos legem quasi donarium quoddam offerentes iusticiæ, multo etiam iustiore reddemus, si nemini permittemus, ut contra ipsam priuilegium aliquod habeat, aut ut queri quam ab hac lege ullum priuilegium eximat, siue sacrosanctæ alicui elargitum sit ecclesiæ, siue uenerabili xenoni, siue cuiusq̄ sacratifs. ædium, siue etiam alicui domui ad nostrū imperium, aut ad sacrū patrimonium, seu sacras res priuatas pertinenti (quæ merito post honorem, qui superioribus debetur, proximum locum obtinent) siue aliquibus in magistratu positus, uel potentia præditus, uel deniq̄ omnibus ditioni nostræ subditis hominibus. Sed in uniuersum omnes legi obtemperent, & iusticiæ sanctioni se submittent, hanc honorēt, & absq̄ ulla temporis præfinitione ratam habeant, non tantum respicientes in se, sed etiam in omnē posteritatē: scientes nihil penē omnium, quæ uersantur in terra, eodē permanere loco, quodq̄

q̄ ij ipsa

ipsa etiā natura diffuset, multas & undiq; perplexas cōuersiones euoluens, quas neq; p̄spicere, neq; cuiquā p̄dicere facile est, solo deo & imperatore deum sequente mediocriter illas & moderate gubernare queuntibus. Quod si quis praeterea sacris aliquibus formis, siue pragmaticis, siue alijs, de tali quopiam ipsi praebitis utatur: prorsus irrita erunt, magnam poenam magistratibus soluturi, si quo eas modo susceperint. Neq; tantū ei, quod iam factū est, sed etiam futuro medemur. Nam ut maxime post hac aliquibus nostrorum subditorum, aut alicui ex his, quibus id superius interdiximus, inter quos (ut dictum est) etiam ecclesias, & uenerabilia monasteria, & sacras nostras domos, & sacras res priuatas, & sacrum patrimoniū complectimur, tale quiddam praebitū fuerit: tamē ne hi quidē penitus obtinebunt. Et haec lex in omnes partes iustam firmitatem & robur suum extendet, simul futura in tuto collocans, simul & ei, quod praeterijt, medicinam adhibēs. Scitote igitur omnes omnino subditi, quos deus uel nostris maioribus, uel nobis donauit, quod hanc uobis legislationē praebentes, summam securitatem largimur, et neq; longiore fatigabimini itinere, neq; contra maiores & potentiores lacrymas fundetis, neq; nobis succensebitis, quod illis medicinam non adhibeamus: sed unusquisq; de proximo cernens poenam eorum, a quibus uel damnum accipit, uel laesus est, & hanc respiciens, quae talibus medetur, deum Optimum Maximum laudibus celebrabit, qui pectus nostrū in hoc, ut pulchre & legitime ista sanciremus, illuminauit. Magistratibus autem, qui haec delinquant, aut admittūt, poena esto ipsa magistratus amissio, & insuper decem librarum auri multa. Gloriosiss. itaq; sacrorum nostrorum praetorium praefecti, qui per uniuersam imperij ditionem consistunt, hanc cognoscentes legem, per singulas quiq; dioceses suas, & in Italia, atq; Libya, item in insulis, & oriente, & quātum insup̄ inter Illyrios est, proponēt: & omnes sciant, quantam pro illis curam geramus, legem talia nobis suppeditanti deo offerentes, quae magnam nobis apud deum reddendae pro nostro imperio rationis copiam praebitura est, qui per causam subditorum talia sancierimus.

DE DECVRIONIBVS, VT ACCEPTA DIGNITATE
praefectoria, tunc demum curia liberentur, cum in actu positam
acceperint. Constit. LXXIX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. Orientalium praetorium
praefecto, iterum ex consule & patricio.

Multa ex his, quae olim legibus sunt cōprehensa, quod negligentius habeantur, neq; expedite in republica suo defungant munere, perinde uideri solēt, quasi lege expressa non fuerint. Scimus enim quandam apud ueteres praefecturae speciem fuisse, quam honorariam appellarūt, solis a maiestate imperatoria praebitis in hoc codicillis. hanc autem ita nuncuparunt, quod qui hac dignaretur, his praeter nudum honorem ac titulum nihil conferretur, qui sanē ipsos curiali fortuna non liberaret, nisi aliquis ipso actu hanc administrasset. Et quemadmodum in gloriosiss. magistris militum cernimus, quod nullus curiali fortuna per magistrum militiae liberetur, nisi ipso actu & opere hoc tractarit (siquidem ipsa magisteria militum praefecturas esse, nostrae etiā leges testantur) nudi uero magistris militum codicilli solam dignitatem conferant, non ab soluentes a nexu curiae: ita & in hoc praefecturae genere, si quis uellet ab huiusmodi fortuna liber existere, necesse esset petito per denunciationem magistratu, per illum curiae nexu & uincula dissolui. Hanc nos denuo legem renouantes sancimus, si quando maiestati imperatoriae uisum sit decurionem honore afficere, siquidem sic, ut etiā ab ea ipsa fortuna liberū reddat: ut codicillos in eū magistratus cōferat, procuretq; in eiusmodi thronis constitutū (nēpe nel praefecturae urbariae, tam in uetere, quam noua hac nostra urbe, uel praetorianorū tribunalium siue in oriente, siue in occidente, siue in Libya, siue in Illyrijs, quos omnes nostro imperio deus submisit) ita libertate potiri, ut solent ab eiusmodi fortuna ac cōditione liberi existere hi, qui tam amplo honore dignati sunt, & curribus inuehuntur, & acclamantibus praconibus aures praebent, & insuper iudicum thronos conscendunt. Si uero solum illis honorem impertiri uelit: ut codicilli conficiantur, & hisce offerantur. Ea aut ab imperatore codicillorū datio ad hoc tantū ualeat, ut honoratus ipse magni senatus portio esse uideat, nō uero ut etiā a sui loci curia & albo ibi descripto eximatur, sed maneat in pristina fortuna, solum

solum lucrificans honorem, & gratiam insuper habens deo simul & imperatori, quod prior ipsum humilitate liberatum ad ampliora promouerit. Atq; esto hoc additamentū imperialis praemiorū, neq; labefactans rempublicam, neq; fortuna aut cohærentibus illi ex consuetudine muneribus decurionem liberans, & qui hac dignatus fuerit, ei auctiorem fortunā reddens, ipsumq; ampliorem faciens, sola tamen dignitate cæteris decurionibus praestantem.

Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea custodire excellentia tua studeto, compertum habens, non decuriones nos ea re minuisse, sed cæteris tantūmodo fecisse ampliores. Vnde intelligēt ista ciuitates per tua edicta, ut earum decuriones haec cognoscentes, laudibus nostrum efferant imperium.

Desideratur hoc loco constitutio.

VT ILLUSTRIS IN PECUNIARIIS OMNI MODO
per procuratores causas agant. cum uero de iniuria criminaliter agitur,
duntaxat secundum priuilegium ipsis ad hoc concessum. Clarissimis
autem tam per se, q̄ per procuratores liceat pecuniarias
causas agere. Constit. LXXI.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. praetorium per Orientem praefecto,
iterum ex consule & patricio.

Quae quasi honoris & melioris habitus ac formae causa procedunt: cum quod ex inde prouenit, non honorem inducat, sed potius laesionem quandam: breui lege sanare, perpulchrum fore duximus. Nam quod dictum est in nonnullis constitutionibus, ne cui clarissimo liceat per se causam agere, per procuratores semper liceat: id quidem uetustas ad honorem dignitatum descripsit. At qui uidemus plerofq; tametsi dignitates nacti, & inter clarissimos, aut comites, aut tribunos, aut si qui praeterea alij eius generis existunt, adscripti sint: ita tamē exigua re familiari esse, ut ad constituendum procuratorem, perferendoscq; in eam rem necessarios sumptus, penitus nullam facultatem habeant. Sancimus igitur, ut inter magnificentiss. quidem illustres hoc ualeat, ipsiq; omni modo per procuratorem pecuniarias causas agant. sed & actionem iniuriarū criminaliter intentatā aequē per procuratorem moueāt secundū priuilegium super hoc ipsis concessum: ne cogant aut asidere cū magistratibus, quo ipsi loco iudicant, aut rursus aditare tanq̄ litigatores. Vtrinque enim res cū periculo sit, siue dignitates afficiantur contumelia, siue iudicialis ordo praeter dignitatem procedat. Alioqui post magnificentiss. illustres omnibus, qui uolunt, licentia esto, & procuratores in litem constituere, & per se causam agere: nulla exinde prohibitione, aut laesione, aut poena eis inferenda. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea omnibus excellentia tua manifesta facito, in his agens solita & consueta. D A T. prid. non. Iul. Constantinop. Imperij DN. Iustiani A. P. P. anno XII. Ioanne V. C. COS.

VT QUI SE RES MINORVM OBLIGATAS HABERE
re perhibent, aut eis obligati sunt, ad illorum gubernationem & tutelam
penitus nō accedant. Et ut curatores nullo modo cessiones suscipiant
aduersus eos, quorum curam gerunt, gesseruntq;. Et ut haec
generaliter in omni curatione ualeant, in quibus casibus leges
curatores dari praecipunt. Item de administratione pecuniarum
illis competentium, & quando eas deponi oporteat,
aut reditus ex eis comparari. Constit. LXXII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. Orientalium praetorium
praefecto, iterum ex consule ordinario & patricio.

Quia omnia, quae ad tuendum reipublicae statum pertinent, admodum legislatori curae esse soleant, ut & optime se habeant, neq; in ullo quidquā peccetur: tum uero minorum contractus illorumq; tutela excellenter summo studio ab

g iij his affe



his affectata sunt, qui ferendarum legum auctoritatem & potestatem à deo acceperunt. Io-
quimur autem de eo, qui præest imperio. Inde adeo cum multas causas audiuerimus,
in quibus egregij quidam curatores cõtra minores uel impuberes, uel puberes quidem, in
cunda tamen adhuc ætate constitutos, actiones sibi delegari patiantur, & protinus se pro sub
stantiæ illorũ dominis gerat, siue forte subeant, quæ debita non sunt, siue undequaq; marci
da paruo redempta precio delegentur, siue debitorum etiam probationes in minorũ rebus
existentes occultent, atq; ita tã p susceptas delegationes, q̃ per alia multa uelamẽta (quid enĩ
homo, qui semel declinauit ad maliciam, non excogitet?) res minorũ sibi uindicent: oĩa hæc
lege reparare uolumus, & insuper illud, ne quis cũ obligatũ habeat minoreẽ aut res eius, pror-
sus ad eius curationẽ accedat, tamen si lege uocetur. Quid enim pro se ille nõ agat, qui pote-
statem & in se & in res aduersarij acceperit? Propterea enim illud sancimus, ut si perspicue
clarum sit, eum, qui curator cõstituitur, iuribus minoris obligatum esse, neq; ille curator sit:
ne quando aut Kalendarium surripiat, aut alias probatiões, quæ ad manum sint, supprimat,
& huius curatio illius rebus perniciem inferat. Hoc igitur ipsum inconcussa & immota
lege reuinctum esto, ne quis eorum, qui uel defuncti res, aut ipsum minorem, aut eius res se
obligatas habere perhibent, uel etiam perspicue ipsi minori obligati sunt: ad eius curationem
accedant, aut tale quippiam agendi habeat licentiam. Atqui omnino si quis, cum iam
in curatione hæreat, obligationem sibi contra minorem adquisierit, delata forte ei hæredi-
tate alicuius, qui minorem obligatum habuit, aut alia huiusmodi causa: ne amplius ei soli pu-
pillorum aut minorum curatio concedatur, sed alius tutor uel curator adiungatur (id, quod
in multis legum casibus deprehendimus) quo magis ille ipse custodiat, ne quid medio tem-
pore contra minoris commoda, aut eius patrimoniũ ab eo, qui obligationem aduersus eum
paratam habet, dolo malo geratur: sed ut tam iuramento in electione præstito, quod hoc cus-
todiet, quàm etiam pœnam hoc nomine, si minoris commoda curator proderit, reue-
ritus, diligenter hoc obseruet. Ne uero tutelæ aut curationis recusationem omnibus
hominibus præbeamus, si dicant minorum se res obligatas habere, aut quod perspicue mino-
ribus ipsi obligati existant: sancimus, si quis adseueret, minorem se aut res eius, aut parentes
obligatos habere: ut simul atq; intra tempus recusationi præstitutum apud eum, qui curato-
rem dedit, id ostenderit, absoluat: aut si obscurum adhuc sit, ad sancta dei eloquia iururan-
dum subeat, quod uera existimatione ductus, minorem se habere obligatum, curationem
recuset. Quod si factum erit: ne tutelam aut curationem attingat, sed quàm longissi-
me ab hoc ablegetur munere, ne exinde hostem potius minori, quàm curatorem demus.

Si uero initio hoc tacuerit, & curator factus sit: sciat tota se actione, quam contra mino-
rem habet, etsi uera sit, casurum ex eo, quod dedita opera contra hanc legem id dissimulaue-
rit. Sed & si is, qui perspicue minori obligatus sit, tacuerit: sciat ipse quoq; hanc se pœnã subitu-
rum, ne curationis tempore possit arte compositis forte solutionibus aut alijs liberationibus
debito se exuere. Quod si quis (ut dictum est) curator factus, deinde curiosius res mino-
ris perscrutatus, actiones sibi delegari, uel per donationem, uel per emptionem nominis, uel
quocunq; alio modo effecerit: sciat, quod ab ipso geritur, omnino irritum futurum, & neq;
per se, neq; per interpositam personam tale quippiam cum effectu geri, sed ex omni parte talia
infirma futura, perinde quasi ne initio quidem facta aut contracta essent. Nemini enim dubi-
um est, quin si in eam delabatur cogitationẽ, omnia deinceps ad animæ suæ perniciem & ea-
rum rerum utilitatem, quæ eius esse uidentur, agat atq; gubernet. Neq; tantum quãdiu
curator fuerit, à tali eum delegatione arcemus, sed etiam postea: ne quando tali consilio in
animo concepto, rem ad tempus seponat: & quod maliciose prius in animo cõstituerat, post
deinde, q̃ à curatione destitit, & dolo malo gestum obliuioni traditum est, tunc forte, cũ cu-
rator amplius non est, actionum delegationem acceptet, & rem dolo malo circumueniat.
Nam tunc quoq; irritum esse uolumus, quod agitur: & ne qua actio contra eum, cuius antea
curam gessit, delegata ualeat: sed pro non facta habeatur, & minori cedat in lucrum, licet
delegatio ex ueris causis facta sit. non quod ad eum, qui delegarit, reuertatur actio, quasi ni-
hil in medio contra legem factum esse uideatur: sed ut propter legis nostræ transgressionem
ipse quoq; his excidat, quæ per eã occasionẽ pro delegata actione adquisiuit, & minor ea lucrifaciat.
Nisi enim hanc imponeremus pœnam, per facile futurũ esset dolo agere: & facile eũ,
qui delegasset, instrueret, ut actionẽ moueret: & ipsius interuentu, quæ pro delegata dedisset
actiõẽ, reciperet, fallaciter lege per improbitatẽ suã elusa. Atq; hæc de omni curatore di-
cimus, in quibus omnino casibus leges aliquibus, prodigis forte, uel furiosis, uel mente cap-
tis,

ptis curationes inducunt: uel si quid deniq; aliud, aut lex iam enumerauit, aut etiam postea præ-
ter opinionem natura inuenerit. Quia uero grauate uidemus ad curationes accedere
eos, apud quos memoria aliqua dei permanet (nam multis, qui suæ curæ commissorum bo-
na impie cupiunt in se conuertere, res admodum amabilis est, & accessu plausibilis) uidemus
etiam in maximis uersari difficultatibus curatores propter minorum pecuniam necessariõ
scenori collocandam: sancimus, ne qua curatoribus necessitas ex lege incumbat, ut minorũ
pecuniam sceneret, sed ut in tuto deponant eas & seruent: cum multo præclarius sit, fortem
in tuto collocare, quàm appetitione usurarum etiam de sorte decidere: & curatorem tam in
periculum adduci, si non sceneret, q̃ rursus si sceneret, periculum metuere propter frustrati-
onem & in usuris detrimentum. Si uero ipse sua sponte mutare uoluerit, forte acceptis pignoribus, aut
alijs cautionibus, quas certas & extra cõtrouersia positas esse putet: tunc habeto quidẽ singulis
annis ad exigendum duorum mensium inducias, id quod leges laxamentum uocant. scito
autem crediti periculum omnino ad se reuersurum. Certe si is, qui sub cura agit, suffi-
cientes redditus habeat: hos ipsos curator impendito, si maiores, quàm ad tuendam uitam suf-
ficiat: quod excurrit, deponitor. Si patrimonium eius, qui sub cura degit, ex immobilibus re-
bus consistat: tunc curator illud tantum, quod ad gubernationem minoris rerumq; eius satis
sit, scenerare compellitor. quod superest, in tuto deponitor. Integrum præterea illi erit, cum
summa diligentia & accuratẽ elaborare, si certum possit forte fortuna absq; frustratione inue-
nire redditum: ut ex redundantibus pecunijs eum minori redimat, qui & paucis tributis publi-
cis sit obnoxius, & uenditorem habeat affluentẽ opibus, habeat item expeditos proventus.
Damus enim ei huius agendi facultatem: ut tamen sciat, si negligentius in aliquo horum se
gesserit, quod eius emptionis periculum ad ipsum respiciet. Cæterũ si aurum, quod mi-
nor habet, tam curatum sit, ut eius usuræ ad ipsum, eosue, qui circa ipsum sunt, alendos, & sup-
peditanda ea, quæ alioqui gubernationi eius necessaria sunt, ægre sufficiant: tunc ipsa nos ra-
tio necessitatis etiam ad hoc inuitat, ut curatores ad deum respicientes, tanq̃ in suis rebus ad
ministratiõem expeditant. Volumus etenim, ut cum decretum, quod curationem permit-
tit illi, qui ad eam accedit, fuerit interpositum: insuper ipse, sacris dei eloquijs tactis, etiam ius
iurandum deponat, quod per omnia ingressus diuerticula, ad utilitatem & minoris commo-
da contendet. quod tamen à ratiocinijs ipsum & legis ordine non excipiet: sed semper uere-
cundiorẽ ipsum circa eas propter iusiurandi memoriã constitutũ, synceriorẽ reddet circa rerũ
administratiõem. Hæc nobis lex pro tutela esto posita eorum, qui curatione indigẽt.
Si quid aliud præterea inuenerimus: ne id quidem grauabimur lege complecti, ut per omnia
his, qui sibi ipsi opem ferre nequeunt, patrum loco simus. Quæ igitur nobis placuerũt,
ea omnibus excellentia tua, edictis usa per prouincias, quibus præest, manifesta facito, ut ne-
minem lateant, quæ pie iuxta & ad subditorum prouidentiam à nobis sancita sunt.

QUOMODO INSTRUMENTIS, QUAE APVD IVDI- CES INSINUANDA SUNT, FIDẽ APPONERE OPORTEAT. Constit. LXXIII.

Idem Imp. Ioanni gloriosiss. Orientaliũ prætoriorũ præfecto, iterũ ex consule & patricio.



Quimus leges nostras, quæ uolunt, ut instrumentis etiam ex literarum compa-
ratione fides addatur: & quod imperatores quidam, percrebrescente iam ma-
licia, instrumenta adulterantibus talia prohibuerint, unum hoc credentes ef-
se studio falsarijs, ut ad alienæ scripturæ potissimum imitationem se exerce-
rent: cum nihil aliud sit falsitas, quàm uerorum imitatio. Ex quo igitur
plus mille falsitates hisce temporibus in multis causis, quibus accommodauimus audientiã,
deprehendimus: inopinatum quiddam nobis etiam ex Armenia exstitit. Nam cum prolato
permutationis instrumento, dissimiles inter se scripturæ iudicatae essent: postea tamen, quàm
qui instrumento testes accesserant, & subscripserant, inuenti sunt, & scripturam suam agno-
uerunt, instrumentum fidem accepit. Et mirabile quiddam exinde euenit, ut scriptura quidẽ,
licet examinata, fide carere uideretur: testium uero dicta conuenirent cum ueritate. & hæc per
fidem testium uidentur quodammodo esse cauta. uidemus tamen naturã eius crebro desiderare rei examinatio-
nem: utpote cum scripturæ dissimilitudinem sæpenumero tempus (neq; enim eodem modo
quis adolescens scribat, & in medio ætatis flore positus, & cũ iam senio premitur, forte etiã tre-
mebundus)

mebundus) sæpenumero etiam morbus ingrauescens efficiat. Atq; hæc eo magis dicimus, si quādo calami & atramenti mutatio, ne exquisita per omnia similitudo esset, ademit. Neq; rationem inuenerimus, quā recenseamus ordine, quam multa quotidie natura noua progesseret, & nobis legum latoribus faceret negocia. Quoniam uero deus propterea maiestatem imperatoria cælitus instituit, ut difficilibus se reb; pro bonitate sua interponeret, & leges ad naturæ uarietatem attemperaret: ea propter ex usu fore existimauimus, si hanc quoq; legē describeremus, & in commune eam subditis ederemus, quos deus nobis uel ante tradidit, uel paulatim semper adiicit. Et quia apud plerosq; de deposito, cum scriptura interuenit, contro uersiam & disceptationem motam comperimus, & horum omnium curam & prouidentiam oportet suscipere: ideoq; nobis ab ipso statim deposito principium sumendum est. **SI QVIS IGITUR** caute uult deponere: non solum scripturæ depositum recipientis fidem habeto (id, quod mora lite in quæstionem deductum, quia non professus est suam scripturam esse, qui id scripsisse dicebatur, magnam perturbationem habuit: ipso etiā alia scribere coacto, quæ tamen si assimilia uisa sunt, per omnia tamen similia non fuerunt: ut sanè, quo ad scripturam, ea causa indecisa & absq; iudicatione permanferit) sed qui depositum daturus est, is etiam testes aduocato, quoad fieri potest graues & fide dignos, non minus quàm tres: ne de scriptura tantummodo & eius per comparationem examinatione pendeamus, sed nobis, cum iudicamus, suppetat quoq; à testibus auxilium. quippe talia testimonia desideramus, in quibus prodeuntes testes dicant, se præsentibus subscripsisse eum, qui instrumentum confecerat, quodq; id ita factum sciant. Vsq; adeo ut & si tales duntaxat aliquos, non minus q̄ tres, fide dignos testes constitutos reperiamus: neq; illis in hac re fidem derogemus. Neq; enim hanc legem ferimus, ut probationes in arctum contrahamus, sed ut multo eas etiam stabiliores reddamus.

Sed & si quis instrumentum mutui, aut alterius contractus conficiat, neq; id uelit componi in foro: non suapte natura (quod etiam in deposito determinamus) pro mutuo dato scriptum instrumentum fidem habere uideor, nisi & fide dignorum non minus q̄ trium testimonium habeat præsentiam. ut siue ipsi prodeant, & suis testimonium præbeant subscriptionibus, siue alij quidam testificentur, se præsentibus instrumentum esse ita compositum: utroq; modo contractus fidem accipiat. non quod penitus reiicienda sit ipsa scripturæ per comparationem examinatio: sed quia sola non sufficit, & per accessionem testium confirmanda est.

Certe si tale quid usu ueniat, quale factum est in Armenia, & aliud quidem præ se ferat literarum comparatio, aliud autem testimonia: tunc nos quidem, quæ uiua uoce & cum iure iurando proferuntur, multo arbitramur fide digniora esse, q̄ ipsam per se scripturam. Nihilominus tamen hoc ad iudicantis prudentiam simul & religionem pertineat, ut ueris potius fidem habeat, q̄ istiusmodi. Atq; hoc nos quidem pacto probari posse arbitramur, fidem instrumentis inesse.

Verum enim uero si quis cum uel deponit, uel mutuum dat, uel aliter contrahit, contentus sit sola scriptura eius, qui cum contrahit: eo loco erit, ut sciat, se fiduciam contraxisse, & de illius fide se totum pendere. Et quanq̄ fermè ex scriptura secundum legem nostram sufficiens instrumento fides apponi non uideatur: non tamen quod ita gestum est, irritum reddimus: ut maxime testium præsentia, coram quibus contractus celebratus est, aut extremum forte eius rei refugium, quod scilicet ex iuramentis peti solet, opem illis nõ ferat. utcumq; enim fallitates & scripturarum imitationes uereamur, neq; illis, si testibus destituti sint, fidem habeamus: non tamen negotio talem subtilitatem imponimus, ut his, qui fiduciam uolunt contrahere, suam erga amicos fidem detrahamus, sed ut perfidiam & inficiationem, quod ad fieri potest, multis redarguamus modis.

Sed & si instrumenta in foro & publice conficiant, licet per tabelliones absoluta sint: assumunto tamè & ipsa, anteq̄ summa imponitur manus, scriptis designatam testium præsentiam. Oportet uero iudices conari, ut si qua chartis signa adscripta inuenerint: ipsa quoq; disquirant & recognoscant, cum ex illis etiam multa elucescant: neq; temere scripturarum fidem propter prædictas à nobis causas ex aliarum comparatione admittere.

Certe si ad unum omnes testes mortui sint, aut etiam absint forte, aut alioqui per testes, qui subscripserunt, fidem imponere facile nõ sit, neq; tabellio, qui id absoluit (siquidem forense & publicum fuerit) superstit, ut à se confectis præstare testimonium possit, aut nõ agat domi, ut per omnia necesse sit comparationem literarum uel eorum, qui absoluerunt, uel qui subscripserunt, assumere: tunc æquum est ad literarum collationes progredi (neq; enim in uniuersum eas prohibuimus) ut tamen cum summa & exactissima diligentia procedant. & si fidem illis habendam putauerint: & iusurandum deferat proferenti, quod neq; ullius sibi in prolato à se instrumento peruersitatis conscius, neq; quomagis circa collationem

collationem fraus aliqua admitteretur, annisus, in hoc tantum eo utatur, ut neq; omnino quidq; perimatur, & per oia rebus addatur certitudo. Sanè in instrumentis, quæ in foro & publice conficiuntur, siquidem tabellio progressus, iuramento præstato testetur, non per se, sed per quendam suorum ministrorum id conscripsisse: progreditor & ille, siquidem superest, & omnino possibile est, ut ueniat, neq; causa aliqua progressum eius impediatur, forte uehementior morbus, aut alioqui casus fortuitus, quales multi obuenire solent hoibus. Si autem instrumentum & numeratorem habeat: accedito & ille, ut iam tres sint, qui testentur, non unus. Si uero neq; numerator accessit, & tabellio instrumentum ipse totum per se conscripsit & absoluit, aut etiam qui id conscripsit, uel abest, uel aliàs adesse nequit: ipse (cum iuramento tamen) confessioni à se absolutæ testimonium præbet, ne locum habeat collatio. Et sunt instrumenta sic etiam fide plena. Nam testimonium uiua uoce absoluentis prolato, & adiunctum habens iusurandum, utiq; causæ non nihil adferat momenti. Cæterum si tabellio mortuus sit, & absoluti instrumenti testimonium habeatur ex alterius comparatione: siquidem ita quoq; superstitere habeat eum, qui illius mandatu instrumentum composuit, & item numeratorem: prodeunto & illi, si domi agant, & scriptum tam ex comparatione eorum, per quæ ab illo instrumenta absolui consueuerunt, q̄ per testes, fidem obtinero.

Si nemo horum sit: tunc per agitator quidè eorum, quæ instrumentum absolutum ostendunt, inter se comparatio. sola autè hæc non sufficiunt, sed insuper & aliorum, qui uel alioqui subscripserunt, uel etiam contraxerunt, scripturæ examinatio: ut ex multis comparationibus, tam eius, quod instrumentum absolutum ostendit, q̄ eorum, qui uel subscripserunt forte, uel etiam contraxerunt, una quædam ex omni parte fides colligatur efficiaturq;. Si nihil aliud inueniatur, q̄ instrumentorum inter se comparatio: quod usq; adhuc obtinuit, procedito: ut qui id instrumentum ad peragendam cum alijs comparationem profert, solenniter iuret. Ut autè omnino ea res addiderentur quoddam accipiat: ad maiorem rei fidem faciendam insuper & is, qui hæc fieri desiderat, iurato, quod omni alia probatione destitutus, ad instrumentorum inter se comparationem deuenierit, neq; circa hanc quidq; egerit aut machinatus sit, quod probabiliter forte ueritatem possit abscondere. Atq; his contrahentes liberari, ipsis in manu est, si uelint, & utriq; in hoc conueniant, ut instrumenta insinuent, & apud acta profiteant, q̄ magis ipsi contrahentes perfidia, & adulteratione, & falsitatibus, & quæcumq; alia corrigentes mala hanc legem proponimus, liberentur: his, quæ de literarum comparationibus ex instrumentis priuata manu conscriptis peragendis, iam à nobis sancita sunt, in sua uirtute manentibus: *proalidubio & in his, qui literas nesciunt, quæ olim ualent in iudicijs, suum robur obtinentibus, simul atq; ex iudiciali forma talia conuenientem examinationem exceperunt.* Oportet autem in his, qui literas nesciunt, per omnia tabularios simul (in quibus scilicet locis sunt tabularij) & testes adhiberi, maxime autem testes, qui contrahentibus ignoti non sint: quomagis illi quidem pro literarum imperito, aut parum literis instructo scribant, hi uero testentur se etiā præsentibus ista cõfesa esse, quodq; ipsum in re præsentem aspexerint. & ita demum horum instrumentorum fides suscipiatur: cum perspicuum sit, in talibus infra quinq; testes adhibendos non esse, inter quos etiam is erit, qui pro contrahente, uel totum, uel post pauca in chartam ab illo collocatas literas scribit, ne quid omnino de summa diligentia ac subtilitate intercidat. Atq; hæc de contractibus loquimur scriptura interueniente celebratis. Nam si quis sine scripto qualemcumq; celebrare contractum uoluerit: dubium non est, quin uel per testes, uel per delatum & præstitum iuramentum fidem accipiat, actore quidem producente testes, reo uero iuramentum uel subeunte, uel referente, prout iudex causam ordinauerit, ne uel ex his aliquid emendatione careat.

Porro illud quoq; legi apponere pulchrum fuerit, ut si intra unam auri libram contractus uerferetur, ne istiusmodi in hoc obseruatio custodiatur: sed secundum id, quod usq; adhuc in publica obtinuit, res peragatur: ne exiguis de rebus magnas homines attritiones sufferant.

Item hæc omnia in urbibus ualere uolumus. Alioqui in agris, ubi magna simplicitas est, & neq; scriptorum uel multorum testium copia est, ea, quæ hætenus apud ipsos obtinuerunt, etiamnum firma sunt. hoc enim iam in ipsis etiam testamentis, in quibus maxime laboramus, à nobis sancitum est. Obtineto autem lex ista in omnibus post hac faciendis instrumentis & contractibus. quod enim iam præterijt, cur quis lege perstringat? Hanc nobis legem controuerfarum in causis factarum apudq; nos introductarum multitudo peperit, ut quotidianas illas hominum inter se controuersias, sublata omni contentionum occasione per exquisitam legislationis subtilitatem sedaremus. Quapropter conuenit, ut ista cognoscens excellentia tua, omnibus ea subiectis manifesta faciat, tam qui hic, quàm in reliquis gentibus

sunt. Siquidem & ad alios gloriosiss. praefectos, siue qui in occidēte, siue qui in Libya, siue qui in Septentrionalibus (de eo, qui in Illvrijs est, loquimur) consistunt, eam scribemus: ut uniuersa nobis res publica lege subditorum casibus medente plena sit.

DE LIBERIS, QVOMODO EOS OPORTEAT VEL legitimos, uel naturales intelligi, & de indotatis nuptijs. Cōstit. LXXIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. Orientalium praetoriorum praefecto, iterum ex consule ordinario & patricio.



Ecce dictū est à praedecessoribus nostris, & ante omnes à sapientissimo Iuliano, quia nulla lex, neque senatusconsultū prolatum in republica Romanorum uideatur ad omnia sufficienter ab initio promulgatum, sed multa indigere correctiōe, ut ad naturae uarietate & eius machinatiōem sufficiat. Igitur de his, qui ex naturalibus ad suorum ius perueniunt, & multas, et uarias cōscripsimus leges. Ex his autem, quae à natura rerū per singula motiunt, inuenientes aliquid deesse his, quae iā statuta sunt: hoc in praesenti corrigimus.

Sancitum namque est, ut si quis habens mulierē puro sibi affectu cōsternatam, deinde filios procreauerit, & postea etiam nuptialia fecerit instrumenta, et legitimos ex ea procreauerit filios: neque hi, qui prius nati sunt, maneat naturales, sed & illi cōnumerentur suis, eo quod occasio omnino eis sit nati legitimos. sed habuit etiam ista lex correctiōem. nam quia secundi & post dotem nati mortui sunt, & ideo uolebant quidam nequaquam priores non existentibus adiuuari: & hoc emendauimus, et dedimus eis etiam sic, uel si mortui sunt hi, qui secundi fuerunt fratres, habere iura legitima. Illud quoque adijcetes (quoniam & hoc dubitatum est) ut uel si aliqui filij post dotalia non nascantur: tamen praecedentes, licet ante dotalia nati sunt, inter suos adscribi, patre quippe ad hoc sustinente. Sed & aliud quiddam tale occurrit. ex huiusmodi namque consuetudine nati filij erant aliquid: ut ille eos uolebat à nobis adiuuentum modo facere suos nuptialium cōfectione documentorum. deliberante autem hoc patre, mortua est mulier, & constitutiōis eum deseruit modus. non enim erat, ad quam oporteret nuptiale confici documentum, & filij manebant naturales inuito patre. Et quiddam etiam secundum tale exortū est apud uiros neque nobis cognitos. procreauit etenim quidam filios non legitime, & filios quidem nimis quam diligebat, & legitimos sibi fieri secundum legem uolebat. ea autem, quae sunt mulieris, non erant omnino sine peccato, neque dignam eam existimauit legitimo quodam nomine, quae etiam semetipsam iniuriauerat. sufficit enim hoc tantum dicere. Quapropter secundus iste modus est, qui filios grauat: in priori quidem post mortem matris, in secundo uero per id, quod illa peccauit. Nouimus autem & quendam tertium modum. pater namque uolebat legitimos facere filios, & ad ea, quae de dotibus à nobis sancita sunt, respiciebat. filij uero sentientes, quoniam quaedam inopinata euenissent ad matrem eorum (licet uxorem non legitimam existentem) à quodam cognato diuite: maligne simul et dolose agentes, matrem occultauerunt, ne eos facere legitimos esset patri possibile, & moriente forte matre, maternarum rerum frueretur usufructu: hoc quod patribus dat bene faciēs lex. talibus itaque resistere artibus legis est propriū subtilis, quam in plenitudine sancimus.

Si quis sane non habens filios legitimos, naturales autem tantummodo, ipsos quidem suos facere uoluerit, mulierem uero aut non habet penitus, aut quae non sine delictio sit, aut quae non appareat, habeat autem secundum quandam legem ad matrimonium praepeditam: damus ei fiduciam non uia quadam & nunc adiuuenta à nobis uia, ad legitimorum ius perducere naturales, proculdubio suis in talibus casibus non existentibus. Sic ut enim quidam à praecedentibus nos adiuuentus modus est, qui liberos ad ingenuitatem deducit, praemandans quidem eos alio quodam actu, & dans eis aureorum ius anulorum, postea uero ad ipsam deducens naturam, quae seruū & liberum ab initio non discreuit, sed liberam homines fecit prolem: sic & nos hunc modum adiuuenimus causae. & licebit id patri, ut in his, qui dudum à nobis dicti sunt, modis: uel etiam si quis alter occurrerit talis. multae namque (sicut praediximus) naturae sunt nouitates. Licet igitur (sicut praediximus) patri, si legitimam non habeat sobolem, filios restituere naturae, & antiquae ingenuitati, si ex libera ei fiat, & suos de caetero & sub potestate habere. neque enim à principio, quando sola natura sanciebat, hominis, antequam scriptae prouenerit leges, fuit quaedam differentia naturalis atque legitimi: sed antiquis parentibus antiqui filij, mox ut procedebant, fiebant legitimi. Et sicut in liberis natura quidem liberos fecit omnes, bella uero seruitutem adiuenerunt: sic etiam hinc natura quidem legitimas produxit soboles, attamen ad concupiscentiam diuersio naturales eis immiscuit. tanquam ergo similibus passioibus factis, oportet etiam medelam ex qualitatibus inueniri, illam quidem à praedecessoribus nostris, hanc uero à nobis.

Sit igitur licentia patri matrisque in priore statu delinquenti, si ex ueritate aliquid circa thorū apparuerit deliquisse (aliter namque fieri hoc in talibus casibus non permittimus: & si quaedam circumuentio est, aut non est, aut latet, aut aliquid etiam aliud fiat circa eam, aut quod prohibeat uenire ad uiam deducentē ad dotalia) etiam sic prouidere filiis, & offerre imperatori precem hoc ipsum dicentem, quia uult naturales filios suos restituere naturae, & antiquae ingenuitati, & legitimorum iuri, ut sub potestate eius consistant, nihil à legitimis filiis differentes. & hoc factum, exinde filios frui tali solatio, et neque fraudare posse patrem, & caelantes matrem, & ius legitimorum abijcere. uno enim hoc modo omnibus huiusmodi naturae excessibus & adiuuentioibus in his, qui legitimos non habent filios, medetur, ita breui solatio tantum naturae impetum corrigentes. Si uero solummodo naturalium filiorum pater, hoc quidem propter quaedam

dam fortuitas circumstantias non agat, moriens uero sub quodam praedictorum casuum scripserit in testamento, uelle sibi eos legitimos esse filios successores: damus & huius rei licentiam, supplicatibus tamen etiam sic filiis post mortem patris, & hoc dicentibus, et patris testamentum ostendentibus, & haeredibus existentibus, in quantum pater eos scripserit, & ab imperio hoc percipientibus: aut in uno, eodemque hoc, quod agitur, sit donum patris & principis, id est dicere naturae simul & legis. et hoc dicimus, nullum anteriore legitimum perimentes modum, sed etiam hunc addentes, in quibus illos accipere non licet. omnino enim suis existentibus, deinde naturalibus procreatis, aut primitus natis, nequaquam legitimosque suis eis adijcitur, nisi forsitan per constitutiones nostras, quae dotalium instrumentorum introduxerunt modum. Et nos non latuit, quia etiam adoptionis modus erat antiquus ab aliquibus ante nos imperatoribus super naturales ad legitimos transferendos non improbabili existimatus. sed aequae pietatis memoriae noster pater, & constitutio ab illo prolata, talia reprehendit. manere ergo & illa in suis terminis uolumus: quoniam casutatem diligenter considerauit, & incompetens est, quae bene exclusa sunt, rursus ad republicam reuocare. ILLVD QVOCQ; melius arbitramur, constituitere cōpetēter, quod ex plurimo causarum experimento cognouimus. Multae quidem & continuatae lites nunciatae nostrae maiestati ad opus nos deduxerunt huius legis. quia enim & antiquis promulgatum est legibus, & à nobis ipsis sunt haec eadem constituta, ut & nuptiae extra dotalia documenta ex solo affectu ualeant, & ratae sint: sed falsis contractibus, nostra ex hoc est completa respublica. nam introeuntes testes sine periculo mentientes, quia uir uocabat dominam cohaerentem, & ista illum similiter nominabat, & sic eis uerbis finguntur matrimonia non pro ueritate confecta: hoc aestimauimus oportere secundum naturales definire leges. Nouimus etenim, & castitatis sumus amatores, & hoc nostris sancimus subiectis. sed nihil est furor amoris uehementius, quem retinere philosophiae est perfecte morientis, & infilientem atque inhaerentem concupiscentiam refrenantis, ut hi, qui hoc tali detinentur, se abstineant sermone ad eas, quas amant, quae eis per blandimenta conferunt. denique in tantum etiam ante nos legislatores tales scierunt animorum affectus, ut etiam donationes cōstante matrimonio prohiberent, ut non concupiscentiae magnitudine uicti, latenter paulatim coniuges semetipsos priuarēt sua substantia. Haec ergo casta lege sancire bene se habere credidimus. In maioribus itaque dignitatibus, & quocumque usque ad nos, & senatores, et magnificētissimos illustres sunt: neque fieri haec omnino patimur, sed sit omnino & dos et antenuptialis donatio, & ad omnia, quae honestiora decet nomina. Quantum uero in militibus honestioribus, & negocijs, & omnino per fessilibus dignioribus est, si uoluerint legitime uxori copulari, & non facere nuptialia documenta: non sic quomodocumque, & sine caetela effuse, et sine probatione hoc agant: sed ueniant ad quandam orationis domum, & fateatur sanctissimae illius ecclesiae defensori. ille autem adhibens tres aut quatuor exinde reuerendissimorum clericorum, attestatiōe cōficiat declarantē, quia sub illa indictione, sub illo mense, illa die mensis, illo imperij nostri anno, consule illo, uenerunt apud eum in illam orationis domum ille & illa, & coniuncti sunt alter alteri. & huiusmodi protestatione, si quidem accipere uolunt, aut ambo conuenientes, aut alteruter eorum: & hoc agant, et subscribat ei sanctissimae ecclesiae defensor, et reliqui tres, aut quantoscumque uoluerint: non tamen minus triū literis hoc significantibus. Si uero etiam hoc illi non egerint: ille tamen talem reponat chartam uenerabilis illius ecclesiae defensor, in eiusdem sanctissimae ecclesiae archiuis (hoc est, ubi uenerabilia uasa seruantur) praedictas subscriptiones habentē: ut reconditū sit omnibus ex hoc munimen, & non aliter uideatur nuptiali eisdem affectu conuenisse, nisi tale aliquid agatur, & omnino ex literis causa testimonium habeat. His ita gestis, & nuptias, et ex eis sobolem esse legitima. Haec autem diximus, ubi non dotis, aut antenuptialis sit donationis documentum. fidem enim in solis testibus suspectam habentes, ad praesentem uenimus dispositione. Quisquis autem in abiecta deget uita, partem quidem substantiae dominus consistens, in nouissima uero uitae parte iacens: habeat etiam in his licentiam. Sed neque agricolas, aut milites armatos, quos lex caligatos appellat, hoc est uiliores & obscuriores, perferuntur, quibus ciuiliū causarum ignorantia est, & solius circa terram operatio nis, & circa bella concupiscentiae causa est studiosa, & iusta, & laudabilis. Et sicut in uilibus personis, ita & in militibus armatis obscuris, & agricolis licentia sit eis, & ex non scripto conuenire, & matrimonia celebrare inter utrosque. sintque filij legitimi, qui patrum aut mediocritate, aut militares, aut rusticas occupationes & ignorantias adiuuant. Quonia autem in interpellationibus, quae nobis fiunt, semper omnium assidue mulieres audiuius ingemiscētes, et dicentes, quia quidam earum concupiscentia detenti, ducant in domibus suis, sacra tangentes eloquia, aut in orationis domibus iurantes habituros se eas legitimas uxores, taliter eas habentes tempore multo, & forte suscipientes filios, deinde cum se fatiuerint earum desiderio, aut extra filios, aut cum filiis, eas proijcētes de suis domibus: iudicauimus etiam hoc sancendum esse, ut si mulier ostendere poterit modis legitimis, quia secundum hanc figuram uir eam acceperit domi, ut eam uxorem legitimam haberet, & filiorum legitimorum matrem: nequaquam penitus licentia esse ei hanc de domo praeter ordinē legis expellere, sed habere eam legitimam, & filios suos esse ei. & illa siquidem indotata sit, nostrae constitutionis uti bonis, quartam substantiae uiri partem percipiēs, siue expellatur, siue prius moriat uir: non perscrutantibus nobis, siue repudio utens dimittat eam, siue etiam sine hoc, neque enim uerisimile est eum mittere repudiū, qui & ipsas nuptias denegat. Sed si eam irrationabiliter expellat de domo: hoc ipsum sit aduersus uirum iusta cautio, & mulier hoc facto repudiū ei mittat, et exigat quartam, si uxor ostensa fuerit extitisse. licet extra dotem conuenit, iure iurando uiri credens. Quid enim agat aliud, quae ad dotē non est idonea, quam ut semetipsam cum omni dote cōtradat. Sit autem & soboles legitima etiam inuito patre. qui enim ad hoc nuptias fecit, & filios procreauit, ut mulier legitimorum ei filiorum fieret mater: non potest ex tali natos germine rursus ut naturales abijcere, neque quaedam post ea forte nuptias post mortem uxoris, aut repudium contrahens, eos, qui ex illis nascuntur nuptijs, uelle habere solos legitimos, nisi eis etiam illi priores fuerint copulati, quorum similiter pater est, teste existente

nuptiarum priorum quidem deo, secundarum autem lege. Eadem nobis lex pro cautela sit nuptias contrahentium promulgata. & si filij quidem ex talibus processerint nuptijs: erunt sui, & his legibus, quæ sunt de suis positæ, fruuntur. Si quid autem post hæc fiat, non tamen ex conscripta procedat copulatio ne: erit naturalis, & his, quæ à nobis largita sunt naturalibus, siue ex testamento, siue ab intestato, potitur. Eos enim, qui semel ex odibilibus nobis, & propterea quoque prohibitis nuptijs procedunt: neque naturales uocari, neque participanda eis ulla clementia est: sed sit supplicium etiam hoc patrum, ut agnoscant, quia neque quidem peccatrici concupiscentiæ eorum habebunt filij. Quæ igitur placuerunt nobis, & ad hominum medelam, & naturæ plenitudinem per hanc legem statuta sunt, tua celsitudo manifesta faciat uniuersis, programmatis propolitis, per quæ omnibus lex erit aperta, cognoscentibus, secundum quem circa talia conuersentur modum, & nostram considerantes prouidentiam, quia omni occupationi alteri eorum utilitatem præponimus.

HAEC CONSTITVTIO INTERPRETATUR PRIOREM
constitutionem, quæ de his lata est, qui ingrediuntur monasteria, & substantias suas consecrant, & ex quo ipsam tempore ualere oporteat.
Constit. LXXV.

Idem Imp. Ioanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum ex consule & patricio.



Ausa talis ad nos peruenit, quæ existimauimus oportere cõpetenti uti à nobis interpretatione simul & adiutorio. cognouimus etenim, quia mulier quædam habens filium, sibi ex nuptijs legitimis procreauit, uoluit quidem segregare se à cõmuni ista conuersatione, & in quodam mulierum monasterio cõmanere, plurima bona faciens mulieribus reuerendissimis ibidem cõgregatis. & quoniam nostræ pietatis lex uult eos, qui se monasterijs dederint, seu uiros, seu mulieres, antequam ingrediantur monasterium, eo quo uoluerint modo, quæ sua sunt, disponere, nec posse, postquam ingrediuntur monasterium, ulterius agere quicquam de proprijs, utpote domini rerum non ulterius existentes, eo quod sic fanciuerimus huiusmodi uiros & mulieres cum corpore & anima ipso ingressu ad monasterium dedicare se suasque substantias, & siquidem discesserint, manere etiam sic eorum substantias in monasterium, eo quod domini harum ulterius non existunt: hinc autem metuere, ne forte (quamuis nostra constitutio multo posterior sit, quam cum in prædictam uenerabilem domum ingressa est) aliqui prohibeant eam prospicere suo filio, & oportere propter prædictum metum hæc interpretari, & lege nostra fieri manifesta, quia nihil læsa sit, aut ipsa, aut filius eius circa eius substitutionem ex memorata constitutione. Propterea sancimus, si quis monasterium habitauerit uir aut mulier ante prædictam nostram constitutionem, aut hæcenus habitauit, & maxime filijs existentibus: nullam habere necessitatem, nunc eorum substantiam in monasterium, sed filio aut filia transmittere, aut totam, aut etiã partem suæ substantiæ, aut etiam quo uoluerit modo res suas disponere: utpote primã illam legem alia nostra hac constitutiõne interpretante (eos enim, qui se mel ante memoratam dudum nostrã legem monasteria intrauerint, in nullo posita postea lex contraria statuta, aut ablatum est his ea, quæ prius eis, ut licet, data sunt) neque prius nostræ legis impedimentum penitus faciente, eo quod neque possibile sit hoc fieri, ut oportuisset prius disponere, & ita ingredi monasterium. Si uero nulla tunc tali lege posita in monasterium ingressa est: quomodo fieri potuerit cõuerti ordinem legis, & exigere, ut qui prius ingressi sunt monasterium, illa faciant, quæ prius ignorata, postea per sacram nostram constitutionem sunt innouata, sed unumquemque cõpetit secundum sua tempora expectare ea: & quid quæ post legem sunt, ita quæ erere fieri, sicut lex uult. si quid autem ante legem subsistentia est: hoc nõ commouere, neque perferuari, sed in priori figura relinquere. Hæc igitur lex pro interpretatione utili posita sit prioris nostræ illius constitutionis, ut illa in posterioribus temporibus, ex quo facta est, locum habeat: & his, qui postea conuertentur, uiris ac mulieribus posita sit, sibi que potestate in illis custodiat, nullo horum, quæ antea fuerint, perferuando: cum licentia sit prioribus uiris ac mulieribus, qui habitauerunt, aut etiam hæcenus habitant in monasterijs, & maxime filijs existentibus, suas res quo uolunt disponere modo. Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, solenniter per programmata sua omnibus facere manifesta seruinet.

Desideratur hoc loco constitutio.

VT QUI CONTRA NATURAM LUXURIANTUR,
& per deum adiurant, item blasphemias in deum ingerunt, afficiantur supplicio.
Constit. LXXVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Constantinopolitans.



Omnibus iam hominibus, qui recte sapiunt, manifestum esse putamus, in nullam nos rem æque omnia conferre studia, aut perinde aliquid in uotis habere, quam ut qui fidei nostræ à domino deo concrediti sunt, honeste uiuant, & eius beneuolentiam demereantur: præsertim cum dei erga homines amor non interitum, sed conuersionem ac salutem uelit: & eos, qui alicubi offenderunt, deus simul atque

atque eriguntur & in uiam redeunt, suscipiat. Quæ etiã de re omnes cohortamur, ut dei timorẽ in animo concipiant, & eius implorent benignitatem. Et scimus, quod qui deum diligunt, quicquid eius præstolantur misericordiam, hoc agant. Quia uero diabolica quidam instigatione detenti, grauioribus seipos luxurijs commiserunt, & huius naturæ contraria faciunt: adhortamur & hocce, ut dei timorem & futurum iudicium in animo concipiant, & istiusmodi diabolicis & illicitis luxurijs abstineant, ne per tam impia facinora à iusta dei ira uel urbes cum suis incolis pessum ire inueniant. per sanctas enim scripturas edocemur, quod ob tam impia facinora etiam urbes unã cum hominibus perierint. Insuper quia ultra prædictos quidam execrabilia etiam uerba & iuramenta de deo proferunt, deum prouocantes ad iracundiam: consimiliter & hos admonemus, ut tam execrabilibus uerbis, & item per capillum, & caput adiurationibus, & id genus alijs uerbis abstineant. Nam si conuicia hoibus ingesta saltẽ inulta non relinquuntur: multo magis qui diuinum numẽ conuicijs incessit, dignus est, qui supplicium sustineat. Propterea igitur omnes huiusmodi cohortamur, ut præfatis delictis abstineant, & dei timorem in animum sumant, & eos, qui honeste uitam transigunt, imitentur. Propter huiusmodi enim delicta & fames, & terræ motus, & pestilentia oboriuntur. Atque hoc genus hominum propterea, ut memoratis illicitis actionibus abstineant, admonemus, ne suas ipsorum animas coniciant in interitum. Nam si post hanc nostram admonitionem istidem inhærere delictis aliqui depræhendantur: principio quidem indignos se præbunt dei erga homines amore, deinde legitimas etiam sustinebunt pœnas. Deditimus etenim gloriosiss. regis urbis præfecto negocium, ut eos, qui post hanc nostram admonitionem prædictis illicitis & impijs actionibus inhærere non dubitauerint: & comprehendant, & ultimo submittant supplicio: ne quando ex talium peccatorum contemptu, per tam impia facinora, inueniatur tam ipsa hæc ciuitas, quam tota ciuitas & res publica sustinere iniuriã. Siquidẽ & si post hanc nostrã cohortationem aliqui tales inuenientes, eos occultauerint: consimiliter & ipsi à domino deo condemnabuntur. Sed & ipse gloriosiss. præfectus, si quos tale aliquid delinquere depræhenderit, neque illis secundum leges nostras uindictam induxerit: principio quidem dei iudicio obnoxius erit, deinde uero etiam à nobis indignationem excipiet.

NE LIBERTINI DE CAETERO IURE AVREORVM
anulorum & restitutorum natalium opus habeant. Item ut dotalium instrumentorum confectio in libertinabus ipso etiam facta legitimas reddat nuptias, & suos patri filios. Si forte ea ancilla sit, ut & ipsa dotis confectio libera existat, & nuptiæ legitimæ, & ex ea progenti sui patri filij sint.
Constit. LXXVIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum ex consule & patricio.



Uim omnia nobis bona à magno illo deo perfecta sint tradita: arbitrati & ipsi sumus seruorum libertates, postquam à dominis priore fortuna liberantur, undique eis ad puritatem, & sinceritatem, ac perfectionem redigendas. Inde adeo & libertates contumelia dediticiorum liberauimus, & latinas ut imperfectas reieciimus, & iteratione: superuacuas ostendimus, & legem Iuniam SENECÆ consultum Larianum, ut & initio frustra introductum, & recte postea reiectum, odio habuimus, & solum ciuitatis Romanæ ius in libertatibus obtinere uoluimus, non locis, non ætatibus, non alio quopiam rem discernentes. Quia uero semper, quod melius & præstâtius est, circa subditos nostros consultamus, & quod ad ampliorem redactum est perfectionem, maioribus insuper augmentis accumulandum putauimus: propterea sancimus, si quis manumisso seruo aut ancilla sua, ciues eos Romanos effecerit (neque enim aliter licet) certus per hanc legem esto, quod qui libertatem accepit, continuo ram aureorum anulorum, quam restitutorum natalium ius confectaneum habeat, neque necessario id peter à maiestate imperatoria. insuper neque ulla omnino scrupulositate indigebit, sed uigore libertatis uno eodemque tempore omnia hæc prouenient: hæc nostra legislatione ex præfenti die incohanda. Neque enim eorum aliquid, quæ ante facta sunt, curiosius persequimur. Confirmamus igitur quæcumque præcesserunt, ut quibus quæque temporibus gesta sunt, ipsi etiam ualeant. Atque hoc quidem, ut ita se habeat, sancimus.
x iij Statuimus

Statuimus autem & illud insuper, ne qua in re post hanc nostram legem patronatus in ea, quæ nos sanciuimus, in quibus omnino personis ea reseruauimus, oblatantur: nisi qui libertatem donauit, his quoque libertum absoluerit, aut per fidem commissam hoc relinquens, aut in ipsa libertate hoc adiciens. Nam si hoc dederit: omnino ad libertatem deductus iure etiam patronatus absoluitur, eo quod ille hoc ita præceperit. habent igitur omnia hæc illi, qui libertate dignati sunt.

Exhibent igitur præterea & post hanc nostram constitutionem his, qui ad talem ipsos honorem produxerint, omnem reuerentiam & (ut uocant) obsequium, & attributum illis à legibus honorem. Porro & manibus abstinento, & insidijs, & alijs, ex quibus libertini, qui tale quid peragunt, secundum leges de hoc conscriptas reuocationem in seruitutem sustinent, & priori restituntur fortunæ. Nam si neminem omnino circa eum, qui donationes obtulit, ingratum esse permittimus, tamen ex nobilissimis & maxime ingenuis sit, sed donationes in nostris iussibus irritas effecimus: quomodo sustineamus, ut patronus, qui se circa libertum perinde, ut pater erga filium gerit, ab illo quidquam improbi patiat: aut ut atroces ille & indecentes forte iniurias, uel uerbera, uel ingens & intolerabile dispendium patrono admo-ueat. Quin si quid horum legitimis se probationibus passum coarguat, qui libertatem dedit, aut etiam eius filij: post dictas redargutiones libertinum pristinae formæ & conditioni redemus: simul ipsa nominum scrupulositate & exinde proueniens damno in uniuersum omnes liberantes, simul æquabile ius (ut legislatore dignum & deo placidum est) undique tam liberti, quam ueteri domino cõseruantes.

Quapropter sunt & ipsi libertini ingenui, siue iam ante libertate donati (si quidem expressis uerbis hoc eis elargitum fuit) siue post hanc nostram legem in liberorum numerum peruenturi sunt: & ingenui iam facti, ut ingenui uitam colunt, & debitum patroni honorem reddunt, ne rursus ut indeuoti & de ingratitude conuicti, & à lege condemnati, tam libertate, quam ingenuitate excidant. Erunt enim perpetuo eo pacto liberi & ingenui, si patroni eorumque filij undique defecata illimemque & liberali reuerentiæ ac deuotionem exhibuerint: quibus sanè obseruatis, nunquam in pristinam relabentur fortunam.

C A E T E R V M si quis libertinam ducere, & legitimam facere uxorem uoluerit: is, cuiuscumque dignitatis sit, nuptialia iustriumenta composito (hanc enim solam obseruationem post libertatem requiritur) & sunt tam præcedentes filij, quam post dotalia instrumenta nati, liberi & ingenui & legitimi patri successores, petitione aureorum anulorum & iure restitutorum natalium liberati, & nullam penitus differentiam ad reliqua ingenuorum matrimonia habentes. materna enim libertas & nuptiale insuper instrumentum sobolem & liberam, & ingenuam, & patri successore demõstrabit. Atque ita & rebus & ipsa ueritate toti integritate erimus. Unde & si cui ex muliere ancilla nascantur filij, uel itaque ille postmodum uxorem manumittere, & dotalia instrumenta componere: unam cum dotalium instrumentorum scriptione filijs quoque libertatis simul & ingenuitatis ius competet: non requiritur nobis specialem in filijs manumissionem, ut uel unam cum matre manumittantur, uel etiam post matrem, aut etiam ante ipsam forte libertate percipiant: sed protinus à conscriptione instrumentorum ipsis quoque libertate largimur. Quod enim maius de se libertatis filiorum signum pater dederit, quam si uxore liberam simul & legitimam ipsa nuptialium instrumentorum descriptione ostendat. Deinde si miles, relicto alicui seruatorum suorum legato, ipsa legati datione uidetur & libertatem dare: quomodo non multo magis pater, si nuptiale instrumentum conscripserit, habebit ex hoc ipso uel solo & liberos & legitimos successores. Neque aliquis putauerit uoluisse eum, filiorum quidem matrem legitimam esse, & ob nihili uoluptatem tanto donare munere: suos uero filios ex ipsa procreatos seminibus, etiamnum in seruitute relinquere.

Hæc nos similiter tam de patronis, quam libertis sanximus. nisi enim prædicta patronis reseruemus, segniores fortasse homines circa præstandam libertatem reddiduri sumus. omni autem studio enititur, ut libertates obtineant, & ualeant, & in nostra floreant uigeantque republica. Siquidem hac cupiditate adducti, & in Libya, & in Italia, simul pro reuera deum religione, simul pro subditorum libertate, tot tantaque bella suscepimus. Neque insolens aliquid aut peregrinum ea re facimus, sed præstantis. quosque ante nos imperatores imitamur. Quemadmodum enim Antoninus ille, qui ex pietate cognomen habuit, à quo & ad nos quoque hæc appellatio deuenit, ius ciuitatis Romanæ, quod antea separatim à singulis petebatur subditis, & ita ex peregrinis (ut uocabantur) eos ad Romani generis nobilitatem deducebat, in commune omnibus donauit subditis: & Theodosius iunior post Constantinum magnum huius sacræ urbis conditorem, ius liberorum, quod prius petebatur, subditis concessit in commune: ita & nos hoc illud restitutorum natalium & aureorum anulorum ius, quod singulis antea petentibus dabatur, & dispendiorum cau-

sam

sam præbebat, & longa scrupulositate ipsaque patronorum autoritate indigebat, exinde cõsistenter omnibus subditis concedimus. Restituimus enim deinceps eos, qui ingenuitate digni sunt, non iam singulatim, sed omnes ordine, quicunque à dominis suis libertate digni habentur, ut & hanc late patentem & generalem largitate subditis nostris apponamus. Quæcumque igitur pro nostra erga subditos benignitate nostræ placuerunt potentia, ea perdiscens excellentia tua, per propria programmata subditis nostris manifesta facito, tam hic in alma hac urbe, quam in prouincijs: ut intelligant, quod singulatim subditorum nostrorum curam geramus, sancientes, quæ ad illorum tendunt utilitatem. Obtinebit autem lex in omnibus deinceps & post ipsam proueniens casibus. neque enim quod legem anteuertit, curiosius persequimur.

APVD QVOS OPORTEAT LITIGARE MONACHOS & ASCETRIAS. Constit. LXXIX.

Imp. IVSTINIANVS A. Memne archiepiscopo Constantinopolitano, & uniuersi eius tractus patriarchæ.



Em cognoscentes non rectam fieri in hac regia ciuitate, cõmuni lege existimauimus hoc mederi: inchoantes quidem ab hac felicissima ciuitate, in omni uero loco ea, quæ subiecta sunt, discedentes. Quidam enim uolentes corrumpere orthodoxæ fidei honestatem, siquidem licet habuerint quasi cum monachis aut ascetris, ciuiles iudices interpellant. at illi mittunt exsecutores præsumptores accedere intra loca sancta, & monachos trahere, atque monachos, uel ascetrias inquietare forsitan eas, quæ non uidentur, & hinc iniuriam & confusio-nem non paruam adorabilibus fieri locis. Propterea igitur sancimus, si quis quamcumque habuerit causam cum aliquo uenerabilibus sanctimonialibus, aut sacris uirginibus, aut mulieribus omnino in monasterijs consistentibus: deo amabilem ciuitatis illius episcopum interpellat. Ille uero mittat, & cum oibonestate, quæ sunt de personarum præsentia disponat: siue oportet per abbates, siue per respectuales, siue per alios quoslibet hoc fieri. ipse uero cum omni ueneratione sacerdotali causam examinet & iudicet, & ciuiles non sint penitus eius iudices, neque confundant eorum honestatem: cum idonei sint deo amabiles singularum ciuitatum episcopi. & quæ de lite sunt, & de cautela iudiciorum disponere, & iudicare honeste atque sacerdotaliter, & secundum leges nostras et sacratissimas regulas. sic enim & qui aliquam rationem nem habere putantur, merebuntur iusticiam, & honestas sacratorum inuolata integratque seruabitur.

Cõmunis igitur sit lex, habeatque custodia à gloriosissimis præfectis, qui per cunctas existunt dioceses (& Illyrici dicimus, & Libyæ Italiæque, et orientis totius) & à gloriosissimis præfectis utriusque Romanæ, & magnificentiissimo prætorum populorum, et iudicibus gentium, eorumque officijs, & nulla eis fiat omnino corruptio, sed integra ad honorem reuerentissimorum monachorum custodiatur. hæc autem etiã tua beatitudo cognosces, & ipsa custodiat in hac felicis ciuitate, & eius cõsinijs. utatur autem ad deo amabiles ciuitatum metropolitanos, quorum ipse suscepisti ordinationem, proponens proprijs literis hanc nostram sacram legem. uerum illi sub se constitutis episcopis hæc nuncient, ut ex paucis literis una contentio legis ad omnem perueniat ditionem. Sed etiam accelerari lites sancimus monachis illibatis, ut non mens eorum occupetur circa lites sollicitudinem, sed uelociter liberati sacris operibus obsecudent. Sciant igitur, qui præter hæc aliquid egerint: si quidem iudex sit, qui talem proferre sententiam præsumpserit: quod ab administratione repellat tanquam diuinitati cõtumeliam faciès, & poena decem librarum auri unam cum officio suo multabitur, sacratissimo nostro danda ærario, exsecutores, aut præsumptores offerre omnino admonitionem, ab ipsis deo amabilibus episcopis prohibeantur, & retrudantur in locis, quæ decanica nuncupant: poenas competentes passuri, exactio-nem nullam de cetero agere permittendi. Hac uale lente lege si quis cum aliquo reuerentissimorum monachorum, aut uirginum, aut mulierum omnino sacrarum, & in uenerabilibus monasterijs habitantium habuerit causam. De clericis etenim & ordine conuentionis eorum iam leges conscripsimus, quas ualere, & firmas esse omni uolumus modo. Scriptum exemplar uiro clarissimo Ioanni præfecto sacrorum orientis prætorio, iterum ex consule ordinario & patricio. Scriptum exemplar Basilidi gloriosissimo magistro sacrorum officiorum. Scriptum exemplar Longino gloriosissimo præfecto urbi.

DE QVAESTORE. Constit. LXXX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosissimo sacrorum prætoriorum præfecto, iterum ex consule & patricio.



Emper summa cum prouidentia (dei suppetente auxilio) eò incumbimus, ut subditos per eius erga homines benignitatem nobis traditos ab omni læsione immunes conseruemus. Per hanc igitur causam & leges proferimus, in quibus maximo opere iusticia nobis curæ est: & quod paulatim lapsui proximum est, restitaurare studemus: & insuper magistratus excogitamus, qui coerceret id, quod parum

parum uenisse sit, ad moderatiorem & breuiorem numerum delicta redigunt. Cuius generis sanè quiddam in ampla hac urbe cum Prætoris plebeio fecimus, ex ipsa rerum experientia omnibus, qui regiam hanc nostram urbem incolunt, longe utilissimum comprobatum.

Atq; inde experimento sumpto, aliud præterea quiddam medela indigenis cōmunicandū & inueniendū, lege iuxta ac imperio dignū putauimus. Depræhendimus enim paulatim prouincias quidem suis denudari incolis, amplam uero hanc urbem nostram incondita diuersorum hominum multitudine perturbari, & maxime agrorum, qui urbes suas & agricolati onem relinquunt. Hæc nos ut & ad præsentem legem, & magistratū nunc ferme primū à nobis de nouo designatum conuerteremus oculos, effecerunt: cui non dubitamus & ex publico assignare annonam, & sufficientem insuper cohortem conistituere, & ex munere neglegenter obito irrogare periculum.

Magistratui certe, & ei, qui hūc suscipit, Quæstoris nomē imponimus. Ita enim sanè & qui hunc initio magistratum inuenerunt (loquimur autem de remotis, & uetustissimis tēporibus) quasi inquisitores illos, qui ad hūc ordinē & dignitatis gradum progredierentur, appellauit.

Volumus autem, ut qui hunc magistratum gerit, respiciens ad deum simul, & timorē nostri, & legem, perquirat eos, qui in ampla hac urbe peregre diuersantur, ex quacūq; randē regione sint, siue uiri, siue mulieres, siue clerici, siue monachi, siue ascetrix, siue exterarum urbium aduocati, siue etiam alterius cōditionis aut dignitatis hoīes existāt: & curiosus insistant perconteturq; & qui sint, & unde, & per quā causā aduenerint.

Et si quidem agricolæ sint: consideret, ad quos ex nostris magistratibus illorū pertineant controuersia: & his imminet, quomagis & sub compendio breuiterq; illos difficultatibus, quas prōpter huc aduenerunt, liberent, & obtento iure suo, primo quoq; tempore eō remittant, unde uenerunt. Si uero agricolæ existāt, qui certis subditi sunt dominis, & eorum indigentes præsidio ad hanc regiam urbem deuenērūt: procuret, ut citius domini negocia ipsis expediant, quæ prōpter accesserunt, & protinus obtento iure suo remittant. Si uero (ut probabile est) cum dominis in disceptationem peruenerint, & contra eos causas agant: siquidē uniuersitas sit: continuo eam quidem multitudinem in prouinciam remittat, duobus aut tribus relictis, qui forma syndici & totius uniuersitatis nomine litem exerceant. atq; ita litis cognitio imminet, procuretq; ut q̄ primum controuersias decidat, ne in longum ipsis tempus protrahantur, & maxime agricolis, quorum & præsentia hic superuacua est, & uacatio ab opere rustico tam ipsis, q̄ dominis damnum importat.

Quod si non ex agricolis ea multitudo sit, quæ peregre hic diuersatur, sed alij forte, qui & ipsi pertractandis aduersus alios litibus longiorem hic moram trahant: ne quid relaxet, sed cum summa contentione iudices urgeat, ut cum festinatione ipsos controuersijs absoluant, & causarum actione liberatos ad prouincias & suas urbes incolendas remittant.

Si uero cum sæpenumero ad hoc à nobis institutus magistratus uel litis cognitorem, uel agrorum dominos interpellet, ut litigantes aut hic desidentes liberent, ipsi hoc distulerint, neq; illos q̄ primum uel à lite uel ab hac desidia absoluerint: tunc qui in hunc à nobis magistratum promotus est, litigantes & pro iure aliquo conuenientes dominos suos, neq; id obtinentes, ipse apud se producat, & examinet: & breuiter ipsos compositis, quamobrem amplæ huic urbi assident, ad patrias sedes, aut ea omnino loca, unde aduenerūt, illos remittat: oī in hoc priuilegio & fori præscriptione sublata. At si qui litis causam nō habentes, tantū cōparandi uictus gratia in hac nostra sunt ciuitate, ut reliquum uitæ uel emendicādo, uel si mendicitas ad illorum auiditates non sufficiat, iam etiam delinquendo transigant: corporum eorum constitutionem, qualis ea sit, inspiciat. & siquidē ualentibus sint corporibus, possintq; ad laborem sufficere, & aliquorum serui fuerint: perdisceat, quorum sint, & uel inuitos ipsos dominis remittat. Si conditione liberi sint, & uel ex prouincijs aliquibus, uel urbibus oriundi: hos in prouincias remittat, unde ducūt originē.

Si indigenæ sint, & ualidis utantur corporibus, neq; decentem occasionem habeāt, unde sibi uictum parent: non permittat, ut inutile terræ pondus sint, sed primo quoq; tempore in ministerium tradat eos artificibus publicorum operum, tam qui officinis pistorijs præfecti sunt, quàm qui hortos colunt, & alijs diuersis artificijs & opificijs, in quibus simul laborare, simul alimenta habere ualeant, & ita inermem uitam ad meliora traducere.

Si qui uero opificijs, quibus traditi sunt, uacare noluerint: hos regia hac urbe expellat. Ac clementer sanè cū ipsi agentes, ista sancimus: ne quādo inerti ocio ad illicitas ipsos actiones impellente, leges eos abripiāt ad pœnas, tradentes nostris magistratibus.

Cæterū qui quæuis oblati sunt corpore, aut canicie graues: hi ut à molestia uacui sint, iubemus, in præstanti hac regia urbe ab his alēdi, qui pie uolūt agere. Et postremo singulos q̄q; percontans, cuius gratia aduenerint, re comper

re cōperta, de illis quæ æquū est facere, faciat: ne inertes hic desideant, sed ex animi sui sententiā confectis his, quæ illorū intersunt, ad sedes suas reuertantur.

Præterea si qui uel in hac habitantium ciuitate, uel extrinsecus aduenientiū, conquerantur de aliquibus, quod per causam forte consuetudinum (ut uocant) uel aliarum exinde prouenientiū iniuriarum ab ipsis affecti sint dispendijs, dicantq; ipsos uel nostras de his trāsgressos esse leges, uel citra iussionē magistratuum obrulisse citationem: exacte perquirat, cuius dignitatis aut militiæ sint, & sub quo censeantur magistratu, qui talia deliquerint: simulq; eos compræhēdat, simul postq; de facto constiterit, interminatas à legibus nostris pœnas exigat, nullo competentium magistratum aliquid hæc cōtra facere, & hōice adserere queunt: & tam iniuria oppressos illætos tueatur, recipientes ea, quæ cōtra legis præscriptū extorta fuerūt, q̄ etiā pœnas insuper à nostris definitas cōstitutionibus exigat, & ea, quæ illas concernunt, ad nos referat, præstandas utiq; ubi nobis uisum erit.

Ad hæc autem & ea, quæ de falso querelam, siue (ut uulgo uocāt) plastographiam recipiunt, in quocūq; randem negocio, requirat: & eo nomine delatos cōpræhēdat, & post inscriptionē & probationes expeditas afficiat supplicio. Nam & istiusmodi notionis ei potestatem facimus. Verum si quis talibus oppressus iniurijs, magistratū ea per præsentem à nobis legem designato denunciari, neq; iustam impetrauerit prouidentiam, ut ad nos etiam, siue qui unquā imperij rebus præfuerit, ista renunciare & suggerere compellatur: certo sciat is, qui hunc magistratum suscepit, quod ei, qui per eius socordiam male acceptus est, ipse de suo ea, quæ illū à delinquēte per ipsū sumere oportebat, restituet: ultra hoc, quod maiore etiam indignationem nostram experietur, & merito, cum iussiones nostras trāsgredi ausus fuerit.

Enim uero perpetuō & omniū maxime hanc rē studio habebit is, qui hūc magistratū gerit, ut puris omnia manibus cōficiat, neq; apparitores habeat sordidos, aut turpi quæstui deditos: sed tā ipse magistratū sinceriter & ingenue administret, quàm si quid eiusmodi ab apparitoribus suis delictū reperiat: persequatur id pœna, & præcipue ex eo constantiam temperantiamq; suam ostendat. Propterea enim & decem auri libras ipsi in sumptum decernimus, item eius adfessori solidos centum, & his, qui ipsi apparituras faciunt, per causam sumptus trecentorum triginta solidorum annonas præbemus (quorum etiam descriptionē huic legi subdi iussimus) ut largitate fiscali cōtenti, alienis abstineant. Ita summopere & in dei & in nostram gratiam insinuabunt: & tam cælesti, q̄ nostra prouidentia perferentur: & administrationis negocia facilius, magisq; ex legū uoluntate expedient. Damus autem ei, qui hunc magistratum gerit, facultatem, ut & magistratibus obstrepat, & ad nos referat, & per se quoq; agat conuenientia: neq; imbecillitatem, aut aliud quidquā omnino causetur, quominus nostro de se iudicio respondere uideatur.

Consimiliter illi damus licentiam, ut ad prouinciarum præfides publicis utatur epistolis, quomagis à se emissos & ociose illic degentes, in suas sedes remittat, legitimū quoq; auxilium (si quo indigeant) percepturos.

In illam etiam rem maxime prouidentia accōmodet, ne (ut sæpe) quod absq; causa hic nidulantes, & ab ipso ablegati, denuo regrediātur: iterū ab ipsdem inturbetur, & reuersi nouorum illi negociorū ansam præbeant. Nam si rursus in ampla hac urbe absq; causa nidulati eos, qui semel absoluti, & in suam prouinciam dimissi sunt, depræhēdat: decentis his etiam castigationem irrogabit, & cum maiore denuo asperitate remittet. Ita nobis & exteræ urbes incolentur, & ampla hæc urbs confusione liberabitur.

Sed & si aliquos de cohorte sua uisum illi sit in ultramarinis nauū stationibus collocare, qui & extrinsecus aduenientes interpellent, & suscipientes hinc destinatos in prouincias emittant: peraget hoc quoq; per omnia reipublicæ commodum captans. Hæc omnia sancimus, gerentes curam nostrorum subditorum, ne quando patrijs sedibus relictis, misere hic affligantur, & forte moriantur suis orbati, neq; paternis potiti sepulturis: cum & ipsi, qui ante nos leges tulerunt, institueruntq; respublikas, non leuiter ea res studio sit habita: sed & cōtra ignauā quædā constituta fuerit actio, & quidquid in urbe peregrinum esset, accuratius peruestigauerint. Et neq; nouum, neq; maioribus insolitum hoc genus studij est, sed honestum, & uetustum: quod tamen per socordiam, quæ uniuersas res oblat, medio tempore neglectū, ne paulatim intercideret & penitus interiret, in magno fuit periculo, donec nos depræhēnsa eius utilitate & cōmoditate, denuo ipsum in reipublicā reduximus.

Quemadmodū uero uolumus, ut tam ipse, q̄ cohors eius munerū abstinentissimus sit, & nihil extra deputata à nobis accipiat: ita & ut à dispendijs conseruentur immunes, iubemus: & neq; occasione codicillorum, neq; per occasionem annonarū, neq; alia quacūq; de causa, uel in sacro nostro palatio, uel in iudicio excellentiæ tuæ, codicillorum aut iussionum nomine quidq; præstent, uel nunc, uel in sequenti tempore, uel præfectis men

fae excellentiæ tuæ titulo ammonarum, quæ per eos tum ipsi, tum adfessori, tum cohorti eius erogantur, sed ex omni parte pura illis conferuentur, quæ ex nostra collata sunt liberalitate. Satis enim magnam decentemq; apud omnes inibit gratiam, si genuina magistratus gubernatione maxime omnibus se utilè præbeat. Quæ igitur potentiæ nostræ placuerunt, ea cognoscens excellentia tua, oia ad effectû perducere studeto, amplectitorq; nostrâ prouidētiâ, & quia nouû magistratû apposuimus, & quia absq; præsumptione tēporis semper subditorû nostrorum curam gerimus.

CONSTITVTIO, QVAE PER DIGNITATES ET EPISCO-
pale munus filios liberat potestate patria. Constit. LXXXI.

Imp. IVSTINIANVS A. facto regis urbis senati.

Siquid ad utilitatem & decus traditæ nobis à deo spectat reipublicæ, id semper cū summa animi alacritate studemus ad effectû deducere. Inde adeo & iam antea legem de gloriosiss. nostris patricijs conscripsimus, quæ datione dignitatis ostenderet eos patria liberatos esse potestate. Indecorum enim esse putauimus, ut hi sub alterius degant potestate, quos in loco nos parentû ducimus. Nam si actus emancipationis, qui olim sub legis actione (ut uocant) constituebatur, uel cum contumelijs & alapis (quæ hoc loco desunt, ea per imprudentiā ommissa, neq; inuito animaduersa, sequentibus deinde aliquot chartis iā exactis, quia nō poterunt inseri, necessario in finem & notas recogniti operis receimus, ubi uide.) familias hinc honoribus aut magistratibus fruitur, quas ante enumerauimus, siue etiam postea fruiturus est: consequitur omnes hosce potestatis suæ ius: quod illis & peculium largiatur, & plenam arbitrij libertatem tribuat, ut & hōnore, & imperiali de ipsis iudicio digna faciant. Ita em̄ patribus maiori ea res laudi erit, & magnâ eis læticiæ ansam præbebit. Sed & illud insuper lege statuimus, ne istiusmodi suæ potestatis iura cōsimilia largiantur, atq; alia, quæ per emancipationes proueniunt: sed imperatoria maiestas per huiusmodi suæ potestatis iura eximium quoddam munus præbeat. Neq; enim uolumus, ut qui eo modo paterfamilias factus est, aut sit, aliquid legitimi iuris amittat: sed tam familiæ ad ipsos, q̄ ipsi ad familiam legitima simul & naturalia iura intacta sunt: & filij eorum post auorû mortem in ipsorum potestate recidunt haud aliter, q̄ si horum patres morte suorum parentû, non autem ex præsententi forte lege patres familiarum facti essent, & merito filios suos post mortem suorum parentum in potestate haberent: ut in nullo ea, quæ à maiestate proueniunt imperatoria, aliquid ipsis uideantur adimere: cum quidquid siue à deo, siue à maiestate imperatoria deû imitante hominibus accedit, bonum sit, & deat esse mansurum, & omnis malicie & demerunionis extraneum. Palam uero est, neminem existere, qui ignoret, præ omnibus utiq; religiosis. etiam episcopis unâ cum ordinatione suæ potestatis ius accedere. Nam qui omnium spiritales patres sunt, quomodo aliorum adhuc potestati subditi sint? Sed conuenit ipsos quoq; tali honore perfrui, atq; hunc ex legislatione hac nostrâ fructum percipere. Quæ igitur nobis ad reuerentiam honoremq; uestrum, amplissimi patres, placuerunt: ea in perpetuum uolumus, tum ad ornatum uestrum, tum ad largitatem nostrâ, quam patribus nostris, consulibus, & sacerdotibus contulimus, demonstrandam, nostræ decus addere reipublicæ.

DE IUDICIBVS, ET NE CVM IUREIVRANDO
deligantur. Et ut iudicis modis omnibus appellationes suscipiant. Itē ne iudicis sacra
alici formæ, quæ litæ pendente facta sit de hoc, quomodo litæ decidi
oporteat, attendant. Constit. LXXXII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. prætoriorum Orientis
præfecto, iterum ex consule & patricio.

Scripta est à Zenone pietiss. principe constitutio de iudicum ordine, quæ cum multas successu temporum mutationes suscepit: tandem eò deuenit, ut paulatim fermè in totû defecerit. Siquidem pedanei & inferioris subbellij iudices, qui in ea descripti sunt, ad unû oēs hanc humanâ deseruerunt uitam: & multa illic determinata iura silentio sunt tradita, neq; certam obtinuerunt memoriâ, sed ipse

ipse rerum usus, simulatq; hæc suscepit, penitus in aliam formam traduxit. Nos igitur omnino cōsulam cernentes iudicum formam: lege hæc determinanda existimauimus, quæ negocijs decentem imponat ordinem. Neq; enim ex usu fore existimauimus, ut aliqui iudicum nomen gestent, qui & legum maxime sunt imperiti, neq; ullû in rebus gerendis obtinēt usum. Nam nostris magistratibus omnino ad manum sunt & adfessores, qui legum placita explicant, & illorum suppleant occupationes: quandoquidem multis undiq; curis, quas circa nos sustinent, impliciti, merito iudicarias partes adfessorum suorum suppleant præsentia. At uero, qui neq; magistratum gerunt, neq; nobis in ministerio sunt, si utiq; iuris peritiam nō habeant, sed aliunde emendent recte iudicandi formulam: quomodo non maximâ ea res labè reipublicæ inferat, si disceptandarum litium potestatem non his tradamus, qui per se sciunt, quid factu opus sit, sed sinamus ipsos alios quærere, à quibus liceat perdiscere, quæ in iudicando eos proloqui oporteat. Hæc merito ad præsentem nos legem excitarunt, subditorû nostrorum gerentes curam, uolentesq; ut litium causæ ipsis expedite simul & facile & absq; omni dilatione dirimantur. Veterem igitur illam formam constitutionis Zenonis pietiss. principis, quæ cuiq; iudicio certos adsignauit iudices, in uniuersum tollimus. Deligere autem uobis uisum est iudices, qui ex omni parte rerum præclare gestarum testimonium habeant, qui quidem generales omnium iudices futuri sint. utpote ex omnibus undiq; partibus (quod quidem tam dictû, q̄ factum est) à nobis delecti iudices, spectabilis uir Anatolius, qui simul atq; aduocatiōis laborib; destitit, inter spectabiles patronos fisci collocatus est, & clariss. uir Flauianus, qui fisci nunc patronus existit, & insuper Alexander, Stephanus, & Mennas eloquentiss. aduocati & pedanei fori tui. Alexander quoq; alter (didicimus autem & illum in iudicio gloriosiss. magistri factorû officiorû pedaneum esse) & tres deinceps alij aduocati fori tui Daniel, Victor & Theodorus ex Cyzico. Atq; ex aduocatis hi quidē iudices præferuntur.

Quia uero cōueniens est, ut etiâ maiores quidâ inter iudices sint, qui & dignitate præcellant, & multarum insuper rerum experientia ac longæua maximorû magistratuum tractatione, uel horum multitudine exercitati sint, neq; non pietati nostræ cōstantissime deseruerint: propterea uisum nobis est in cœtû nostrorum allegere iudicû ex ipsis etiam gloriosiss. patricijs. gloriosiss. uirum Platonem, qui longum tempus in præfectura urbicaria consumpsit, inq; illum thronû bis conscendit: Victorem item gloriosiss. uirum, qui & ipse tam in magna Græcia, q̄ in splendida Alexandrensi ciuitate præsidem præfectumq; egit, & insuper urbicariæ præfecturæ præfuit, neq; à legû doctrina abhorrens: gloriosiss. deniq; uirum Phocam, quem & thronus tuus nouit magna cum laude sibi præfectum, & legali insuper disciplina instructû, præterq; hos Marcellum quoq; magnificentiss. uirum: & eum, qui nobis semper præfô est, & ob admirabilem legum obseruationem ab omnibus penè, qui nos adeunt, experitur, & in adfessorem assumitur, ut qui summa cum laude placita legum possit disponere (de Appione spectabili uiro loquimur) qui & fisci patronus fuit, & alijs quoq; bono testimonio cum ab alijs, tû etiam à nobis ipsis dignatus est. Hos igitur post nostros magistratus iudices esse uolumus: his nos ipsi omnes controuersias (prout nobis uisum erit) dabimus. Siquis etiam nostrorum iudicum causas delegare uoluerit: hi cæ à nobis definitis pedaneis eas committet, & præterea nemini omnino, nisi certam causæ partem committat suis adfessoribus, ipse de toto negotio sententiâ prolaturus. Sedebunt aut̄ hi ipsi pedanei sub porticu regia, in quibus etiâ nunc cellulis iudicant, continue à summo statim diluculo usq; in uestertinum crepusculum. Accommodabuntq; audientiam causis non tantû post hanc legem apud ipsos mouendis, sed etiam alijs, quæ uetere forma agitari cœptæ, nunc à nobis ad ipsos transferri iussæ sunt. Illo custodiendo, ut si à pedaneis seu gloriosiss. uiris causæ per prouocationem suspendantur, siquidem à nobis ipsis & seorsim delegatæ sint: hæc pro quantitate aut communiter apud gloriosiss. iudicis nostros examinentur, aut alijs secundum consuetudinem sacrarum consultationum delegentur. aut si qui forte ex gloriosiss. nostris magistratibus causas ipsis delegarint: ad eos, qui audientiâ his commiserunt, appellatio deueniet, & prædicto modo ab illis denuo huiusmodi iudicabuntur. Præbebût uero omnino causæ usq; ad trecentos surgenti solidos audientiâ, idq; in forma annotationis. ita enim citius causæ iudicabuntur, & litigatores cognitionum ambagibus & longa liberabuntur mora temporis. Illud constat, quod tametsi per annotationē causis accommodabunt audientiam: nihilominus terminû illis adsignabunt in scriptis, qui ipsorum exprimat sententiâ: nulli penitus ab his appellandi sublata copia, nisi tercio aliquis prouocare uoluerit, aut per cōrumaciam se absentet. istiusmodi enim ratio quoq; appellationû sublata est. Cæterum appellationes à pedaneis huius amplæ urbis ad iudices in cursu factas

talium dierum non ultra duorum mensium spacium habere uolumus, post quos necesse sit fatales dies suum incohare cursum: nullum in his locum habente reparatione, ut in legibus appellatur. Nemine audente in sportulis & iudiciorum sumptibus modum à nobis statutum excedere, sed omnibus intra hunc consistentibus, & pœnam metuentibus, quam sacra nostra de talibus definiuit cōstitutio. His, qui lites præparât, eadē forma militiæ existentibus, ut hætenus definitum est: unoquoq; iudice duobus utente amanuensibus, & duobus, qui lites præparent & introducât: nequeantibus ipsis pluribus apparere iudicibus, q̄ omnino duobus. Atq; hi per omnia fideles & probati sint, ne quid ab ipsis delinquantur, aut prodatur, aut conficiatur dolo: sed periculo cohortium, scholarum, aut scriniorum sint, quæ illos deligunt simul & huic ministerio adhibent: & quamuis ab ijs aliquid offendatur, proueniens inde periculum ad eos, qui istos designarunt, deuoluetur, qui omne damnum per illorum causam illatum damno ab illis affectis resarcient. Necesse est habentibus comperentibus magistratibus, si de ea re interpellationem patiantur, procurare modis omnibus, ut qui ex suis cohortibus, scholis, aut scrinijs apparitores designarunt, inde etiam emergens damnum oblatio resarciant. Quod si iudex aliquid improbe & maliciose quenc̄q; ministrorū suorum agere senserit: expellat auditorio suo eos, qui non bonam habent in gerendis rebus opinionem, & alios in illorū locum sufficiat, iudicio & designatione eorum, quibus (ut diximus) eius rei periculū imminet. Si quis uero ex gloriosiss. seu selectiss. nostris iudicibus quacūq; de causa iudicis officio desistat: haud aliter in eius audientiā alius succedet, q̄ nos iudicium nostrū interponentes, alteri pro illo causarum examinationem commiserimus. Porro ne circa hæc laborem pedanei nostri gratis sustineant: sancimus, ut in unaquaq; causa, quæ apud ipsos agitur, tamen si ex sacro delegata sit palatio, binos ab utraq; parte aureos sub contestationem litis, binos item alteros sub finem controuersie accipiant, ultra hæc uero nihil (id quod etiam decessores nostri determinarunt) sed his contenti sint, & quidem solis: priuilegijs uidelicet, quæ nonnullis ad litium expensas minuendas suppetunt, omnibus in suo ordine illibatis conseruandis. Hæc autem de his causis loquimur, quæ centum aureorum quantitatem excedunt. Nam si causarum modus ad eam summam steterit: nihil ipsos iudicialium sportularum nomine exigere uolumus. qualemcūq; enim summā ex tam exigua quantitate aliquis decerpserit, multo sanè maxima uictoria parte hominē ita labefactata re familiari præditū is fraudauerit. Neq; intra hos tantummodo terminos consistimus, sed etiam de nostro eis largimur. Volumus enim, ut à mensa excellentiæ tuæ quisq; pro se binas auti libras auferat, hisq; contentus sit & quidem solis. sed & à capiendis muneribus alieniss. sint, & omne aurum contemnant. Propterea enim fiscum onerare instituimus dispendijs, ut & ipsorum quisq; tam nostra largitate, q̄ quaternis aureis contentus, deo simul & nobis ac legi puras conseruet manus, repetens in animo, quæ à prioribus legumlatoribus de his promulgata sunt. Ut autem omni modo iudices rationem expensarū perpendant, quia præclare hoc Zenonis quoq; pientiss. principis scitum constituit, neq; nos in partem id nostrarū dispositionū dedignamur assumere: maneto & hoc in eadem nunc forma custodiendū: illo solo in super appposito, ut si iudex uictori iuramentum de expensis deferat, ad quantitatem scilicet, quæ moderata illi uidetur, quam leges taxationem uocant, deinde ille ita deierauerit: ne licentiam iudex habeat in minorem summam, q̄ deieratum est, cōdemnare: neq; humanior uideri uelit, q̄ lex, quæ ista constituit. Cæterum si propter controuersie forte uarietatem, nequam illi partem rationi expensarum subdere uisum sit: determinet hoc ipsum in sententia. Omnibus alijs, quæ uel de appellatiōibus (ut diximus) uel de recusationibus iudicū, uel de eo, ne cū præcipitatione aut compulsione litiū contestationes fiant, sed rei habeant uiginti dierū inducias, uel si deniq; aliud ad iudiciorum formam pertinens definiuimus, in sua firmitate manentibus. QVONIAM uero bene multæ nobis hoc nomine interpellationes, factæ sunt, quod nonnulli eligentes iudices, qui neq; ullam legum peritiā, neq; rerū usum habent, prompte iurent his se iudicibus contentos fore, quibus aliquis ne tantillum quidem crederet, deinde iudices forte persuadeant, ut & ipsi quoq; huiusmodi iuramentum præstent, homines pfecto, qui neq; quid ius sit, neq; obseruationē eius sciunt, & merito exinde oblasi iuramentorum, quæ præstiterunt obliti, denuo controuersia examinari petant: ea nobis res animaduersione digna existimata est. Et quia longo rerum usu & experientia cognouimus, periculofum & lubricum id esse: sancimus, ne quis omnino in posterum arbiter compromissarius sit, qui cum cautione præstiti iuramenti iudicet, ne exinde homines imprudētes in periculis incidant, per iudicium imperitiā peierare coacti, sed qui in arbitrium uel arbitros

compromit-

compromittunt, hi omni modo cum pœna, quā tamcūq; partes inter se pactæ fuerint, ipsos deligunt: & necessitatem habent, ut uel stent iudicato, uel si id retractare uoluerint, prius persoluant pœnam, & tunc demum licentiam habeant à iudicatis discedendi, & procedēdi ad aliud iudicium: nostris magistratibus, siquidē ea de re aditi fuerint, pœnas profligaturis, daturisq; operam, ut his, qui eas accipere iussi sunt, restituant. Scituris his, qui in iudices compromittunt, quod si hoc nō fecerint, neq; pœnam stipulari fuerint, sed putauerint datorum ipsis iuramentorum cautionem sufficere, deinde arbitri, in quos ita compromiserūt, damno ipsos inuoluant: si quidem dedita opera: domino deo huius periurij pœnam luent. si ex imperitia hoc subeant: nihil ultra iuramenta illis reliquum erit. Neq; enim uolumus, ut ab ullo pericuria committantur: neq; rursus concedimus, ut ultra iusiurandi religionem per arbitrorum imperitiā litigatores ingēs damnum sustineant. omnibus, quæ uel ex uetere iure, uel à nobis, siue de pedaneis solūmodo iudicibus, siue etiā de compromissarijs ante à nobis sancita sunt, (excepta scilicet dandi iuramenti necessitate) in sua firmitate manentibus, & in nullo per hæc nostram legem inuouandis. ATQVI ut omnibus modis iudices appellationes suscipiant, sancimus: neq; ulli omnino facultas sit hoc repellendi, præter thronum excellentiæ tuæ, cui iam inde ab initio maiestas id imperatoria elargita est, in huius locū retractatiōis introducto auxilio. OMNIS deniq; iudex, siue magistratū gerat, siue aliter iudicet, leges obseruato, & secundum has proferto sententias: & quāuis in medio nostrā litis contingat iussiorē, aut facram formam (licet pragmatica sit) procedere: legem tamen sequitur. Nos enim id obtinere uolumus, quod nostræ uolunt leges. Nam si per prouocationem causa suspendatur: omnino iudex oblatam appellationem suscipito, nullum omnino prætextum obijciens, quacūq; tandem ratione licet appellare. Auxilium uero circa appellationes omnibus adiacet, per quod ei, qui se læsum putat, uel conqueri licet, uel mereri emendationem, siue ab appellationū iudicibus, siue à nobis ipsis, siquidem ad nos refertur sententia. Si quid autem iudices, dum cognoscunt, putauerint subesse dubij: damus eis lantiam de his nunciare nobis, & nos consulere, ut discant, quæ necessaria sunt, et ita quod agendum est, expliant, & faciant iusta simul & rationabilia iudicia. Quæ igitur nobis placuerunt, & propter subditorum utilitatem gesta sunt, ea tam in regia porticu, q̄ in cæteris partibus huius amplæ nostræ urbis, excellentia tua proponet, ut omnibus hæc manifesta fiant, & perdiscaut, quod absq; ulla temporis præfinitione nobis illorum securitas & tranquillitas curæ est.

VT CLERICI APVD PROPRIOS EPISCOPOS PRIMŪ conueniant, & post hoc apud ciuiles iudices. Constit. LXXXIII.

Idem A. Iohanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum ex consule ordinario, & patricio.



Lurimas sacras scribentes leges, & de deo amabilibus episcopis, & reliquo omni sacerdotio, nec nō de reuerēdissimis monachis, & nuper hoc agētes, in quibus uolumus reuerēdissimos monachos apud solos ciuitatis episcopos, sub quibus sunt monasteria, conuentiones suscipere: petiti sumus à Menna deo amabili archiepiscopo huius felicissimæ ciuitatis, & uniuersali patriarcha, reuerēdissimis clericis hoc dare priuilegium, ut si quis haberet aduersus eos quamlibet pecuniariam causam, prius ad deo amabilem archiepiscopum pergat, sub quo constitutus est, & interpellat eum, & ex non scripto iudicium mereatur. & si hoc fiat: ne eū inquietet, nec trahat ad auditoria ciuilia, neq; à sacro eū uacare faciat ministerio, sed ex non scripto examinetur negotiū sine damnis, & accipiat formam forsan etiam scriptam, si hoc quoq; partes uoluerint, & poposcerint, & liberentur mutuo certamine. Si uero aut propter causæ naturam, aut propter quandam forte difficultatem non fuerit possibile deo amabili episcopo decidere negotiū: tunc licentiam esse & ad ciuiles iudices pergere, & priuilegijs omnibus custoditis, quæ reuerēdissimis clericis sacre præsent constitutiones, & litigare, & examinationem fieri, & terminum imponi liti, & ita liberam fieri causam: clarissimis iudicibus secundum nostras constitutiones, uel leges studentibus, cū magnanimitate & uelociter lites decidere, ut nō propter huiusmodi causas sacris amoueant obsequijs: & cum oporteat deum placari, & decencia à sacerdotibus agi, auditorijs & illorū turbis detineant, atq; tumultu litigantiū inhaerentes noceant animabus. Si tamen de criminibus conueniant, si quidem ciuilibus: hic quidem competentes iudices, in prouincijs autem earum præfides sint iudices: nō transcendente lite mensium duarū spacium, ex quo litis cōtestatio fit, quatenus breuis imponat causæ terminus. Illud palā est, si res esse prouinciæ præses putauerit eū, qui cōuenit, & pœna iudicauerit dignum: prius hunc spoliari à deo amabili episcopo sacerdotali dignitate, & ita sub legum fieri manu. Si uero ecclesiasticū sit delictū, egens castigatione ecclesiastica & multa: deo amabilis episcopus hoc

s iij discernat

discernat, nihil communicantibus clarissimis prouinciae iudicibus, neque enim uolumus talia negotia omnino scire ciuiles iudices, cum oportet talia ecclesiastice examinari, & emendari animas delinquentium per ecclesiasticam multam secundum sacras & diuinas regulas, quas etiam nostrae sequi non dedignatur leges. Si uero quaedam prius contestatae sunt lites: haec maneant in ipso schemate, uelocem accipientes finem, omnibus quae iam a nobis sancita sunt, siue super sanctissimis ecclesijs, siue super deo amabilibus episcopis, siue super clericis, siue super monachis propriam uirtutem habentibus. Tua igitur eminentia, quae placuerit nobis, & per hanc sacram declarata fuit legem, per programmata propria manifesta faciat uniuersis, & in perpetuum studeat custodiri.

DE CONSANGVINEIS ET VTERINIS FRATRIBVS.

Constit. LXXXIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. per Orientem praetoriorum praefecto, iterum ex consule ordinario, & patricio.

Multis undique natura nouitatibus utens (dicitur est iam in legibus hoc saepe procerium, dicitur autem iterum, donec illa, quae sua sunt, operatur) ad opus multarum nos protrahit legum. Legitimas enim & cognatiuas successiones dicunt quidem nobis & ueteres, & qui ex antiquissimo iure haec sumentes descenderunt usque ad nos, qui plurima horum sunt nati. deinde moriente illa, duxit rursus aliam, ex qua nati sunt filij eius, prioribus consanguinei solum, non tamen uterini. deinde etiam tertium introduxit matrimonium, fecitque filios ex ea, post mortem uero eius ad secundum mulier descendit uirum, ex quo alios fecit filios. his, qui ex priore uiro fuerant uterinos solum, non tamen consanguineos. Moriente igitur matre, postea mori unum fratrem ex tertio matrimonio contingit sine filijs, & sine testamento, multos fratres relinquente, alios autem qui dem consanguineos, alios autem uterinos, alios uero simul & consanguineos et uterinos, & quae quidem adinuenta est naturae nouitas, talis quodammodo fuit. licebit autem tali principio dato nobis ab ea, & alios quosdam opinari casus tale aliquid proferre ualentes, siue morte uiri, seu morte mulieris, seu alia legitima separatione, nuptijs diuersis hoc facientibus. Quae sit igitur illa erat, si ad mortui fratris haereditatem, oportet omnes uocari, & consanguineos, & uterinos, simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres. Quia igitur considerantes leges omnes, quas congregauimus, & ueteres omnes & nostras, huiusmodi non inuenimus emeruisse quaestionem: congruum est eam sero tandem refrenare legem, & considerare, quia fratribus sunt ad defunctum alij quidem cognationis iura, quae nos legitime copulauimus, alij autem hoc ipso legitima. communicabant enim aliqui ei circa paternam prolem, sicut alij circa maternam, alij autem illud pure habebant, & lege & natura iuuante se, eo quod ex ipsa dem erant procedentes matris finibus. eratque eis patris semen unum, et undique ueluti quoddam signum eis germanitatis resplendebat. Si igitur huiusmodi frater licet liberare, & legem et dubitates uoluisset, ad testamentum uenisset, & suam sententiam fecisset manifestam, & per scripturam honorati ad haereditatem uocarentur. Quia uero hoc agere noluit, aut non potuit (multa namque sunt hominum & innumerae anxietates, & repentinae mortes) haec nostra lex causam determinet. Vult autem haec lex ex utroque de coratos, & simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres ad successionem morientis meliores esse, quam illos qui solummodo consanguinei, aut solummodo uterini sint. Et nos non faciat haereditate naturae uarietas, sed nos huiusmodi adinuentiones ostendimus legitimas, atque discernimus perfectioribus distribuentes, quae meliores sunt, & minores exaequare eis non patientes. Plurima namque ad hoc nos inuitauerunt, primum quidem altera nostra lex, si filius moriatur filios non habens, deinde existentibus ita forte maternis rebus, aut ex nuptiali, aut etiam ex alia causa, quae non adquirunt: prius ex ipsa nuptiis fratres ad haereditatem uocari, deinde ex alijs, et post hos patrem qui pater erat, eo quod dudum talia nostra legislatio concessisset. nam & si etiam patre existente suo patri, & his, qui sunt ex alijs nuptijs, praeponi consanguineos & uterinos fratres contingit: consequens est, licet pater non existat, sed fratres solummodo, praeponi his, qui ex uno parentum solummodo copulant, morienti eos quidem, qui similiter quidem consanguinei, similiter autem uterini sunt. Et his conueniens erit illud, quod dudum & in maternis, & in his, quae ex nuptiali causa, aut aliter non adquirunt, sancitum est: hoc etiam in reliquis morientis rebus ualere atque tractari. Haec igitur lex in isto casu data, sibi occasione (sicuti dictum est) posita sit. Et quia ex tribus matrimonijs hoc processit, nouitas naturae nihil prohibet, uel si quis proponat, & in duobus solummodo matrimonijs, uel ubi alios quidem esse solum uterinos, alios autem consanguineos, simul & uterinos, uel si quis extendi dicat matrimonia, & adhuc amplius tale aliquid fieri, & licet in huiusmodi casibus, ubi tales quidam introducuntur ordines fratrum, lex habeat suam uirtutem, & excludant duplici utentes iure eos, qui uno solo uti possunt. Si uero non talis est casus, sed solummodo constituti sunt uterini aut consanguinei, & moriatur aliquis fratrum: hi prioribus subiaceant legibus, quae eorum successiones disposuerunt. Locum tamen haec lex habeat, non solum hoc casu, qui quaestio nem mouit, sed etiam in his, qui postea futuri sunt. Quo circa priora, si aut iudicis sententia, aut patris expedita sunt formis: habeant propriam decisionem, huius legis iudicio non egentia. Tua igitur eminentia quae placuerit nobis, & per hanc sacram manifesta fuit legem, per literas proprias declarare cunctis, & in perpetuum obseruare festinet.

DE

DE ARMIS. Constit. LXXXV.

Imp. IVSTINIANVS A. Basilidi gloriosiss. magistro sacrorum officiorum.



Agno illo deo & seruatore nostro Iesu Christo, eiusque per omnia implorato auxilio: damus operam, ut tam omnes subditos nostros, quorum nobis administrationem deus concessit, illaefos inoffensosque tueamur: quod ut etiam pugnas quibus temerario inter se susceptis consilio, mutuas caedes perpetraret, congemmatum exinde sibi inducentes supplicium, tum quod in se reportant, tum quod per leges furorē illorum castigantes sustinent, prohibeamus. Cupientes igitur huiusmodi moribus liberare homines: perplacuit nobis, ne priuatus aliquis fabricandorum armorum opus exerceat, sed soli illi, qui in publicis (ut appellant) fabricis alleguntur, arma praeparant: neque qui arma elaborant, alicui ea priuato uendant. Sed neque eos fabricenses, qui in numeris recensentur, & deputati etiam uocantur, feruntque annonas e publico, permittimus arma alicui uel fabricari, uel uendere: sed solummodo diligentiam habere militarium armorum in ijs recensitorum numeris, in quibus ipsi militant. Quod si quid noui praeparant: ut ab eis auferatur, & sacro nostro inferat armamentario, adiciendum ceteris illis, quae in publicis reposita sunt armamentarijs. Idem hoc custodire uolumus etiam eos, qui in cohortibus balistariorum constitunt, quos per diuersas hinc inde urbes constituimus: collocatis inter eos & his, qui arma praeparare nouerunt: ut hi quoque publica tantummodo arma, quae in publicis uniuersis que ciuitatis armamentarijs reponuntur, reparant, renouentque. Si quid uero nouorum armorum praeparauerint: hoc consimiliter & ipsi in publicorum armorum custodiam exhibent, & nulli omnino alij uendunt. Hoc autem obseruabunt hi, qui recensentur inter balistas, periculo patrum in ciuitatibus, quibus tam ipsos balistas submissimus, quod etiam publicorum armamentarium sollicitudinem & custodiam permittimus. Vnde si qui uel deputati, uel fabricenses existant, qui arma diuendant: prouidebunt hi, qui ibi locorum magistratum gerunt, ut tales poenis subijciant: ultra hoc quod etiam arma ab his, qui haec emerunt, absque praetiorum restitutione auferant, & uindictent in publicum. Hac igitur in animo cogitatione ex deo, qui nos gubernat, concepta: per praesentem legem sancimus, ut per nullam reipublicae nostrae ciuitatem aut prouinciam priuati aliusue quispiam arma fabricent, aut uendant, aut quocumque modo mercium importent loco: sed hi dumtaxat, qui in fabricis referuntur, ea praeparant, inque sacrum nostrum deferant armamentarium. Atque hoc tam ab excellentia tua, quam ab his, qui post te magistratum hunc suscepturi sunt, obseruari sancimus. Et insuper aliquot chartularios sub excellentia tua in serinio fabricarum collocatos, periculo quing inter ipsos primatum, bona opinione praeditos & idoneos segregari, qui tam in alma hac urbe, quam in ceteris reipublicae nostrae urbibus fabricenses peruestigantes, prohibeant, ne priuati aut quicumque alij, praeter allectos in sacris fabricis, fabricandorum armorum opus tractent: & ubicumque tandem priuatos aliquos id audere deprehenderit, haec ab illis auferant, & publico addicant armamentario. Ceterum si inter priuatos, qui arma elaborant, idoneos aliquos reperire possint artifices: siquidem hi in militia conscribi uoluerint: ut nomina eorum in descriptione conferant, descriptionemque artificum ad nos transmittant, quo magis per sacrum nostrum rescriptum in ea deputentur loca, in quibus publicae sunt fabricae: & qui publica fabricentur arma, ex publico item annonas ferant. Hoc enim facto, & accurate a praedictis personis obseruato: nemini omnino licentia dabitur, neque priuatis, qui urbes inhabitant, neque rusticis, qui agros colunt, armis in mutuam perniciem utendi, audendique caedes, quae re & multi occidantur homines, & publica retardentur uectigalia: agrorum cultoribus uel uitam amittentibus, uel propter metum fuga sibi consulentibus. Oportet autem eos, qui ex praedicto fabricarum serinio ab excellentia tua ad fabricationem armorum priuatis inhibendam emittuntur, etiam depositam apud sacra dei eloquia confessionem ab his, qui ibi locorum magistratum gerunt, & obtempantibus illis cohortibus, & ciuitatum defensoribus, ac patribus accipere, quod non committent de cetero, ut aliquid a nobis prohibitorum perpetraret: sed per praesentem sancita legem custodient, tam poenam pecuniariam, quam capitis reformidantes supplicium. Sancimus etenim, ut magnae quidem Alexandrensis ciuitatis praefectus, si sancita nostra negligat, uiginti librarum auri poenam persoluat, & magistratu excidat. item cohors eius consimiliter uiginti librarum auri poenam praestet, & capitis supplicium subeat. Ceterarum uero prouinciarum praefides multam decem librarum auri sustineant, consimiliterque & ipsi magistratus amissioni

missioni subiaceant. sed & eorum cohortes. Defensores autem & patres ciuitatum multam dependat trium librarum auri, in quo capitis adducantur periculum, si coperto huiusmodi aliquo facto, uel poenas non exegerint, uel id facere queuntibus non indicauerint, sed latere hoc per miserint. **VT AVT E M** arma, quae a nobis per priuatos aut etiam quoscumque alios, praeter eos, qui in sacris nostris allegantur fabricis, uel praeparari, uel priuatis uenditari sunt prohibita, manifesta existant: uisum & hoc nobis est per praesentem significare legem. Ac prohibemus priuatos fabricari comparare uel arcus & sagittas, spathas & semispathas, quas etiam uocare solent parameria, quasi foemoribus lateri accisos enses, & quas appellant zabas siue loricas, & contos, & quocumque modo aut forma factas lanceas, & quae ab Isauris nominantur monocentia, & quos uocant zibynnos siue missibilia. ad haec etiam aspides siue scuta, & galeas seu cassides. nam ne haec quidem alium praeparare permittimus, quam qui sacris nostris allectus sit fabricis. solos uero a priuatis fabricari, aut priuatis uendere concedimus cultellos breues, quos nemo in usum belli assumpserit. Praesentem igitur generalem nostram legem per haec regiam urbem propones, adeoque & in caeteris reipublicae nostrae urbibus: ut omnes ea cognoscant, quae nobis placuerunt, custodiant. Denunciabis autem chartularijs, qui ex praedictis fabricarum scrinio tali custodiae praefuturi sunt, quod ex negligentia non solum poenas sustinebunt pecuniarias, sed etiam in corpore exquisitos excipient cruciatus, & militia excident ultra hoc, quod neque id nos amplius scrinium ad hanc progredi sollicitudinem concedemus, sed fabricarum curam alijs commitemus. Quae igitur nobis placuerunt, & per haec declarantur legem, ea tam excellentia tua, quam qui post te eundem magistratum obtinebunt, effectui & fini tradere studento, ipsi quoque indignationem nostram reueriti, nisi rem tam utilem reipublicae custodierint.

VT PRAESIDES, QUI INTERPELLANTIS ALLEGATA AUDIRE DIFFERUNT, COMPPELLANTUR ID FACERE AB EPISCOPIS. Et ut si quis praesidem suspectum habet, in cognitionem litis adhibeat societate etiam ciuitatis episcopum. Item ut qui a praeside offensionem patiuntur & iniuriam, adeant ea de re episcopum. De quo alia cautela, quae ab episcopis omnino corroborari, fieri uero debet a praesidibus. **Constit. LXXXVI.**

IMP. IVSTINIANI AVG. EDICTVM.

HX quo deus nos Romanorum praefecit imperio, semper summo elaboramus studio, ut omnia, quae ad subditorum a deo nobis concredita reipublicae utilitate tenent, agamus: agamusque illa, quae omni eos difficultate, laesione, & attritione liberent, ne quando per causam litium & alia huiusmodi e sua cogantur proficisci patria, & in peregrino solo miseris affici. Ea propter & in praesentia uisum nobis est praesens edictum in uniuersam imperij nostri ditionem emittere, & omnium ciuitatum ac pagorum incolis clarum facere: nempe si quis cum altero habeat controuersiam, siue de pecuniaria causa, siue quod res illi mobiles abreptae sint, uel immobiles, uel seipsas mouentes, siue de criminalibus: ut prius ea de re claris. prouinciae praesidem adeat, quod magis & his, quae in litem referuntur, secundum leges nostras examinationem interponat, & cuius ius suum referret. Si uero aliquis cum prouinciae praesidem adijisset, ius suum non obtinuit: tunc iubemus, ut ad religiosi. eius loci episcopum accedat, & is ad claris. prouinciae praesidem mittat, aut etiam per se ipse progrediatur, & procuret, quo modis omnibus aduentem audiat, & iuste eum liberet secundum nostras leges, ne cogatur peregre de sua proficisci patria. Si uero etiam sanctis. episcopo praesidem compellente, nihilominus praesides secundum ius dirimere aduentium negocia differat, aut disceptet quidem controuersiam, non uero eius se iudicio permittentibus tueatur ius suum: praecipimus religiosi. illius ciuitatis episcopo, ut ei, qui ius suum non obtinuit, det ad nos literas, quae declarent, quod impulsus ab ipso praesides aduentem audire, & quae inter ipsum & alterum, aduersus quem accusationem habet, controuertantur, disceptare differat: ut nos hisce cognitis, prouinciae praesidi irrogemus supplicium, eo quod & ab iniuria affecto aditus, & a religiosi. episcopo ad id incitatus, controuersa non disceptauerit. Quod si usu ueniat, ut nostrorum subditorum aliquis praesidem suspectum habeat: iubemus, ut religiosi.

giosis. episcopus una cum claris. prouinciae praeside audiendum accommodet, & utriusque uel amabili conciliatione controuersa transigant, uel per annotationem scripto comprehensam, aut cognitionaliter disceptent ea, de quibus inter litigatores contentio est, & causae formam dent iuri & legibus conuenientem, ne per huiusmodi causam subditi nostri sua cogantur excedere patria. Caeterum si quis ratus qualemcumque se aduersus aliquem habere actionem, neque claris. prouinciae praesidem adeat, neque alloquatur religiosi. ciuitatis episcopum, atque ita progrediatur huc sine literis religiosi. episcopi: certus esto, easdem se poenas subiturum, quas sustinisset praesides, si ab ipso aditus, ius illi suum tueri non studisset. Haec autem omnia sancire uisum est propter eorum utilitatem, qui urbes & pagos incolunt, ne si patrias suas deserant, & ipsi in peregrino solo affligantur, & interim res eorum familiaris pessum eat. Propterea enim magistratus gratis constituimus, & iusiurandum insuper ipsos subire iubemus, ut unicuique ipsos aduentem, id quod iustum est, secundum leges nostras tueantur. Porro si contingat subditorum nostrorum aliquem a claris. prouinciae praeside iniuria affici: iubemus, ut religiosi. ciuitatis illius episcopum adeat, qui inter claris. praesidem, interque eum, qui sibi ab ipso illatam putat iniuriam, disceptet. Ac si quidem contingat praesidem a religiosi. episcopo legitime aut iuste condemnari: omni modo ei, qui de iniuria ipsum postulauit, satisfaciatur. Si id facere praesides recuset, eaque causa ad nos perueniat: si quidem inuenerimus, iuste ipsum secundum leges nostras a religiosi. episcopo condemnatum iudicata non fecisse: ultimo hunc supplicio subditi iubebimus, propterea quod cum alios iniuria oppressos uindicare & defendere debuisset, ipse iniuria oppressus deprehensus sit. Obtemperantem quoque illi cohortem, & quicumque claris. praesidibus in ministerio sunt, iubemus, ut horum lites, qui illum aduentem, dirimi faciant, nihil accipientes ultra ea, quae nostris continentur constitutionibus. si uero haec non custodiant, subditi iubemus supplicij. Certe si quem religiosi. episcoporum deprehenderit, in gratiam alicuius, contemnere id, quod facere iustum est: canonicam illi castigationem inferri iubemus, quo magis cum timore dei iuste iudicare studeant, ne si ius suum homines non obtineant, cogantur deserere suas urbes, prouincias ac sedes, & huc accurrere. In quibus uero ciuitatibus praesides praesto non sunt: iubemus, ut qui aliquid controuersiae habent, hi adeant defensorum, & is disceptet, quae inter ipsos controuertuntur. Quod si qui cum litem habent, non defensorum, sed religiosi. iudicare uelint episcopum: iubemus & hoc fieri. Sed neque monachum, neque clericum, neque episcopum iubemus huc accedere sine religiosi. patriarchae sui literis: aut certi sunt, quod religionis habitu se indignos facient. Praeterea si quis magisterianus, aut praefectianus, aut cuiuscumque tandem fortunae, ampliores sportulas, quam sacris nostris definitae sunt constitutionibus, acceperit: iubemus, ut praesides prouinciae suo periculo secundum legem nostram modis omnibus hoc uindictet, & castigationem his, qui talia praesumpserint, inferat. Si praesides non uindicauerit: licentiam damus religiosi. illius ciuitatis episcopo, certiores nos de his reddere, & quale praeterea militiam aut dignitatem habeat is, qui haec praesumpserit, adijcere: ut & praesidi periculum irrogemus, qui haec concesserit, & iussionem nostram despexerit: & ipsum, qui talia praesumpserit, iubeamus affici supplicio.

DE DONATIONE MORTIS CAUSA FACTA A decurionibus. Constit. LXXXVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosissimo. Orientalium praetoriorum praefecto, iterum ex consule ordinario & patricio.

NEquid decurionum uersutiae detrimenti possint adferre reipublicae, & ut huiusmodi consilijs lex resistat, omnibusque modis contraria moliatur, uolumus. Cognouimus enim, simulatque decurionibus donationum factio interdiximus, non concedentes illis, ut uel donarent aliquid, uel testamento alicui relinquerent ultra quadrantem, sed prorsus curiae dodrantem reseruarent: quod, ut calido commento legem circumscriberent & eluderent, huiusmodi quasdam circa legem fraudes inuenerint. Nam cum scirent nos, deprehensa ueterum legislatorum de mortis causa donatione controuersia, utrum donatio, an legatum esset, plerisque pro donatione ipsam, nonnullis pro legato numerantibus: selecta maioris partis & meliorum legislatorum sententia declarasse, ut penitus ea legatum esset, neque publicorum actorum indigeret monumentis, sed ut li-

ceret hanc perficere, inq; ea certas inferere condiciones, quas uellet donator: & si hoc fecisset, licentiam quoq; haberet renunciandi, ne poenitentia ob tales donationes ductus reuocare eas possit, quemadmodum sapientis, uir Iulianus sanxit: id, quod nos in tricesimo nono Digestorum nostrorum uolumine descripsimus. siquidem omnia breuiter & sub compendio comprehendimus, tam quae a ueteribus, q̄ quae a nobis promulgata sunt. Hae inq; cum scirent: constituerunt isto apud se modo causa mortis donationes facere, & secundum legem pactu conuentum inferere, quod illis adimeret, ne poenitentia ducti possent eas reuocare: item aliam conditione, quae ipsis uidebatur aliquid istis donationibus apponere, ut per se tandem ipsis liceret donationes reuocatione liberas reddere, & ita sua labefactare patrimonia. Et quae q̄ ex his, quae in leges retulimus, omnis iam illis sublata est causa, ne quid ultra quadrantem uel testamento alicui relinquere, uel per modum donationis alienare possint: tamen ut aliquanto amplius illorum sedemus & reprimamus uersutiam: propterea nunc quoq; sancimus, ut decurioni ne per donatione quide mortis causa donare aliquid liceat, nisi per donatiois solu modo ante nuptias modum pro se suisue filijs facta, aut per causam dotis, quatenus nostra iuret constitutio nubentibus eam filiabus offerri. Caeterum aliter res immobiles donare nequeant, sed semper apud ipsos permaneant curialibus obnoxia: munijs: sola illis uenditione concessa, & quide secundum nouellae nostrae constitutionis obseruationem: mortis causa donationibus suam obtinentibus firmitatem, & omnibus alijs (praeter decuriones) queuntibus praedictas mortis causa donationes, in quascunq; uelint, personas conferre, & condiciones inferere, & (siquidem hoc uelint) poenitentiae de reuocandis conuentis renunciare, ut per omnia negotium intra mortis causa donationis terminos eo pacto permaneat. Illud enim sciendū praedicimus, huiusmodi donationes & firmas fore & stabiles. quod non hoc primum tempore sancimus, sed quod iam ante nostris sancitum est legibus, id nunc quoq; uoce nostra interpretamur, & confirmamus in alijs omnibus personis, solis tamen (ut dictum est) decurionibus exceptis, idq; studio quodam iuuandae reipublicae. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc declarantur legem, ea custodire gloria tua studeto, maxime omnium reipublicae usibus & commodis omnem impendens prouidentiam.

DE DEPOSITO, ET ATTESTATIONE AD INQUILINOS FACTA, ITEM DE SUSPENSIONE EROGATIONIS PANUM CIUILIUM.
Constit. LXXXVIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsule & patricio.

Auidiam nuper nobis in causa praebentibus (id quod publice praesidentes in palatio saepenumero facimus) certa quaedam exorta est quaestio, quam protinus quidem diremimus. Sed quia compertum habemus, saepius istiusmodi incidere: iustu existimauimus communi & generali ea lege definire. Si quis enim ab aliquo uel aurum uel certas res depositi titulo sub certis conditionibus accipiat, deinde haec impleantur: habeto sane necessitatem, semel impletis conditionibus, aurum aut eas res restituere: nulla omnino licentia subsistente, ut extraneis utatur aliquis denunciationibus, & depositi restitutionem remoretur, cui pleraq; alia quoq; priuilegia data sunt tam a praecedentibus nos legislatoribus, quam a nobis ipsis. Nam ut maxime eum, cuius fidei depositum concreditum est, is, qui restitutionem impedit, non obturber: licentiam tamen habebit ei, qui id aurum uel res recepturus est, de rebus cum illo controuersis & dictare iudiciu, & iuris atq; legis obtinere beneficium. non autem per hanc causam ei, qui attestacionem suscepit, magna inducat dispendia: compellatq; eum aut defensiones expetere, aut res apud se detinere, ut neq; si uelit, possit se erga eum, qui deposuit, praebere benignum. Quod si tale aliquid egerit (omnino enim oportet non solum nos delictorum prohibitione contentos esse: sed etiam transgressoribus metum incutere, iustum est) siue intercidere eas res aut pecuniam contigerit, & hoc probetur, siue fortuitus aliquis casus existat: ut hoc ipsum eum respiciat, qui attestacione emisit. Agnoscat insuper ab eo etiam tempore, ex quo attestatio facta est, pro pecunia trientes usuras legitimae centesimae, soluendas ei, qui sua recipere prohibitus fuit. Neq; id tantu, si aurum scilicet sit, quod depositu prohibetur restitui, sed etiam si aliae res: quomagis huius metu homines a

uanis

uanis illis & summa praese inuidiam ac degenerem animu ferentibus detentionibus desistat.

Quin potius totu illum de interdicitis & denunciationibus tractatum penitus contemplatū & in legem conijcere nobis uisum est. Admodum enim crebro cernimus hoc incidere, & maxime in regia hac urbe, ut aliqui his, qui publicas erogant annonas, aut etiam tesseras frumentarias a praefecto annonae percipiunt, per denunciationem interdicitu mittat, uolentes suspendere ciuiliu panum erogationem, & hunc, qui (ut probabile est) ex his solis alime tu haber, eoru subministratioe defraudare, ex qua totius illi uitae ratio sustentatur. Sed multo adhuc molestius & incommodius est, quod pleriq; dominis aediu in alma hac urbe inuidentes, cu ab inquilinis locataru aediu pensiones percepturi sunt, damno illos inuolunt, testato inquilinos conuenientes, ne quid illis exsoluant. qui deinde attestacionibus istis lubenti animo susceptis, partim ipsas pensiones propter inopiam forte deuorant, partim ab ampla hac profugiunt urbe, ut omnino pensionu praestatio intercidat his, qui (ut apparet) uel solum exinde (ut & de ciuilibus annonis diximus) sustentationem & alimenta habent. Nemini igitur huius licentiam praebemus: neq; si quis contra sibi obnoxium aliquam habet actionem aut causam, huic indormito, & illiberabilis exq; omni parte inuidia plenas attestaciones excogitato: aut cognoscito, si quid tale egerit, & per hanc causam uel suppeditatio ciuiliu panum, uel pensionu praestatio intercidat, quod ipse eius rei periculum sustinebit, si inquilinos aut ciuilibus panis erogatores testato conueniat, aut annonae suppeditationem suspendat. Nihil enim horum fieri uolumus: sed ex quo tempore attestacione interposuit, ex eo sancimus, ut & omne damnum rerum domino resarciat, & insuper trientes usuras legitimae centesimae agnoscat, pro pecunia, qua per attestaciones ab eo factas recipere is, qui hoc modo iniuria affectus est, non ualuit. Neq; aliquis defensiones opponito, quod ei, qui repetendi ius habet, si uel depositi, uel aliorum nomine defensionem offerat, liceat sua recipere. Siquidem non omnibus in promptu & facile est de defendendo fideiussorem dare: cum leges nostrae nullam omnino defensionem idoneam & alicuius interpretentur esse precij, quae fideiussore subnixae non sit. ad manū uero semp & in parato habere fideiussore, neq; facile cuius, neq; possibile admodu est.

Propterea ad securitatem subditorum nostrorum uolumus ista obseruari iam inde in omne post futurum aeuum, ut huius nostrae legislationis in republica usus immortalis sit: exploratum & perspectum nobis in animo habentibus, quod praesens haec lex in commune subditis nostris utilitatem allatura sit. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacra exprimuntur legem, ea excellentia tua effectui ac fini tradere, & in perpetuu obseruare studeto.

DE NATURALIBVS LIBERIS. Constit. LXXXIX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsule ordinario, & patricio.

Naturalium liberorum nomen Romana olim sanctio non admodum magno profecta est studio, neq; ulla ergo id exstabat humanitas, sed perinde quasi diuersi generis aliquid & prorsus a republica alienu reputabatur. Ia inde uero a re poribus Constantini pientis, principis in constitutionum etiam codices descriptum est. paulatim deinde imperatores ad mediocritatem & ad humaniorem progressi sententiam, leges tulerunt, in ijs tum dignantes, ut a patribus aliquid dari relinquitur illis liceret: tum ratione excogitantes, qua priore legum contumelia liberati, iam & legitimi fierent, & paternae substantiae capaces. Processeruntq; sanctiones ad ipsos propemodum nepotes. Suscepit item ea res magnam uarietatem, postq; in nostra & paulo superiora deuenit tempora. Siquidem duae nobis res studio sunt, simul ut multos homines a pristina feruitute reducamus ad libertatem, simul ut multos a spurjis referamus inter legitimos. Neq; enim ta attendendum est, ut ultio proponat & interdicitu, quam ut quod male affectu est, sanetur, & undiq; depulso malo inueniantur meliora. Quia igitur & in constitutionum Codice, quem ex omni uetere Imperatorum sanctione collegimus, quaedam de naturalibus scripta sunt liberis: atq; etiam cum in oratione uersaremur elementorum siue institutionu, quaedam de his uel sanximus, uel iam inuenimus elaborata: nos quoq; ipsi multas de his constitutiones, tam in dictaru constitutionu collectione, q̄ post eam cofecimus: ne res hinc inde dispersa sit, pulchrum putauimus, totum negotium in unam congregare constitutionem, quae pro omnibus

t ij

mnibus

mnibus sufficiat ad ea, quæ naturales concernunt liberos, corrigenda faciendâq. **Con**stat enim & manifestum est, quod hominum alij quidem existunt liberi, simulq; inter legitimos sunt. alij autem cum prius id non habeant, postea fiunt, nempe uel à seruis ascendentes ad liberos, uel à naturalibus ad legitimos. alij uero per se, nihilq; aliud, q̄ naturales sunt, & ceteras habent successiones. quosdam uero neq; ipsa naturalium appellatio decet, sed & illa indigni uidentur. Oportet igitur nos ea de re constitutionem facere, ne quid eorum, quæ in naturalibus obtinere conuenit, ignoretur. Exoritur itaq; legem initio dicemus, qui nam existant naturales, & quibus modis perueniant ad ius legitimorum, quorum plerumq; nos inuenimus, quæ item sint illorum successiones, ut deniq; uetustas quidē acerbam se his præbuerit, nos uero humanos, sed neq; illud relinquatur, qui nam à legibus ne ipsa quidem appellatione (ut diximus) naturalium digni habentur. **AC NATURA** quidem, cum initio inter hoīes procreandorū liberorū ratio moribus cōstituebat, nondū scriptis propositis legibus, ad unum omnes tum liberos, tum generosos produxit. Nam primis illis parentibus primi filij æque tum liberi, tum legitimi erant iam inde ab ipsa procreatione. Sed bella & pugna, uoluptates & concupiscentiæ prorsus eam rem ad aliam formam deduxerunt. seruitutem namq; bellum, illegitimorum ius temperantiæ ac castitatis excessus inuenit. Rursum lex huiusmodi delicta ad sanitatem reuocans, in seruitute degentibus hominibus libertatem commenta est, & multum in his negocij habuit, plus mille ad id modis introductis. constitutiones uero imperatoriæ his, qui recte nati nō essent, ad ius legitimorū uiam aperuerunt, quod quidē ut neq; nos defunctorie & præter rem lege complectimur, ita neq; subditos nostros neglegēt huic obtemperare legi uolumus. **LEGITIMI** certe hominibus successores ex ipsis, quas inter se contrahunt, nuptijs proueniunt, siue dotalium instrumentorum interuentu, siue etiam absq; ijs: sic prorsus masculis congregentibus cum foeminis, ut ab initio legitimarū cum ipsis cōiundarū nuptiarum affectionem habeāt. Atq; hoc cum calumnijs cerneremus expositum: lege distinximus, tū quid ab his, qui benignitate fortunæ ad dignitates subuecti sunt, tū quid ab his, qui in medio illo hominū statu cōsistūt ad legitimas cōprobandas nuptias fieri oporteat. quid item reliquæ cōcessum sit multitudini. Vnde nuptijs ad eū modū procedētibus, sua pte iam natura successiones manifestæ sunt: & lex protinus illis, siquidē inter legitimos cōmerentur, successio rationem explicat, plurimum circa has negocij & laboris defumens. Legitimorum igitur ius ad hunc fermē modum se habet. **QVOD VERO** non eiuſmodi, sed liberum quidem, non autem legitimis editum est nuptijs, aut etiam in seruitute natum, tamen si libertate donetur, spurium tamen manet: hoc ad ius legitimorū uarij modi deferunt, quos ubi enumerauerimus ordine, ita etiam reliqua fancimus. **PRIMVS ITAQVE** modus ad legitimorum ius perueniendi, protinus ipsas etiam ciuitates adiuuat, quem piæ recentiorisq; memoriæ Theodosius introduxit. Sancitum namq; ab illo est, ut quis naturales filios uel omnes, uel ex ijs certos possit offerre curijs, aut filias iungere decurionibus. Et quia hic modus non simpliciter in leges relatus est, sed uarie de oblationibus simul & successio nibus, tū quomodo ipsi, & quorum hæreditates capiant, quicq; rursum ad illorum hæreditates admittantur, proditum est: iustum putauimus, hoc sanē caput sanctionis primum disponere, & ita ad ceteros modos, quibus ad ius legitimorum peruenitur, transire. quæ enim exinde consequentur, expedita sunt admodum & facilia. Si quis igitur naturalium filiorum pater sit, siue & ipse decurio sit, siue curiæ nexu liber: licentiā habebit hosce aut certos ex ijs (si uel legitimorū præterea filiorum pater sit, siue nō, sed solummodo naturalium) offerre curiæ, etsi filij suscepti illustres dignitate sint: nisi tam ampla forte, ut homines, tamen si decuriones, hac fortuna liberos redderet & immunes. Siue aut oblationis modus à patre fiat adhuc superstite, cum quis in communi cōfessu filium offerat. id enim in Philocalo factum est, qui naturalis existens, à patre in Bostrenorum ciuitate decurio factus est, cum pater hoc ipsum publice ante omnium illic conspectum protulisset, & ita ipsum obrulisset curiæ, prout Leonis pientis. principis de hoc conscripta inquit constitutio. Siue igitur eo modo publica proclamatione aliquis à patre fiat decurio, siue moriens pater in testamēto scripserit, fieri eū decurionem debere, deindeq; is scripturā amplectatur: protinus fit legitimus, in uniuersum iure illegitimorum liberatus. Siue etiam defuncto patre seipsum filius aut filij offerant, non tamē subsistente prole legitima: erunt sic quoq; legitimi & decuriones. Proinde pater quidem, uel existentibus legitimis, etiā illegitimos filios curiæ offerre poterit, qui uero sua sponte ad id progreditur: tunc solum audietur, cum nemo ex legitimis supersit filijs. Atq; esto quidem oblationū ratio per excellentiam ita sancita, prout à nobis in præsentem reposita est legem, sed nō simpliciter,

simpliciter, neq; temere, ut res tulerit, celebrabitur oblatio. oportet enim & modos, per quos offerentur, manifestos facere. Igitur si quis ex aliqua ciuitate originem trahat, siue decurio, siue etiā eiuſmodi fortuna liber: poterit utiq; naturalem filiū suū ciuitatis illius, unde originem ducit, offerre curiæ. Si uero ciuis ipse non sit, sed ex prædio aliquo, libero, aut pago sit: à patre offeratur, uel seipsum illi ciuitati offerat, sub qua id prædium aut pagus censetur. Illud autem iam ante constat, quod si pater quidem, aut auus, aut quicumq; inter ascendentes parēs ipsum obtulerit: licet legitimos habeat filios, possit tamen hoc facere. Si uero quis seipsum offerat: tunc demū permittimus, cū nō alij legitimi fratres subsunt. Ceterū si ex his, qui naturales suos offerre possunt curijs, quispiā uel ex ampla hac urbe, uel insuper ex seniore Roma originem habeat: huic licentiā damus, ut in quamcunq; metropolim uelit, oblationem peragat. Eandemq; regulā esse uolumus & in filiabus, ut iungere eas decuriōibus uel eius ciuitatis, unde originem trahit, aut sub qua prædium aut pagus censetur, liceat: uel si quis liber simul & Romanus aut Byzantius sit, alicui cuiuscunq; alterius ciuitatis, metropoleos tamen. Certe tantam curiarū sollicitudinē gerimus, & ita nobis hæc ad ius legitimorū perducendi ratio placet, ut decurioni, qui naturalium duntaxat filiorum pater est, etsi ex ancilla eos susceperit, manumittere ipsos & (ut à nobis dictum est) offerre curiæ permittamus. Insuper etiam magnificentiū eā rem sancimus, ut tamen si pater non offerat, simulatq; tñ semel filius liber factus sit, possit uel seipsum offerre curiæ, uidelicet hoc quoq; casu legitima prole non subsistente. **ET QVIA** uarie ea quoq; quæ istarum personarum successionem cōcernunt, legibus sunt inclusa: non ab re nobis fore uidetur, si ipsam etiam successionis rationē (ut prædiximus) definiamus. Si quis igitur spurius ea forma (nempe per oblationem curiæ) factus sit decurio: erit patri & ab intestato hæres, & ex ultima uoluntate, in nullo dissimilis legitimis, poterit etiam ex patris donatione capere: sed ita, ne quid amplius habeat, quā unus aliquis ex uere & iam inde ab initio legitimis, qui omnium minimam partem habet.

Simul atq; uero semel illi oblationem amplexi sunt, & propterea ad legitimos conscierunt: nō permittimus, ut à paterna hæreditate abstineāt, aut denuo putent ab ea se fortunā discedere posse, si in ipsos collatam, & agnitam à se donationem dimittant. Manentes enim decuriones relictum donatumq; secundum mensuram à nobis prædictam obtinebunt.

Enimuero si cum initio oblationem recusent, malintq; manere liberi uel cum macula & iure illegitimorum, q̄ ditiores fieri & decuriones existere, post deinde uideantur uel in folium, uel pro parte donatas aut testamento relictas res possidere, aut etiam alienasse: omnino curialia fortunæ uel inuiti obnoxij erunt: ne quo modo hæc nobis corrūpere uideantur sanctionem, & cum luca per causam oblationis caprent, fortunam à se repellant, per quam tamē lucro dignati sunt. Atq; hæc similiter sancimus tam in masculis, qui oblati sunt curiæ, q̄ filiabus, quæ nubunt decurionibus: nulla differentia existente, siue per liberos masculos alij quis curialia subeat munia, siue filiarum interuentu per generos amplioem reddere curiam uoluerit, & (quantum ad ipsum) per suos liberos prioribus nouos decuriones illorum adijcere filios.

Eum autem filium, qui per huiusmodi causam ad ius legitimorum redactus est, duntaxat ei, qui ipsum genuit, legitimū reddimus: non uero etiam triplici illi cognationi patris (nempe eorum, ex quibus uel ipse progenitus est, uel qui ex utroq; cōsistunt latere, uel qui ex ipso processerunt) quodā ueluti commento cum cognatum facimus. Sancimus enim, ut naturalis filius, qui offertur curiæ, patri solummodo legitimus successor fiat: non tamen, ut communionem aliquam habeat cum ascendentibus, aut descendentibus, aut ex transuerso adgnatis cognatisq; paternis, uel etiā cōmunionē aliquā habeat in illorum successione. *Consi* *mile priuilegiū ipsi quoq; dantes, ut siat nec cognatis patris, nec illis sit iste successor, ita nec illi ad eius uocantur successio* nem: nisi ipse uel illos hæredes scribat, uel ab illis scribatur. soli enim patri legitimi fiunt, cre dunturq; esse cognati. **SANCIENDVM** aut quoq; est, qui nam his ipsis ad ius legitimorum redactis successores efficiantur. Et quidem si talis filios habeat, aut nepotes, ex legitimis illi prognatos uxoribus, atq; (ut potest fieri) existentes & ipsos decuriones: omnino ei succedunt, qui em plus iuris in paterna obtineat substantia, q̄ legitimus filius? Si uero filios habeat, qui decuriones non sint, quancunq; illi genitos: tunc legitima portio ad curiā & in publicum decurrat. reliquum uero, quantumcumq; sit, ad eos peruenit filios, qui curiæ munijs adstricti non sunt.

Si in uniuersum nulla ei proles existat, & moriatur intestatus: dodrantem quidem habeto curia & publicum, prout iam ante à nobis sancitum est. ad reliquum uero quadrantem omnes, qui lege ad eius uocantur hæreditatem, peruenient: aut si testatus fuerit, ad scriptos hæredes deuoluetur, ex quo enim semel lex ipsum decurionem factū suscepit,

suscepit, & curiæ adscript: simul illi & successiones eius, & omnem aliam deputatam uitæ continuationem & progressum attribuit. Siquis tñ uel huic genere coniunctus, uel extraneus, uel scriptus forte testamento hæres, uel non scriptus, maiestatem adire uoluerit imperatoriam, & seipsum offerre curiæ: habeto huius agendi licentiam, ut & deputatam curiæ partem capiens, & decurio fiat, & fortunæ simul ac ciuiliu munerū successor, si maiestas ad hoc imperatoria annuerit. Si cui uero, & qui dem soli sint: integrum ei esto cum onere curiæ hos etiam hæredes scribere, & ipsa planè scriptura pro quacunq; oblatione esto. neq; opus habeto (id, quod in antiquis traditur legibus) aliquo alio additamēto, aut dū superstes fuerit, oblatione: sed indidē scripti (modo liberi sint) decuriones simul & hæredes existunt, habentq; & ipsi patrimonij dodrantē, prout pater inter ipsos eū partitus fuerit. Quod si totū quoq; assēm eis relinquere uoluerit: multo etiā præclari us egerit. Cæterū usq; ad dodrantē omnino eis hæreditatē relinquo: certò sciens, quod et si minus reliquerit, profus tamen substantiæ ex lege supplementum ad dodrantem usq; futurum sit. At illi, si quidem patrimonium cupiunt percipere, etiam decuriones sunt. Si partim amplectantur, partim recusent: eorū portiones, qui recusant, ad eos, qui amplectuntur, perueniunt. Si omnes repudiēt: tūc quasi nullis existentibus liberis, totus eo casu dodrans ad curiā peruenit. Si uero & ipse tacuerit, neq; ulla ei ex legitimis superstitibus: tūc legitima quidē portio ad hæredes ab intestato deuoluitur. Spurius autē, si uoluerit seipsum offerre curiæ: hoc faciunt, pro ut siue omnes, siue quidam ex ijs uoluerint, dodrante patrimonij omnino ad decurionē decuriones deferēdo. Insuper & si ex ancilla natos habeat, siquidē uel superstes eos, uel in testamēto manumiserit, obtuleritq; curiæ: amplexantor hi quoq; & decuriones sunt, prout testator uoluerit, ipsorum uel desiderium constituerit. nā qui se curiæ offerunt, percipiēt (ut dictū est) dodrantē. Vbiq; enim uolumus, siue testamenti tabulas conficiat, siue absq; nouissima expressa uoluntate decedat: eos, qui curiam ingrediuntur, dodrantem accipere. Verum si manu tantū emiserit, non etiam curiæ obtulerit, & hi, uel quispiam, uel quipiā ex illis sic quoq; oculos ad curiā referre uoluerint: tribuitor & hic dodrans decurioni decurionibus uel pro portione. Si uero nemo ex spurijs uel uoluerit, uel se obtulerit: tūc dodrantē curia capito. Certum autem est, quod ubiq; & eodem ordine publicū consequetur, quemadmodū de hoc à nobis proposita complectitur * constitutio. Quod igitur ad spurios, qui per ingressum curiæ legitimi fiunt, & ad modum, quo offeruntur, itemq; successiones attinet: hac planè fini à nobis sancitum esto. Ac cum tres aliæ conscriptæ sint constitutiones: Zeno quidem pientis. princeps in sua nihil fermè de futuris, sed tantum de iam præteritis sancit. quam ideo solum describi curauimus, ne eos, qui ex illa forte constitutione utilitatē caperent, propterea quod progenies eorum, quorum inibi fit mentio, hucusq; pertingit, proueniente exinde utilitate priuaremus. quomodo & constitutionem pientis. principis Anastasij, quæ spurios adoptari pmittit, tamen subditos de cætero nostros obturbare nō patimur, tamen in hoc solum poni eam præcepimus, ne si quibus aliqua ibidem reposita esset utilitas, per nostras hæc tollere uideremur leges. Semper enim boni alicuius authorem fieri oportet, non quæ ante aliquibus bona suppetunt, dissoluere. Nam patris nostri constitutionem, quæ spuriorum adoptiones magnam in se absurditatem habētes, & indistincte spurios quasi aduenas quosdam in ius legitimorum producentes prohibuit, ut castitatis studio introductam uenusteq; positam recipimus. RELIQUVM est, ut eos quoq; modos percurramus, qui à nobis inuenti sunt, legitimorum ius præbentes his, qui ante spurij existunt, quorum de successione nihil laboramus. Eo enim, quod semel legitimos eos fecimus, tribuimus unā etiam, ut illas successiones habeant, quas hi habent, qui semper iā inde ab initio legitimi constituti sunt. Si quis igitur ad liberam initio mulierem, aut etiam libertinam (cum qua tamen fas sit matrimonium colere) concubinæ loco illi adhærentem dotalia conscribat instrumenta, siue legitimorum iam filiorum pater constitutus, siue nullos eiusmodi filios habens: ut & nuptiæ legitimæ sint, & filij, tam qui antea suscepti sunt, q̄ qui adhuc gestantur in utero, æque legitimi & patri sui existant, sancimus. Et ut maxime posthac filij ei non nascantur, aut nati mortē obeant: nihilominus tamen prior proles legitima existit. Nam cū ea ipsa affectio, quæ circa progenitos iam sibi filios habuit, quæ etiam ad dotale ipsum prouocauit instrumentū, eadē posterioribus filijs ansam porrexerit, ut & ipsi legitimorum ius obtineant. absurdū sanè fuerit, bonam illam occasionē, quam postea nati inuenerunt filij, & à prioribus desumpserūt, non item prioribus legitimorum ius simul & nullis calumnijs expositam paternam dare posse successionem: cum manifestissimum sit, quod posteriores quidem filij ex lege patri sui facti

Supra Con
stit. 35.

facti sunt, præbente hoc eis dotali instrumento: dotale autem instrumentum initium & occasionem habuit ex præcedente consuetudine. Quapropter unum eundemq; ordinem utriusq; attribuimus, & exinde consecutas calumnias pluribus constitutionibus subuertimus: illo dicto, quod tamen pater alios postea filios non procreet, nihilominus tamen sic quoq; legitimos habeat filios, si dotalia instrumenta conficiat. Nam ut alij quidem ei gignerentur filij, in potestate fortasse & arbitrio fortunæ positū fuit, quemadmodū & ut nati eriperentur. cæterū significationē illā affectionis de prioribus editam, quæ nimirum uel ante dotalia instrumenta legitimorū ius adhibuit, nihil eius generis est, quod sanè penitus potuerit eripere. Mul-
toq; magis ex probabilibus rationibus hoc appositū est, si ante dotalia quidem instrumenta foris gestaretur in utero, post dotalia uero ederetur, quod is sibi ipsi auxilio sit, ut qui uel ante se editis hoc præstare possit. Adeoq; inuenta à nobis est ratio quædam, regulæ uim obtinēs, quæ pulcherrime nobis omnia, quæ de statu nascentium dici possunt, explicat. nam cum distiduum ac dubitatio incidit, conceptionis ne tempus potius, an natiuitatis attendendū sit: profus sanximus, ut propter puerorum utilitatem non tempus conceptionis, sed partus spectaretur. Ita quidem, ut si huiusmodi aliquas circumstantias & factorum species contingat excogitari, in quibus conducibilius sit tempus conceptionis, q̄ tempus partus: nostro iussu illud potius obtineat, quod nascenti magis expedit. Sed & illud lege compræhensum fuit, ut si quis progeniem suam legitimam uelit reddere, neq; suppediret uxor talium filiorum mater: aut cū incredibili amore filios complectatur, mulieris tamē mores uicio non careat, neq; dignam ipsam ducat aliquo legitimo nomine, & propterea defuncta uxore, aut indigna reputata, qui cū matrimonio coleretur: aut etiam maliciose à filijs circūuento negotio, & de industria muliere abscondita, noua forte opulencia uel per filios uel aliunde illi obueniente, ne legitimorū iure ab ipsis agnito, præorienteq; matre, pater usumfructū ut in filijs familiarū haberet. Si quis igitur nō legitimos, sed spurios tantū habeat, uel itq; eos legitimos facere, uxorem autem uel omnino non habeat, aut habeat quidem, non tamen uicio carentem, aut prodeuntem in conspectum, aut alioqui conficiendorum dotalium instrumentorum copiam non habeat (quid enim si alter eorum ad sacerdotium accesserit?) sancimus, damusq; ei licentiam (id, quod & antea fecimus) ut spurios filios per huiusmodi aliquam uiam ad ius legitimorum producat, non subsistentibus uidelicet (ut diximus) legitimis. Quemadmodum enim certi modi sunt, qui seruos ad libertatem simul & ingenuitatem reducunt, restituuntq; naturalibus: ita & si patri legitima proles non suppetat, uel itq; naturæ eos & primæ uel ingenui tati restituere (modo ex libera procreati sint) legitimosq; & in sua de cætero potestate habere: facito id per nostrum rescriptum. Neq; enim initio, cum sola natura mores & uiuendi leges distaret hominibus, anteq; scriptæ leges subsissent, differentia aliqua inter spurium fuit & genuinum siue legitimum, sed primis parentibus primi liberi (ut sub initium præsentis legis diximus) simul atq; in lucem prodierunt, legitimi facti sunt. Et quemadmodum in liberis hominibus ex æquo natura omnes liberos fecit, bella autem inuenerunt seruitutem: ita & hic natura quidem genuinas produxit progenies, diuersio uero ad concupiscentiam spurium quasi quoddam fermentū admiscuit. Vnde similibus passionibus exortis, æquum fuit, partim per maiores nostros, partim per nos, ex æqualibus & remedium inueniri. Esto igitur patri, qui matrem in priore forma relinquat, in prædictis casibus licentia, maiestati imperatoriae offerre preces, quæ declarent, uelle se spurios suos restituere naturæ & primæ uel ingenuitati, iuricq; legitimorum, ut suæ potestati subditi sint, in nullo à legitimis differentes liberis: eorq; factis, filios exinde tali perfrui auxilio. Vna enim hac ratione omnes huiusmodi excessus adinventionesq; naturæ in his, qui legitimos non habent filios, curabimus, tam paucis auxiliariis copijs tantum naturæ imperum coërcentes. Sanè si naturalium tantummodo filiorum pater per aliquos casus fortuitos id facere nequeat, moriens autem de aliqua prædictarum specierum testamentum scripserit, uolens legitimos sibi filios suos hæredes esse: damus ei huius quoq; licentiam. si tamen post patris mortem filij etiam sic preces fundant, & hoc doceant, patrisq; testamentum ostendant, & ex lege hæreditatem adeant: habent & hoc donum paterno imperialiq; beneficio, aut (quod idem est dicere) naturæ & legis. In uniuersum autem in his, qui per prædictos modos ad legitimorum ius producuntur, tunc demum ista obrinere uolumus, cum etiam filij hæc amplectentur. Nam si patriæ potestatis iura inuitis filijs dissoluere patribus permiscit non est: multo magis inuitum & nolentem filium in ius patriæ potestatis redigere, siue per oblationem ad curiam, siue per dotalium instrumentorū consecutionem, siue quocunq; alio commēto, forte paternam etiam reueritum fortunam, in-

stum non est, & maiestati imperatoriae ac legislationi proprium non facimus. Si uero multis existentibus filiis, alij amplectantur, alij reculent: eos tantum, qui id amplectuntur, legitimos fieri, ceteris spurijis manentibus. Atque haec dicimus, non ut ullum ex prioribus modis tollamus, sed ut hunc quoque ceteris, in quibus illos capere non licet, apponamus. Omnino etenim subsistentibus legitimis, deinde spurijis uel post uel etiam ante legitimos natis, nisi profusus per curiam, aut nostras constitutiones, quae dotalium instrumentorum rationem introduxerunt, ius legitimum non adiciatur. Modum uero adoptionis, qui nonnullis ante nos imperatoribus olim in spurijis non uisus est improbabilis, cum pro tenore paternae constitutionis importunum depræhenderimus nos quoque (ut dictum est) enjicimus: & quia parum & quia attente in castitate defixit oculos, decorum non fuerit, ut pulchre reiecta denuo reduncantur in rempublicam. Vnde his a nobis sancitis & manifestatis, quo conueniat modo ad ciuilitatem & legitimorum ius accedere: nihil de talium successione dicendum est. Nam in illis quoque eadem successio ratio est, quae in ceteris iam inde ab initio legitimis solet existere.

DE TESTIBVS igitur his, qui legitimi fiunt, ab his, qui spurij permanent: redigenda item iam in ordinem sunt ea, quae horum successiones respiciunt. Ac Valenti quidem & Valentiana Gratianoque pietatis, principibus primum omnium in mentem uenit clementius agere cum spurijis. * & quidem si spuriorum patri legitima subesset proles, una tantummodo uncia eos dignati sunt, in ipsam coniuncta etiam illorum matre: nihil ultra eam uel donare, uel in extrema dare uoluntate concedentes. Si spurij filij non sint, sed sola concubina, illis uidelicet, qui legitimam uxorem non habent (his enim & solis concubina habere permittitur) semiuinciam solam largientes. Si neque legitimorum ipsi liberorum parentes sint, neque patrem aut matrem habeant: usque ad quadrantem testamento illis relinquere aut donari concesserunt, idque coniuncta etiam matre. At si quocumque modo aliquid accepissent: ut id in hoc reputaretur, eo ipso, quod excurreret, ad eos solummodo, qui lege uocarentur, peruenturo, id quod etiam Theodosij senioris filij, licet non perfecte, sanxerunt tamen. Nos uero tamen clementiore antea lege usi, pro quadrante semissem ipsis (si legitimi liberi nulli subsint) pro benignitate patrum, dedimus: nunc tamen res ipsas ex insequentibus euentis perfectius simul & clementius considerantes, praesentem legem proponimus. Siquidem multa eiusmodi, cum antea perpetrata, tum nostris etiam temporibus perperam admissa, correctione dignamur, & impietate homines liberamus. Nonnulli enim cum licentiam non habeant naturalibus suis filiis, quantum uolunt, relinquendi: deliquit aliquando uiros, & haeredes eos scribunt in hoc, ut filij restituant, qui deinde aut ex hoc impie agunt, et praeuocantur uoluntatem defuncti, aut (quod omnium leuissimum putamus) etiam petierant. Tacemusque hoc loco, quam multa de illustribus personis talia superioribus temporibus delinquentibus memoriae tradita sunt. Ne igitur perpetuo huiusmodi delictum admitti concedamus, & quod in peregrinis & ijs, qui nulla nobis noticia coniuncti sunt, facere licet, hoc in naturalibus suis liberis facere homines probibeamus: propterea praesente lege sancimus, si quis legitimos filios habeat, ne istis filiis eorumque matri ultra unciam unam relinquere, aut etiam naturalibus filiis & concubinae donare possit. Nam hoc in priore constitutione ratum ducimus. Sed & si quid amplius quocumque modo dare uoluerit: hoc legitimorum filiorum fieri, & si filij non sint, sed sola concubina: huic semiuinciam relinquere aut donare concedimus. Ceterum si legitimos filios aut aliquem ascendentium non habeat: licentia esto naturales liberos uel in omnes duodecim uncias haeredes scribere, & res inter ipsos partiri, quocumque modo uoluerint, & uel per donationes (siue simplices siue ante nuptias) uel quocumque alio legitimo modo suas in illos transferre substantias. Neque enim amplius eo pacto certis opus habebunt hominibus ad impietatem aut petiurium propensis, sed per se manifeste suam disponent uoluntatem.

At si quos ascendentes habeant hi, quos praediximus: legitimam eis relinquunt portionem, quam lex & nos constituimus, quod superest, totum ad naturales liberos transmittendi licentiam habent. Atque haec de his loquimur, qui sententiam suam in scriptas seu legitimas reiecerunt uoluntates. Enimuero si quis moriatur, neque ulla omnino prole legitima subsistente (nempe filiis, aut nepotibus, aut reliqua deinceps successione) neque uxore legitima, deinde moriatur non disposita testamento substantia, & cognatio patronusue forte, aut fiscus (nam neque illi in hoc parcimus) ueniat bonorum possessionem inturbans & praetendens, habuerit autem domi, quoad superfuit, liberam mulierem concubinae loco sibi adhaerentem, ex eaque liberos (solis enim huiusmodi ista sancimus) (ubi omnino tam concubinae in domo retentio, quam filiorum exinde procreatio simul & educatio indubitata est) damus eis, ut uel intestato morientibus parentibus, paternae substantiae sextantem habeant unam cum matre partitum numero

* Vistur
ad hoc
die et
sunt in
liquis
Theod.
Cod.
lib. 4.

numero filij sint, ut scilicet unius filij portionem etiam mater capiat. Atque haec quidem si uni tantum concubinae cohabitauerit, & filios ex ea habuerit, aut etiam praedecedente concubina (morte forte, uel separatione) filij restiterint in aedibus, tunc enim praebemus eis, ut ab intestato in sextantem uocentur. Ceterum si nimium profusa libidine fuerit, & alias atque alias priori concubinas induxerit, & multitudinem fornicantium (ita enim praeclearius dicitur) mulierum habuerit, & procreatis ex his liberis decedat, multis simul domi concubinis relictis: odio dignus eiusmodi esto, & longissime ab hac lege profusus cum istiusmodi filiis & concubinis expellitor. Quemadmodum enim si quis legitime cum uxore matrimonium colat, alias super inducere constante matrimonio, & legitime liberos ex ijs procreare nequeat: ita neque post semel agnitam (quo diximus modo) concubinam & ex illa susceptos liberos, concedemus, ut si quid aliud extraordinaria praeterea libidine sustulerit, illud quoque ad successionem eius inducatur, moriatur intestatus. Nisi enim hoc ita lege cauerimus: neque inter mulieres aliqua distinctio erit, quam magis, aut quam minus amari, neque inter filios. Et nos non intemperanter ad libidinem prouentibus, sed paulo castius uiuentibus legem proferimus. Non constituimus autem inter filios differentiam, masculi ne, an foeminae sint. Nam quemadmodum natura nihil circa istiusmodi artificiosius & subtilius ratiocinatur, ita neque nos aliam de masculis, aliamque de foeminis legem hoc casu proponimus. Si uero (oportet enim per omnia nos diuertula subtilitatis iuxta ac pietatis ingredi) is, qui legitimos habet filios, relinquat & spurios: tamen si nihil omnino illis ab intestato uolumus accedere: tamen spurios a legitimis sancimus, prout decet, proque patrimonij mensura a bono uiro comprobata, id quod a nostris legibus boni uiri arbitrato dicitur, enutriti. Eodem hoc obseruando, & si quis uxorem habeat, & ex praemortua concubina progenitos sibi spurios filios, ut & illi exhibeantur, alanturque ab eius successoribus. Quod enim ad spurios nepotes attinet, ea obtinento, quae expressis iam uerbis de his a nobis sancita sunt. Certe in quibus casibus spurios filios ad successionem uocauimus, in his sane & ipsi decente erga naturales parentes animi gratitudinem conseruanto: & qua mensura naturalibus liberis secundum nostram legem parentes prospiciunt, eadem et ipsi parentes, siue in successione, siue praebedis alimentis, prout de ipsis lege sanximus, remuneranto. Quia uero in quibusdam ante constitutionibus dictum est, ut earum rerum, quas parentes filijs uel donatione conferunt, uel testamento relinquunt, ipsis etiam curatores addant, qui tamen decreto iudicis confirmantur: facimus id quoque nunc ratum, permittentes secundum quod iam constitutum est, ut mater etiam naturalium liberorum tutelam gerere possit. **POSTREMO** ultima iam nos legis pars expectat, ut & ipsa ad competentem redigatur ordinem: & enumeremus, qui tandem ne ipso quidem spuriorum nomine digni existant. Ac primum quidem quicunque ex nefario, aut incesto prohibitoque coitu (neque enim nuptias appellabimus) proceperit: is neque naturalis nominabitur, neque a parentibus educabitur, neque aliquam ex praesenti lege habebit communionem. Proinde tamen si a Constantino pietatis, principe in constitutione ad Gregorium conscripta, quaedam de talibus prodita sunt liberis: tamen ea non admittimus, quandoquidem & desuetudine iam perempta sunt. Nam Phoenicarum & Syriacarum, magistrorumque militiae, & maxime in signum, neque non clarissimorum mentionem facit: neque uult, ut ex ijs prognati naturales sint, prohibens illis etiam imperatoriae munificentiae mansuetudinem, quam plane constitutione penitus abrogamus. Haec nobis ista lege sancita sunt, & nemo omnino nostrarum legum tenebitur ignorantia, neque qui genuini, qui item spurij sint, neque quomodo ipsis legitimorum iura conferantur, aut quomodo manentes spurij humanitatem promereantur, quomodo denique & ipsi conuenienter afficiantur honore, segregati per nos ab illorum communionem, quos neque spurios esse dignamur. Quae igitur nobis placuerunt, & ad humanae imbecillitatis medelam, & naturae supplementum per hanc legem definita sunt: ea omnibus excellentia tua manifesta facito, programmatis propositis, per quae omnibus lex manifesta erit, cognoscen- tibus, quo se modo in talibus reipublicae accommodatè gerent: & nostram in animo reputanti- bus prouidentiam, quod omni alij negotio ipsorum utilitatem praeferrimus.

DE TESTIBVS.

Constit.

XC.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. praetorium Orientis
praefecto, iterum exconsule & patricio.

u

Quantum

Quanquam testium in probationibus usus propterea olim inuentus est, ne quid facile eorum, quæ inter homines gererentur, lateret: simulac tamen maior hominum animos incescit improbitas, periculum erit, ne ordo ac series rei in contrarium abeat. Plerique enim testimonium dicunt, non in hoc, ut quæ gesta sunt, elucescant, sed ut aliquando etiam obscuriora reddantur. Nam qui alia renunciant, quæ nouerunt, uel etiam quæ ne nouerunt quidem, dicunt & affirmant: næ illi ultro confitentur, nolle se, ut rerum gestarum ueritas in lucem producat, secundumque eas efferantur sententiarum. quin contra potius elaborare se, ut quæ uel nullo unquam tempore facta sint, tum renunciant, tum in condemnationem ueniant. In uniuersum itaque testimonij dictionem abrogare, ob rerum usum noxium periculosum est: cum multa sint, quæ nisi per testes renuncientur, alio pacto clara & manifesta fieri nequeant. Rursum omnibus ac uilissimo cuique dicendi testimonij potestatem facere: etiam qui nos antecesserunt legislatores, interdixerunt. Proinde & multas cautelas inuenerunt, nonnullos ipso quoque nomine & gradu testium depellentes.

Quia uero testimoniorum ratio uel post huiusmodi prohibitiones non admodum purgata existit: e re fore putauimus, si nos quoque ad ueterum hac in re diligentiam aliquid adiceremus, & unam (quoad fieri potest) falsa testimonia minueremus. Tale enim quiddam & modo sub claris. Bithynorum prouinciæ præside factum comperimus, incredibili testium falsitate in testamento ostensa, manifeste conuictorum, & postremo confitentium, cum testatrix nondum absoluto testamento efflasset animam, quosdam e testibus præhensa iam defunctæ manu, & tam in transuersum, quam recta linea ducta effecisse, ut defuncta uenerandæ crucis signum adscripsisse uideretur. Nos itaque ad ista conuersis oculis, partim de testium moribus, partim de eorum statu ac conditione, non nihil definiendum putauimus. Corroborantes igitur, rataque facientes omnia, quæ a ueteribus de prohibendis his, quos ipsi a dicendo testimonio arcent, prodita sunt: sancimus, & maxime in ampla hac & alma urbe, ubi (quod auctore deo dictum esto) honestorum bonorumque uirorum summa existit copia, ut qui in testimonium adhibentur, illa existimatione sint, atque tales, qui ob constantem sibi que consentientem famam dignitatis, militiæ, opulentiæ, aut professionis omnem longe calumniam superent, aut si tales non sint, saltem ab alijs, quod fide digni existant, testimonium habeant: non autem sedentarij, aut humi repentes, & prorsus reiectæ conditionis homines ad dandum testimonium procedant, sed quorum studia facile possint (si quid incidat dubij) eorum uitam, qui ad dicendum testimonium accesserunt, inculpatam ac honestam ostendere.

Si uero ignoti sint & undequaque obscuri, uideanturque omnino aliquid de ueritate in proferendo testimonio corrumpere uoluisse: possint etiam tormentis subijci: & iudices, si cum magistratu sint, ipsi hoc faciunt. Si alij quidam præter eos, qui magistratus gerunt: hic quidem assumant apparitorum magnificentis. Prætoris plebeij, in prouincijs uero locorum defensorum, perque eos adhibeant illis tormentorum periculum, ut hac saltem fini nihil de ueritate occultent, aut hac etiam ratione deprehendantur accepta pecunia testimonium dixisse, aut alioqui dolo circa ipsam ueritatem esse.

ET QUAMVIS antea quoque lege lata sanximus, ne qua in debitis scriptura interueniente contractus solutionum sine scriptura celebratarum probatio per testes suscipiatur, nisi secundum obseruationem inibi expressam, quæ etiamnum ualere uolumus: renouamus tamen id nunc etiam. Nam si debitum scriptura interueniente contractum sit, & solutionis sine scriptura celebratæ probatio per testes tantum prætendat a litigatoribus: ea apud iudices tunc demum suscipitur, cum ad hoc ipsum testes assumpti sunt, ut celebratæ solutioni, uel mentioni eius, quod facta iam aliqua sit solutio, cum id ille, qui pecuniam in solutum acceperat, profiteretur, homines fide digni testimonium præberent, aut etiam suo testimonio manifestum facerent.

Vana autem illa, & ueluti per transfennam atque obiter concepta testimonia nulla ratione obtineant: neque eiusmodi fugiant testimonia, quod cum per aliam quandam necessitatem interuenissent, audierint hunc dicentem, accepisse se ab hoc aurum in solutum, aut se huic debere, manifeste enim ea nobis suspecta & nullius esse precij uidentur, & maxime postquam huiusmodi aliquid & in causarum cognitione deprehendimus. siquidem cum magna pecuniæ summa soluta diceretur, duo tantum tabularij se id audisse aiebant, nullo teste præsentem: quantum debitum scriptura intercedente contractum esset, & is, qui solutionem peregerat, sciret scribere, possetque per propriam scripturam ista manifesta facere. quod semper ab eo tempore exosi, præsentis legis ansam apprehendimus. Rursum alius quidam speciem de se præbens calumniatoris, productus coram testibus & tabulario, iuratus debere se confessus est. deinde qui mercede conductus id egerat, decessit, ab altero uero, quod ille alius tantum suum testatorem profusus erat,

us erat,

fuserat, id debitum exactum est. Neque hoc postea latuit, nimirum deo non concedente talia perpetuo occultari. Quapropter neque istiusmodi testimonijs, neque confessionibus iurato apud tabularios (ut diximus) depositis credimus, ubi literarum periti sunt, qui iurato confessionem deposuisse dicuntur: cum in manu sit uel scribere, uel constituto iudicio id profiteri, & negotio fidem extra omnem controuersiam positam tribuere. neque ita, ut uera perseueret corrumpere, concedimus, neque si quid tale factum sit, admittimus: sed exigimus, ut testes ab eo, qui producit, ad hoc ipsum rogati sint, & hoc testimonijs comprobetur, sicutque (quemadmodum in testamento moris est) & ipsi rogati, & existimatione illa facta, negotiumque ita demum per ipsos probationem suscipiat: non uero testimonium solo auditu obiter conceptum, nullam testimonij præsentiam, & in iudicio factam depositionem, & subscriptionem habens de cætero ualeat.

Si eiusmodi testes non sint, quales antea diximus: etiam tormentis eos subijcere iuueamus. Si qui planè contraria sibi ipsis, aut inter se pugnantia protulerint: maxime ad eam rem iudices aduertant animum, & si circa potiore causæ partem testium contrarietates deprehenderint, istiusmodi testimonia rejiciant: his solis intenti, quæ a pluribus & maiore fide dignis prolata sunt. Si dedita opera dolo uideatur agere, & ea occasione in contrarietatem incidere: ne impunitos eos relinquunt, si destinata malicia, non (ut potest fieri) errore aliquo contraria dixisse comprobati fuerint.

QUIA UERO multi sæpenumero productis testibus, & eo tertiam iam uice facto, postquam & renunciarunt, & testificata perceperunt, conatur interpellationibus nobis faceere negocia, cupiuntque etiam quartum testes producere: sancimus, ut iudices nostri maxime ad illos aduertant, & si tribus iam uicibus testes processerint, ac denuo ab eo, qui testes produxit, & ipsi renunciauit, testificataque perceperit, testes perantur: ne omnino hos admittant, nimirum existente suspitione, ne quando ille, si priores quid omiserint, quod per publicationem testimoniorum manifestum factum sit, non iam productionem testium, sed priorum uel non testificatorum quandam appendicem, uel testificatorum emendationem appetat. Cæterum si is, qui testes produxit, testificata non percipiat, neque eorum habeat inspicendi copiam, neque ipse, neque aliquis aduocatorum eius, aduersarius uero perceperit solus, & exceptiones aduersus ea opposuerit, non ei tamen, qui tertio iam producendorum testium potestatem nactus est, hæc edat, quominus is, qui hocce produxit, per exceptiones recepta, ea denuo, quæ testificatis suis defunt, apponat: tunc quarta etiam productio testium hanc petenti danda est: præstito prius ab ipso iuramento, quod testificata neque perceperit, neque horum inspicendi copiam habuerit, neque ipse, neque aliquis aduocatus, qui eius gerat negocia: neque dolo aliquo, aut machinatione, aut arte quartam testium productionem fieri petat, sed quia testimonij per denunciationem petitis prius uti non potuerit.

Ac si id factum fuerit: ne imperiali super hoc iussione (ut antea moris fuit) opus sit, sed lex suapte natura ad hæc indulgentia sufficiat. & usque ad quartam quidem productionem testium licentia sit uti testibus, sed non post longum temporis interuallum, ne per hanc causam lites nimium protrahantur, sed omnino ipsis quædam adhibeatur celeritas, prout iudex id faciendum putauerit. Illud sanè in confesso est, quod si quis uel semel, aut bis duntaxat productis testibus, renunciatione facta, testificata percipiat consideretque, uel exceptionibus aduersus ea ab aduersario propositis, ipse has perceperit, exindeque testificata perdidicerit: nullam omnino licentiam habeat, ut ulterius testium productione utatur, neque si facta hoc iussio adiecerit.

PORRO quoniam scimus latam iam legem, si quis hic litem exerceat, neesseque habeat certam litis partem comprobare in prouincia, ut liceat iudice hoc decernente, & sufficiens spacium temporis deficiente, testes producere in prouincia, & translatis actis causam huc remittere, quo ab eodem disceptetur iudice: multæ uero de hoc nobis interpellationes fiunt, uolentibus nonnullis, qui in prouincia quidem litigant, hic uero testes habent, ut lex etiam in talibus obrineat, & ei, qui in prouincia litigat, pro testibus producendis exhibendisque omnino probationibus huc dirigendi, & referendæ ad eundem denuo iudicem litis licentia sit, etsi de prouincia in prouinciam hæc fieri petat: sancimus, ut propter maiorem copiam probationum & hoc obtineat, possitque is, qui in prouincia iudicat, ex prouincia huc dirigere, & apud unum aliquem selectissimorum a nobis deputatorum iudicum, decreto ea de re a iudice interposito, a statione dari, & ab una prouincia in aliam prouinciam aut apud defensorem aut præsidem testificationibus ex interloutione iudicis dari, ibi uidelicet definitiua sententia proferenda, ubi & lis contestata fuit: ut quemadmodum hinc in prouinciam apud præsidem aut defensores testium productionem peragi posse sancitum est, ita & de loco in locum, atque de prouincia in hanc urbem ualeat, & omnibus per omnia per facta sit probationum facilitas. ut tamen testificata in ipsis prouincijs non edantur, sed gesta,

u ij quæ

quæ traduntur testes producentibus, aut eorum aduersarijs, apud actorum publicorum monumenta sigilla suscipiant, & ita uel huc, uel in prouincias à iudicibus remittantur: ne quando (ut potest fieri) causæ natura alijs porrò testibus indigeat, & propter editionem testium excludatur accessio. His omnibus intelligendis in causis pecuniarijs. In criminalibus enim, ubi de maximis rebus uersatur periculum, omnibus modis necesse est testes prodire in conspectu iudicis, & ibi quæ comperta habent ac cognita, edocere. quo casu forte & tormentis & cuiuscumq; alij obseruationi locus erit & occasio. ENIMVERO si seruilis conditionis esse dicatur, qui testimonium perhibere uoluerit, is uero liberus se affirmet existere: si iam inde à natiuitate impletor quidē testimoniij dictio, de statu tamē quæstio in tempus exceptionū reseruator, ut si seruilis conditionis fuisse uideatur, habeatur testimonium eius pro non dato. Si se manumissum dicat: cogitor primum ostendere ipsum instrumentum, per quod libertatem nactus est, & ita testimonium dicito. Si in alia se regione libertatem consecutum aiat, aut ad manum se probationes non habere, idcō præscriptis uerbis eiurauerit: describitor quidem testimoniū, sed nisi manumissionis instrumentum ostendatur, testimonio illius is, qui eum produxit, nō utetur.

INSUPER si quis eum, qui ad dicendum prodit testimonium, inimico aiat contra se esse animo, & forte ab ipso in crimen publico postulatum iudicio: si protinus ostendatur, criminalem inter ipsos causam agitari: non procedito inter testes is, qui in tantum alienato ab hoc est animo, ut etiam de crimine ipsum publico postulet iudicio. Si alioqui inimicicias alere dicatur, aut actione contendere pecuniaria: non prohibemus, quominus is testetur, huiusmodi tamen quæstiones in tempus exceptionum reseruantor.

PRAETEREA quoniam legem tulimus, ut in pecuniarijs causis uel ab inuitis testimoniū dicatur, non cōpellendis præstare testimonium illis, qui mediatores ipsis exstiterint, & nonnulli ea lege abutuntur, neq; uolunt perhibere testimonium: sancimus, ut si utraq; pars in testimonium eius, qui mediator illorum factus est, consentiat, scq; cōrentos fore his, quæ ipse dixerit: uel inuitis ipse testimonium perhibere compellatur: ea ipsa prohibitione, quam obrem inuitum eum ad testimonium accedere prior lex nostra noluit, per consensum ambarū partiū sublata.

SCIMVS DENIQUE ET HOC multoties fieri, quod nonnulli uel ad locorum defensores, uel clariss. prouinciarū præfides, uel etiam (ut ad solet) hic apud clariss. magistrū census ingressi, & querela proposita, quod ab hoc contra leges tractati, aut alioqui affecti iniuria, damnōue inuoluti sint, uelint eius rei testes sistere. At ne posterius ipsis obijciatur, quod gesta ex una tantum parte confiterint: oportet & illum in eadem degentem urbe, ubi præstatur testimonia, à præfide aut defensore citatū, sistendis interesse testimonijs. Si interesse nolit, & respiciat, ut testificata ex una tantum parte præstata, per se utilitatem non habeat: sancimus, ut huiusmodi testimonia ita obtineant, quasi non ex una parte affectæ, sed ipso etiam præsentate per factæ essent. Nā si uenire recuset, neq; uelit audire, quæ à testibus deponuntur, quæcūq; insuper de posita publicantur, non ex inuitabili aliqua necessitate accedere impeditur: perinde futurus est, ac si interuenisset: neq; aliquam ex contumacia sua utilitatem sentiet, sed uidentor collato quodāmodo pede cominus inter se constitisse. quæcūq; uero illi exceptiones competent, his arbitrato suo utitor: eo solo opponi nequeunte, quod cū à testimonijs audiendis obstinatio quadā animi seipsum absentarit, per cōtumaciā eius ex una tantū parte factæ uideantur.

Alijs omnibus, quæ de testibus uel à nostris maioribus, uel à nobis ipsis prodita sunt & legibus inclusa, ratis manentibus, & à nostris iudicibus custodiendis, siue maiores, siue minores sint, siue in ampla hac urbe, siue extrinsecus in prouincijs: ut tractatu etiā testiū pro uirili à nobis correcto, syncerius ac religiosius lites peragi efficiamus, quas propter & oēs iudices præbere audientiam propositis in medium sacrosanctis dei eloquijs sanximus, & iusiurandam subire tam actores, q̄ reos & aduocatos iussimus: ubiq; litigantium, & iudicantium, & testimonia perhibentiū animis deum insigentes, ut per omnia lites dei memoria & præsentia puras & litigantibus à suspicione reddamus liberas. quam sanē legem obtinere uolumus exinde ut omne post futurum æuum. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimuntur legem, ea studeto excellentia tua effectui simul & fini tradere.

VT PRIMAE ET SECVNDÆ DOTIS EXACTIONE instante, nempe uiro ad secundas digresso nuptias, prior uxor, aut ex prior matrimonio suscepti liberi præferantur. Vtq; si uxor, aut is, qui dotē pro ea cōscripsit, in dotē conscripta tradere uoluerit, & maritus ea

suscipere

suscipere differat: soluto matrimonio nihilominus ab eo per ipsum conscripta exigatur donatio ante nuptias. Et ne donationem ante nuptias præstet, qui quominus dotem acciperet, in causa non fuit. Constit. XCI.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum ex consule ordinario & patricio.

P

Erueit res nuper in cōtrouersiam nobis iudicantibus, quæ & maiore animaduersione digna est, neq; clariore indigna sanctione. Quidam enim cum & initio uxorem habuisset in matrimonio, & ea amissa, deinde alteram sibi adiunxisset, dote utriq; suscepta, procreatisq; ex priorē liberis: humanis rebus excessit, secunda uxore etiamnum superstitē. Volebat igitur secunda uxor datam à se dotem exigere, freta priuilegio à nobis concessio. contradicebant ei ex prioribus nuptijs suscepti filij, prætendentes & ipsi maternā dotem. & in cōtrouersia erat, an priorē uxore non amplius superstitē, illius filios contra secundam dotem mouentes actionem, admitti oporteret. Neq; enim id priuilegij alijs, uel hæredibus, uel creditoribus, aut iam dedimus, aut adhuc damus, præterq; solis filijs. Ac multæ contentiones ea in re exortæ sunt, dicente secunda uxore, prioris uxoris dotem maritum, uel anteq; ad secundas peruenisset nuptias, insumpsisse: neq; iustum esse, ut cum maritus amplius in bonis reliquisse non inueniatur, q̄ quantum ad solā secundam dotem sufficiat, ipsa propriam quidem dotem amittat, illi uero iam consumptam recipiant. At filij ius hypothecarum protulerunt, quod omnino, si quid in bonis defunctus relinqueret, defunctæ iam uxoris hypothecæ antiquiores essent, quā secundæ. His itaq; in controuersiam deductis, illud sanē in confessio, & nostris iam expressum legibus est, quod si quid ex rebus prioris aut secundæ dotis appareat: id necesse sit aut prioris filios, aut secundā uxorem, aut si & ipsa mortua sit, eius habere filios, singulos prout aliquid se in ea re iuris obtinere ostenderit. Siquidē eo casu & actio in rem siue de dominio uindicando directe competit: & unumquēq; oportet obtinere, quod suum est, nullo indigens priuilegio. Si uero nihil earum rerum, quæ ad alterutram pertineant dotem, appareat, aut quædam appareant, quædam desiderentur: siue uxores, priorē forte matrimonio per diuortium soluto, & dotis exactione mulieri competente, siue ambæ mortuæ sint existentibus filijs, siue altera ex his: potiorē esse in his, quæ desiderantur, priorē & ex ea prognatos filios, antiquiorē rem dotem prætendentes. Idem dicere fas est, & de nepotibus, & pronepotibus, & reliqua deinceps successione, cuiuscumq; sexus sint. Quemadmodum enim, si duo debita sint fiscalia, necesse est antiquius debitum potius esse posteriore: ita & hoc casu necesse est priora priuilegia primæ doti tribui, & secunda secundæ, neq; dotem præferre doti, neq; hypothecam hypothecæ: sed quod antiquius est, & plus habet temporis, id manere propriam firmitatem & prærogatiuam obtinens. Nam tempora hypothecarum mutare aut tollere, nulla ratione sustinemus. Atq; hæc dicimus, non quod ignoremus, alibi quoq; ista in nostra determinata esse legislatione. quia tamē omnino apud nos agitata sunt, & diuersas ea res quæstiones habuit: propterea etiā ad præsentis legis condendæ necessitatē deuenimus, non ut hoc primū tempore id sanciremus, sed ut omnibus id manifestius & clarius redderemus. SED ET ILLVD, quod prioribus temporibus cū obscure sancitū, tū raro in iudicijs perpensum fuit, apertiore denuo lege complectendum, & reuocandum in usum, deducendumq; in iudicia putauimus, ut in commune omnes ibi repositum habeant auxilium. Si enim coniungantur aliqui inter se, dotalibus & donationis ante nuptias instrumentis interuenientibus, deinde maritus quidem ante nuptias donationem offerat, uxor uero dotem conscribat, uel ipsa hanc præbitura, uel patre aut aliquo extraneo dante, quæ postea dos per totum tēpus matrimonij marito soluta non perhibeatur, cum ille matrimonij onera pertulerit, & matrimonium morte mariti dissoluatur: haud sanē iustum fuerit, eam quæ coniugi dotē non dederit, donationē ante nuptias percipere. Si uero dederit quidem, non tamen in solidum, tunc & ipsa donationem eatenus exigat, quatenus dotem obrulit. Aequitatis namq; & iusticiæ amatores sumus, eamq; cū in alijs oibus rebus, tum etiam obtinere uolumus in matrimonijs. Vnde quæ nihil obtulit, nihil capito. quæ minus dedit, q̄ se daturam professa est: tantum recipito solum, quantum obtulit. estoq; & hoc præsentī legi pulchrum incrementum, multa decernenti, quæ cum semper in controuersia sunt posita, uix tamen hoc tempore ad legislationem deducta sunt.

u iij LVD

LVD quoque legi adijcere bonum est, quod mota quaestio similiter nobis necessarium ad legislationem fecit. Porro si uxor dotem debeat, & cum eam dare uellet uel ipsa forte, uel qui hanc pro ipsa praestaret, quicumque tandem sit, siue propinquus, siue extraneus, nempe dote uel a patre data, uel ab extraneo, hoc est (ut uerba legis sonant) dote uel profecticia, uel aduenticia existente: maritus, aut huius forte pater, aut auus eam suscipere nolit: mulieris autem pars hoc ipsum testatione complectatur, & parata sit soluere, aut (quod maius est) exhibeat etiam & offerat fortasse, & si in mobilibus rebus consistat, sigillis impressis secundum legem deponat, aut cupiat haec fieri uel ex una parte in iudicium progressa, atque hinc ex iudicio digressi quidam parti ista mariti renuncient, quae sic quoque dotem accipere differat: ne possit soluto matrimonio propterea exactionem donationis ante nuptias declinare, quod dos data non sit. Nam qui dare uoluit: simulatque perceptionem qui capere rogatus fuit, recusat: ad similes ei est, qui dedit. Atque hoc una cum ceteris in dote obiecto. Quemadmodum enim si mora contracta dotem non det, ut denegetur quoque illi ante nuptias donatio, introduximus: ita & si dare uoluerit, deinde industria perceptionem qui capere debet, recuset, damus ei donationis ante nuptias soluto matrimonio exactionem, quantum dotem culpa mariti non intulerit. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea studeto excellentia tua effectui & fini tradere.

**DE IMMENSIS DONATIONIBVS COLLATIS
in filios. Constit. XCII.**

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosissimo, per Orientem praetorium praefecto, iterum ex consule ordinario, & patricio.



Verum quidem ad Falcidiam illiusque portionem attinet, iam ante determinauimus, non ignobili ipsa & contemnendo incremento aucta. nam nimia illa inaequalitas placere nobis non potuit. Praeterea quos ex filiis pater uult, praeferre quidem conuenit: sed non in tantum depauperare ceteros, ut eam depauperationem perferre nequeant. Lata igitur a nobis lege in sua firmitate permanente, illud uolumus, ut si quis immoderatam donationem in quempiam aut quospiam filiorum suorum faciat: necesse habeat in hereditatis distributione tantum cuique filiorum relinquere, quam magna pars erat legitima, antequam pater donationem in filium aut filios hac ipsa honoratos conferret. Ita enim donationes amplius in crimen non uocabunt, cum in uniuersa patris substantia legitimum habeant, ad eum modum eius mensura aucta, quae & pater in bonis habuit, antequam donationibus patrimoniū exhauriret. Nequeuntibus filiis donatione honoratis dicere, se contentos imoderatis illis donationibus, abstinere paterna hereditate decreuisse. quin tamen non cogantur paternam hereditatem agnoscere, si donationibus contenti sint: omnibus tamen modis necessitatem habentibus, ut quod inde excurrit, ea mensura, qua diximus, cum fratribus exaequant, ne per donationum immensitatem minus illi habeant, quam debetur legibus. utpote cum patri, qui mediocriter circa reliquam progeniem affectus sit, liceat utique his, qui magis ab ipso diliguntur, amplius aliquid largiri, non uero per huiusmodi immensitatem in illos alteros profusam reliquos liberos oblaedere, & a nostro discedere proposito. Et quantum in initio quoque ea nobis res in animo resederat: ad tempus tamen id extrahentes, prius humanarum mentium periculum facturi, quia penitus ad id genus affectiones prolabi eos deserrimus: propterea illi nunc legi hanc appendicem adijcimus. Ceterum haec de his liberis loquimur, qui se gratos erga ipsos perhibuerunt, non de ingratis, & quibus pater ueram legitimamque ingratitudinem obijciat. Nam si res ita se habere uideatur, & ingratitude causa comprobentur: sunt contra ingratos filios propositarum legum praescripta rata, in nullo per hanc nostram legislationem minuenda. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea studeto excellentia tua effectui & fini tradere.

**DE APPELLATIONIBVS, VT SI MOTA APVD
appellationis iudicem causa litigatores ad arbitros deueniant, intereaque
temporis biennium decurrat, & contingat denuo causam ad ap-
pellationis redire iudicem, ne biennij decursus obijciatur.
Constit. XCIII.**

Imp.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosissimo, per Orientem praetorium praefecto, iterum ex consule ordinario, & patricio.



Subditorum nostrorum interpellationes legum nobis ad salutem collatorum conscribendarum ansam praebent. Siquidem nonnulli interpellationem nobis fecerunt, uolente lege, ut is, qui prouocasset, & per biennium tacuisset, aut etiam cum coepisset agere, litem non persequeretur, actione appellationis excideret, & ne confirmata iam sententia liceret ulterius progredi, sed alteri ea abire in rem iudicatam: tam se, quam aduersarium suum, cum lis ageretur in iudicio excellentiae tuae, a coepta apud te actione destitisse, & communi consensu compromisisse in arbitros, apud quos & scripto congressi sint, & bene multa disceptarint. Postea contemptis compromissariis iudicibus, litem a se motam non prosecutos esse, sed decurso biennio aduersarios suos improbe hoc sibi sumpsisse in usum, quod istiusmodi lis in iudicio tuo amplius tractari nequirit, sed biennio semel praeterito iam pro iudicato & confirmato haberi deberet: cum ille tamen propterea apud gloriam tuam litem prosecutus non sit, quod causa ageretur apud compromissarios iudices.

Sancimus igitur, ne praedicta controuersia, ex qua haec nobis renunciata sunt, decursu temporis aliquid damni sentiat, neue iudicis sententia semel prouocatione suspensa rata sit, sed denuo apud gloriam tuam examinetur, & legitimum terminum accipiat, etsi plus millies biennij spacium decurrerit, aut decurrat. De cetero uero in omni controuersia, in qua huiusmodi aliquid eueniat, & medio tempore, dum apud appellationis iudicem moueretur, aut ea nondum mota, in alios compromittatur, & per hoc biennium, intra quod appellationis iudices oportuerat litem decidere, excedat, & quocumque casu lis denuo redeat ad appellationis iudices: alijs omnibus partibus uti fas esto, ac si appellationis iudicium ne deseruissent quidem. ceterum progressi ad arbitros, biennij decursu uti nequeunto. nam qui semel alios delegit iudices, is sane silentium per hoc iniuria affecto iuste non obiecerit, quodque ex compromisso factis iudicibus fide habuerit, & propterea litem prosecutus non sit, aut istic liti non satisfecerit, quia apud illos iudices ageretur controuersia. Haec itaque in omni controuersia tum a iudicio tuo custodiri uolumus, tum ab omni alio, quod forma appellationis iudicat: ne quid circa subditos nostros agatur, quod gratiosum non sit. Ceterum si post relictos compromissarios iudices biennale tempus praetereat: tunc corroboretur confirmeturque sententia secundum nostras de hoc latis constitutiones. Quod quidem in controuersijs deinceps eo modo euenturis obtinere uolumus: omnibus alijs, quae de exercendis appellationibus prioribus prodita legibus, & a nobis in legum codicibus descripta sunt, in sua firmitate manentibus.

**VT SINE VILLO IMPEDIMENTO MATRES FILI-
orum tutelam suscipiant, licet obnoxios eos sibi habeant, aut etiam ipsae
illis obnoxiae sint, quauis iuramentum non praestent, quod nupti
as iteraturae non sint. Constit. XCIII.**

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosissimo, sacrorum per Orientem praetorium praefecto, iterum ex consule & patricio.



Descripsimus nuper de curatione minorum legem, deprehensis ex crebra causis a nobis iudicatarum multitudine maleficijs, quae circa ipsos admittentur: ne quis eorum, qui uel minoribus essent obnoxii, uel quae se habere ipsos dicerent obnoxios, ad curam gerendam accederet: quominus administratione rerum accepta, maliciose circa minorem aliquid delinqueret. Sed quia matribus uolentibus curam gerere, & tam secundum ueteres, quam nostras leges ad curationem accedere petentibus, praeter animi nostri intentionem perperam lex nostra est opposita: uolumus, ut a lege, quae ista dicit, matrum personae eximantur. Primum enim prohibere nunc, quod pro minoribus semper introductum fuit, absurdissimum ducimus. deinde nequiquam in eundem aliquis ordinem matrem & ceteros collocauerit. nam matrem quidem pius ille & a natura insitus circa liberos amor ut plurimum suspicione liberam reddit: qui uero nullam erga liberos necessitatem habent causam, cum his maternus animus merito conferendus non est. Unde licentia esto matribus secundum ueterem obseruationem renunciantibus, & res suas

suas pignori obligantibus (prout prius in usu fuit habitum) & filiorum tutelam suscipere, neque huiusmodi exceptionem metuunt, sed eo loco res illarum sunt, quasi de hoc negotio quidem lex scripta fuisset. Quapropter siue dotes, siue ante nuptias donationes exigant, siue alia debita habeant, siue matres contra minores, siue minores contra matres, paternarum forte rerum occasione, uel etiam suarum (multa enim aliquis, ad animi curam ista reuocans & dispiciens, inuenerit) sunt ex utraque parte illibata, secundum priores constitutiones & iudicanda, & administranda, siue legitimorum, siue naturalium filiorum curam mater suscipiat. Quia uero magna in hoc religione ducimur, ne temere per magnum deum iuramenta præbeantur, uiolenturque: propterea & illam legem corrigendam putauimus, quæ uult, ut matres, cum filiorum suorum curam suscipituræ sunt, antea iuramentum præstent, quod ad secundas non peruenient nuptias. Et toties scimus præuariatam in legem, & iusiurandum ad periurium deductum, quoties penè præstitum est: ut euidentissimum peccatum sit, id iusiurandum inferre, quod statim atque præstitum est, uiolandum sit. Neque enim si aliquot iusiurandum obseruauerunt, propterea oportet & eas, quæ id ipsum dehonestant, impietatis in deum exitum de occasione habere. Nam quod raro fit (sicut etiam uetus prudentia docet) non obseruauit leges latentes, sed quod fit in uniuersum, id & respiciunt, & adhibita medicina curant. Quapropter sancimus, ut omnis quidem alia obseruatio, quam in matribus custodimus, priore forma obtineat, & simul Velleiano senatus consulto, omnique alio auxilio renunciet, simul omnia agant, quæ prius definita sunt. Iusiurandum uero non præbeatur, sed sufficit sola renunciatio, cum de omnibus alijs, tum etiam de secundis facta nuptijs, nullo de hoc præstando iuramento. Simul atque uero secundis se nuptijs iunxerit: protinus à tutela depellatur, & eadem agantur, quæ forte & si iurasset, semel in iudicio mentita, suarum confessioni ac depositioni secundas præferens concupiscentias, sustineret. Hæc igitur lex ad tuendam pietatem posita est, sancita et enim ista à nobis sunt, ne deo debitus honor in aliquo afficiatur contumelia. Unde & iam inde obtineto, excellentia tua in omnibus hanc legem prouincijs manifestam faciente. Hic enim gloriosiss. huius almæ urbis præfecto, cui huiusmodi res curæ sunt, de his conscripseram legem transmittemus, ut eius & clariss. prætoris prouidentia, ad cuius curam hæc pars pertingit, in omne æuū custodiatur. Et iam inde obtineto, ut in omni pupillari substantia summa cautela adhibeatur, tum circa res minorum tuendas, tum uero maxime circa inuentaria cum diligentia describenda, tam præsentem clariss. scriba, cui talium negotiorum sollicitudo commissa est, quam etiam cæteris, qui ex more interuenire solent: dandis ite accurate ipsis fidei iuramentis, & omnibus agendis prouidentia clariss. prætoris, ad cuius curam hæc pars pertinet, quemadmodum nostris promulgatum est legibus. Proponetque etiam in hac regia urbe, ut omnibus manifesta sit, & neminem lateant, quæ à nobis sancita sunt. Legem enim, quæ id concernit, quomodo oporteat custodiri in prouincijs, gloriosiss. præfectis sacrorum nostrorum prætoriorum transmittemus.

**UT MAGISTRATVS A DEPOSITA ADMINISTRATI-
one quinquaginta dies commoventur in suis prouincijs, siue militarem,
siue civilem functione gesserint. Constit. CXV.**

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto,
iterum ex consule ordinario, & patricio.

Sancimus quidem legem iam propositam, quæ uult, ut qui in magistratibus uersantur, siue civilibus, siue militarijs, neque si magistratu defuncti sint, prius inde possint discedere, quam per quinquaginta dies in metropolitibus sub publico conspectu commoventur, omnibus conuenire eos uolentibus responsuri: & ut neque per causam, quasi huc euocati sint, prouincia possint excedere: sed & si quid eius modi egerint, ut iterum remittantur in prouinciã. Sed comperimus nonnullos tam exsuperanti præditos esse audacia, ut uel hac lege proposita, nihilominus antequam magistratu defungantur, audeant deserere prouincias, & ad hanc almam accedere urbem metu rerum ab ipsis gestarum, & ne pœnas luant eorum, quæ deliquerunt. Sancimus igitur, ne qui prorsus cuiuscumque prouinciæ præfidi, siue in oriente, siue in occidente, siue ex alterutra parte, prius licentia sit eius prouinciæ deserenda, quam magistratum deponat. sed & (renouamus enim, quod obsoletum est) ut eo deposito, per quinquaginta dies sub publico aspectu commoventur in prouincia, cui

cia, cui præfuit: referatque in acta publica eum diem, quo discedit ex prouincia, ut perspicuum sit, in rebus ne gestis suis fiduciam collocet, an non. Si quis uero magistratu deposito, non per solennes postea dies ibi locorum commoretur, omnibus seipsum ostentans in publico, sed ex prouincia fugam capessat: ea, quæ ante iam à nobis de his sancita sunt, obtineant. Præterea si quis magistratum siue militarem, siue civilem, uel adhuc gerens, uel eo abdicatus, prouinciam relinquat: is sanè magistratus, qui absque iussione nostra hæc reliquit, tum criminis perduellionis reus esto, tum denuo in prouinciam remissus, postquam his, qui crimen ei ingerunt, responderit, ut perduellionis reus extremum supplicium excipito. Illud omnibus prædictum uolumus, ut quem quisque magistratum suscepit, eum & tueatur. neque facti eius magistratus successores, cum longius adhuc à prouinciæ finibus absint, edicta (ut uocant) de aduentu suo mittant: neque cum decessores remoueat, iter ipsi per ocium conficiant, aut etiã hic moram trahant, aut demigrant prius ad alias regiones, inuisuri forte patriã, & quæcumque alia delicati dissolutique homines facere consueuerunt: sed celeriter ad officium, cuius habenas susceperunt, proficiscantur, ne cum illi desinant, hicque nondum adsint, ita prouincia magistratu careat. Quin ante duos duntaxat dies, quam prouinciam ingrediuntur, in qua est, qui magistratu defungitur, ad eum amice conscriptam mittat epistolam, quæ uelit, ut cohors præmittatur in eius occursum. Atque ex eo tempore annonas percipiat, ex quo iam cum magistratu est, & hunc administrat: neque tempus discernatur codicillis magistratus, & iussionibus throni tui: sed ex quo quidem (ut dictum est) ipse prouinciam ingreditur, ex eo etiam publicas annonas capiat. Eo usque autem hæc percipiat ille, qui administrationi præfuit, & præterea nemo omnium. Neque enim tolerandum ferendumque est, ut prorsus absque magistratu relinquatur prouincia: ut cum à nobis designatus aliquem præficiat, qui locum suum impleat, hominem forte rerum gerendarum imperitum: is, qui in ipso actu est positus, uel prouincia excedat, antequam tempus intersit, uel defraudetur annonis, quas æquum est eum percipere, usque dum deponat magistratum. Deponet autem eum, cum successor ingressus fuerit prouinciam: ante duos tantummodo dies, quam prouinciam ille ingreditur. Quæ omnia obseruari à throno excellentiæ tuæ uolumus in perpetuum. Et mox ubi cognoueris præfide ipse prouinciæ: ex illo tempore & annonas in successorem transfero. Alioqui decessori eas, prout à nobis constitutum est, erogato tantisper, dum successor ingressus subditis se ostendat in prouincia. Quæ igitur nobis placuerit, & per hanc sacram declarantur legem, ea studeo excellentia tua effectui & fini tradere.

**DE EXSECUTORIBVS, ET HIS, QUI CONVENI-
untur & reconueniuntur. Constit. CXVI.**

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum
præfecto, iterum ex consule ordinario & patricio.

Quoniam calumniantes odimus & summo studio ac cura auersamur: propterea istiusmodi actiones existimauimus legitimo indigere remedio. Didicimus enim, quod quidam non habentes ullam obligationem, sed una statuentes uoluntate, cum his, qui causas exequentur, conueniunt quosdam. deinde libellos dirigunt. & dum damnum pertulerint fugientes, deserunt eos, & proficiscantur inarabile eis dantes dispendium. & hoc adhuc amplius in prouincijs committitur, communiione lucrorum ipsis conuenientibus & causarum exsecutoribus proficiente. Ne igitur hoc iugiter committatur: sancimus, non aliter actores libellos dirigere, & damni occasionem præbere conuenio, quam cautionem exponant & in fugientem & negocij exsecutorem, quod intra duos menses omnibus modis lites contestatione faciant apud iudicem: aut si non hoc egerint, omne damnum eueniens conuenio restituent in duplum, non transcedent cautione triginta & sex aureos. **ILLVD** quoque competentem promereri correctionem decet. Adijt nos quispiam docens, quod cum obnoxium sibi aliquis apud quendam gloriosiss. nostrorum magistratum reum fecisset: is deinde in crimen postulatus, cum & ipse eum, qui accusationem intulerat, haberet obnoxium: hunc ad alium protraxerit iudicem. atque ea re præter opinionem aliquid factum esse. Ex quo enim uterque pro se accusatoris partes tenuit, misera bile quiddam iuxta & ridiculum eodem tempore accidisse. nam simul atque aliquis suam uellet mouere litem: protinus qui ex aduerso accusatione parauerat, ad alterum, quem ipse fortis erat iudicem, ipsam protraxit: & ita alter alterum mutuò uexantes, immortalem litem exercuerunt. Sancimus igitur, ut si quis obnoxium se habere arbitretur eum, qui contra ipsum

ipsum accusationem proposuit: nõ apud alium iudicem, sed apud eundem statim ab initio huc accuser, ut idem iudex in utraq; controuersia sit. Quod si forte iudex, apud quem iudicium sortitus est, ei displiceat: licebit & hoc ei corrigere. Nam cum uiginti nos dierum spacium post libelli oblationem cõcesserimus, post quos litem contestari oporteat: licebit intra prædictum interuallum illum quidem recusare, alio uero perporiri: apud quem rursus utraq; litem consimiliter exercere cõueniet, non autem istiusmodi artes cõminisci, sed unumquemq; suo iure uti. Cæterum si tacuerit, post deinde litem uoluerit apud alium mouere iudicem: necesse habeat expectare terminum contra ipsum introductæ litis ab eo, qui in ius ipsum protulit. Et ubi his acceperit terminum, tunc suam causam apud alium proponat iudicem: quo magis ea ratione huiusmodi artes & mutuas ipsorum læsiones tollamus. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram nostram declarantur legem, ea studeto excellentia tua esse tui & fini tradere.

DE AEQUALITATE DOTIS ET DONATIONIS ANTE
nuptias. habet autem & alia capitula. Constit. XC VII.

Imp. IVSTINIANVS A. Io. ami gloriosiss. Orientalium prætoriorum
præfecto, iurum exconsule ordinario & patricio.



Voniam multas in legibus quæstiones moueri uideamus, tum de primis ortus nostri principijs, hoc est de nuptijs procreationeq; liberorum, tum de extremo ex hac uita excessu, quo in genere ultimæ uoluntates & testamenta continentur: subiit nuper animum nostrum cogitatio, paulo accuratius inquirere & perdiscere, quid tandem antiqua lex in dotalibus instrumentis sibi uoluerit, quod cum æqualem in nuptijs pactorum inter se modum tam masculis, q̄m sceminis esse uelit, eamq; contrahentium inter se æqualitatem ueluti ad stateram expendat, neq; huic quidem dimidiæ forte portionis stipulandi potestatem facit, illi uero tertiæ aut quartæ, sed de medio attractum libratumq; pactum ex utraq; parte eiusdem ponderis esse expetat, nempe utriusq; uel dimidiæ collocans, uel tertiæ, uel quartæ, uel quacumq; tandem contrahentes uelint: non multo prius perquisierit, ut in his, quæ ita dantur, æqualis modus sit, sed his quidem permittat uel mille, uel duo aureorum millia, uel quantumcumq; uoluerint, offerre, illis uero non tantundem, sed aliquanto etiam minus: quasi æqualitas in solis uerbis nudisq; literis, non ex ipsis rebus spectanda sit. Ante omnia alia igitur hoc corrigimus, ut in dotalibus, & nuptialibus donationibus, tam oblationum, q̄m stipulationum æqualia pacta sint: & tam magnam quantitatem maritus conscribat, quantam & uxor: tantundem quoq; in stipulatione deducat lucri, exq; tam magna portio, quantam uoluerint, dum mensuræ æqualitatem obseruent. alio enim pacto iusticiæ & æqualitatis ratio conseruari non poterit: nisi forte (ut in promercijs solet fieri) mutuo se circumscribant, & cum æquales stipulationes fecisse uideantur, re ipsa inæqualis permaneat effectus, non eadem & consimili prius quantitate in oblati rebus constituta. aut sanè lex undiq; ridicula fuerit, si cum ille duo aureorum milia cõscribat, mulier uero sex milia forte in dotem offerat, stipulenturq; quartam eius, quod instrumento compræhensum est, lucrifacere: deinde sub euentum lucri hæc quidem nihil aliud lucretur, q̄m quingentos aureos ex quarta, ille uero ex eadem quarta mille quingentos, & ueluti in ænigmate una quarta multo altera maior appareat. nã ex purulenta illa æqualitate suapte natura fœda quædã & absurda inæqualitas perficiet.

Quæ igitur ante hoc tempus dotalia instrumenta composita sunt, eo pacto obrinento, quo conuenta sunt & constituta, quod enim factum est, in seculo manere, impossibile est. De cætero autem in uniuersa imperij nostri ditione sancimus, ut & oblationes æquales sint, & lucrorum modus item æqualis pacto compræhendatur, ut per omnia iusticiam & æquitatem colamus. Nam si quis altero ditior sit: licebit alia ei ratione legitima & nostris legibus cognita erga alterum se benignum præbere, non autem per inæqualitatem, quæ æqualitatem simulet, maius alteri lucrum asserere. Atq; hæc quidem de illo lex ad istum se modum habeto, omnibus suam ostentans iusticiam. SED ET ALIUD quiddam ex his, quæ circa nuptiales euenire oblationes solent, contemplati sumus considerauimusq; nempe quod augmentum dotis concernit. Ex quo enim tum decessoribus nostris, tum nobis ipsis de augmentis dictum est, & multa ac numerata difficilia de talibus hac etiam parte ad uetustatem commemuramus, excogitatas ab aliquibus circumscriptiones tollentes, & incorruptam iusticiam conseruare

seruari uolentes, & illud corrigimus. dedimus enim priuilegium dotibus, ut contra antiquiores hypothecas potiora iura haberent: nimirum his, qui cum maritis contraxerunt, secutis fidenter & modum substantiæ illorum, non mulierum, quæ eo forte tempore prius contrahentibus maritis nondum iunctæ fuerunt. dedimus etiam licentiam (id, quod sanè antiquum est) augmenta facere, permittentes id tam marito, q̄m uxori, siue utriq; siue alter horum augmentum facere uellent. Principio igitur, ne qua fiat circumscriptio, illud sancimus, ut si quis augere dotem aut propter nuptias donationem uelit: non liceat alteri quidem id facere, alteri uero manere in prioribus, sed augmentum æque ex utraq; parte celebretur, neq; ea res (ut prius) posita sit in arbitrio, sed in necessitate, penitus tamè æquali quantitate, id quod etiam patris nostri constitutio dicit. Et ne augmentum non re ipsa & uere fieri contingat, sed simultaneè & colore quæsito, & maxime ex parte mulieris, ut mariti creditores freta priuilegio circumscribat: siquidem res utriusq; immobiles habeant: pulchrius fuerit, incrementum in immobilibus fieri, quo magis clarum & extra controuersiam positum sit, quid prius adfuerit, quid postea accesserit. Si res utriusq; immobiles non sint: uxor quidem omnino augmentum celebret in immobilibus: ut tam dos, q̄m augmentum consimiliter ex omni parte contra antiquiores creditores priuilegium habeant, scilicet accessione nullam in se recipiente controuersiam. Maritus uero etiam in mobilibus augmentum facito. nihil enim exinde damni oritur.

Cæterum si mulier rem immobilem in bonis non habeat, sed augmentum in mobilibus conscribat: certa esto, quod priuilegium habitura non sit, nisi in pristina dote duntaxat, nõ item in simultaneo forte augmento. nã quod initio exstitit, hoc in uniuersum omni suspicione solutum est: quod postea per machinationem accessit, inducit & præ se fert defraudandorum creditorum consilium. neq; ratione aliqua uolumus, ut homines per priuilegium a nobis concessum dotibus oblatantur. Si nullus æs alienus mariti sit, neq; suspicio aliqua fraudandorum creditorum: tunc & in numerata pecunia, & quo modo uolunt, augmenta ab ipsis celebrentur: ut tamè augmentum uel sic celebratum utriusq; parem quantitatem habeat, quomagus æquitatem tueamur. quæ enim ea in re subesse possit suspicio, cum maritus nemini sit obnoxius, & propterea augmenta absq; negotio procedant. HIS CONSEQUENS est & quod in huiusmodi casibus controuersiam habuit, ad meliorem statum redigere. Scimus nonnullas hypothecas ex priuilegijs a legibus ipsis concessis, tempore posteriores cum sint, uel antiquioribus creditoribus præferri: nempe cum quis pecunia sua effecerit, ut uel nauis ematur, extruatur, aut reficiatur, uel forte domus exædificetur, uel etiam ager comparetur, aut aliud quiddam. In omnibus enim hisce posteriores creditores, quorum pecunijs res uel cõparata, uel renouata sunt, potiores sunt his, qui uel multo antiquiores existunt. Quæ situm est igitur, si mulier prætendens in ueteri dote & augmento priuilegium (quatenus tamen id priuilegium, ut prædictum est, seruatur) prioribus præualere uelit creditoribus, ueniat autè & alter creditor, qui licet tempore posterior sit, prætendat tamen suis pecunijs comparatam quæsitam uel nauem, uel domum, uel agrum, & conuenire, ut in ijs rebus, quæ suis pecunijs comparata quæsitæ sint, prædictum priuilegium habeat: utrum dotem oporteat etiam huiusmodi præferri, an uero alijs quidem creditoribus, qui talia non prætendant, præualere debeat, his autem cedere, quandoquidem per ipsorum substantiam ea res quæsita fuerit.

Ac longa sanè deliberatione de his habita, inuenire tamen nõ potuimus iuste mulierem talis alicui cedere priuilegio. Videmus enim, quanta ex ea re secutura sit absurditas, si ignobilioribus quædam mulieribus ex corpore suo accedat quæstus, exindeq; uictum habeat: bene uero & pudice educatis, & insuper tam se, q̄m substantiam suam in domum mariti deducuntibus non solùm nullus ab improbe uitam degentibus maritis quæstus accedat, sed etiam adigantur ad paupertatem, neq; aliquid præterea spei habeant reliquum. Vnde secundum hæc uolumus, ut quamuis alterius tandem pecunijs aliquis comparasse agrum, aut refecisse domum, aut etiã prædium emisse uideatur: nequeant tamen id genus priuilegia mulieribus opponi. Nam & inbecillitatem muliebris sexus satis nouimus, & quod facile contra ipsas circumscriptiones procedunt. deminui uero ijs dotem nulla ratione concedimus: cum satis sit, quod lucris careant, etsi tempore prior inueniatur donatio ante nuptias. & cum satis magna illis exinde iactura proueniat: non uolumus, ut item de ipsa dote in periculum ueniant. Quia uero & huiusmodi aliquæ nobis interpellationes factæ sunt, quod quidam aliorum pecunijs militent, oporteatq; eos, qui in hæc causas mutuũ dant, præferri: sancimus, si quis occasione militiæ, uel ut aliquis referatur inter statutos, uel ob alias huiusmodi causas reuera aurum mutuũ dederit, & id ipsum expressis uerbis descriptũ sit in instrumento, & de hoc pactum conuentum sit, ut

fit, ut casu factu, solus is potior sit, qui in hanc causam credidit: ut in hac sola specie mulier ce-
dat: nō temere illi habenda fide, ne per testes quidem, nisi negotium interueniente scriptura
confectum sit, & testium subscriptiones habeat, & ipso actu processerit. tunc enim, si per omnes
huiusmodi vias negotium decurrat, suspicione uacat: & cōuenit, ut qui isto modo contrahūt,
suis rebus non defraudentur. Omnibus alijs praualeat mulier iuxta priuilegium, quod iam
ipsis à nobis concessum est. PRAETEREA quia legē iam descripsimus, ut pater, qui se
mel dotē dedit, p. filia, uel sub eius potestate cōstituta, uel sui iuris facta, ita ut denuo dos sibi re-
stitueretur, tacitam ex stipulatu actionem haberet: quāritur ab aliquibus, an conueniens sit, ut pater,
qui semel dotem dedit, possit genero mortuo, & data à se dote ad ipsum redeunte, filia ad se-
cundas perueniēte nuptias, hanc minuere: an uero facere nequeat, cogitatione huius, quod se
mel à sua abalienata sit substātia: sed in eadē mensura illi nubenti dare debeat, ac si neq; uidua
facta esset? Siquidē nobis per suggestionem modo nunciatum est, quod cum pater quispiam
triginta auri libras filiaē in dotem dedisset: mox filia ad uiduitatē deducta, & secundis iuncta
nuptijs, nō iam triginta hasce libras doti obtulerit, sed tantū quindecim, eo quod mulier par-
tem donationis ante nuptias in quindecim auri libris consistentem lucrata erat: & pater non
amplius de suo triginta libras obtulerit, sed de suo quidē tantū quindecim, ex lucro uero mulie-
ris alteras quindecim. Nō iustū igitur hoc esse putauimus, sed filia in diuisione haredita-
tis similiter tam lucrum donationis ante nuptias praeipuum habeto, quā ex bonis paternis
reliquas quindecim percipito, quasi pater studuerit eam iniuria afficere. Quid enim fecisset,
si non contigisset secundis eam nuptijs iungi, sed generum eius manere superfitem? aut quo-
modo dotem à se iam datam minuisset, aut in lucrum suum conuertisset, aut in dotem secū-
di mariti perduxisset? Atqui oportet hanc ipsam in paraphernis habere, & per hanc causam o-
pulentiori forte se marito coniungere, non solum triginta librarum dominā existentem, scilicet
quindecim donationis ante nuptias, & quindecim à patre oblatarū, sed quadraginta quin-
q; tam lucro, quod illi fortuna dedit, cōsistente in paraphernis, q̄ etiā eo, quod ex paterna libe-
ralitate oblatum est, illibato permanente. Hāc autem sancimus, si quidem patris substā-
tia in eadem forma permaneat, in qua prius fuit. Nam si fortuitus aliquis casus labefecerit il-
li patrimonium, ut neq; si uelit, potis sit eadem mensura, qua prius, denuo dotem dare, & ma-
nifeste paternae per fortuitum casum substantiae ostendatur depauperatio: tunc pater, qui ite-
rum filia iungit matrimonio, amplius dare nō cōpellitor, quā ferre possunt uires patrimo-
nij: eaq; cum prioris donationis ante nuptias lucrum illibatum habeat, tam magnam à patre
dotem pro secunda uice capito, quantā substantiae eius modus subscripserit. Constat etenim,
quod hoc lucrum (nempe donationis ante nuptias) cuius ei tantummodo usum fructum prae-
bemus, prorsus moriens cogetur restituere filiae, ut quae in donatione ante nuptias omnibus
modis proprietatis etiā domina fuerit. SED ET ILLUD lege includere perquam ne-
cessarium duximus, quod in multis adeoq; ineffabilibus rebus quāri solet. Obtulit pater, aut
mater forte, filiae suae dotē. dedit hanc illa marito, & mortuus est maritus nō soluēdo. mox de
cedente patre aut matre, ex petebatur ea, quae nupta fuerat, ut dotē conferret, uel tanto minus
caperet. Ac si quidem uir soluendo sit: quacūq; spectes, facile res dissolui potest. Si
uero nullius alterius rei domina sit illa, q̄ actionum contra maritum, quae per eius inopiam
inefficaces existant, & obijciatur mulieri, quod pro ipsa iam oblata dos sit, quodq; actionē con-
ferat nullum omnino effectum legis habentem: res sanē nobis consideratione digna habita est.
Et scimus quidem in plerisq; iudicijs paulo id durius iudicatum, & mulierem coactam conse-
re dotem, aut reputare pro se datā dotem, ex qua nullum omnino illi re ipsa effectum percipe-
re cōtiggerat. Nos uero ex alijs legibus negotio opem ferimus. Ex quo enim mulieribus
optionem dedimus, si maritus res male administret, ut uel constante matrimonio eas ad se re-
cipiat, & conuenienti modo administret, quemadmodum & nostra loquitur cōstitutio: si qui-
dem sui iuris, & perfectae aetatis mulier sit: sibi ipsi culpam imputato, quare cū maritus incipe-
ret rebus suis male uti, non pridem eas ad se receperit, & sibi ipsi auxilium tulerit. Eo enim
pacto habitura fuisset in rationem collationis res suas indeminitas, & collationem in tan-
to maiore summa faceret. Si uero sub potestate sit, & citra consensum patris hoc face-
re nequeat, si quidem patrem adiens hāc prolucuta est, testatoq; eum conuenit, ut ad res uel
constante adhuc matrimonio recipiendas, & in alia reseruandas tempora, sibi cōsensum prae-
beat, & pater hāc fecerit: rursus & hoc casu iura sua illibata habebit, rebus illi adseruatis:
utiq; cum & res donationis ante nuptias uel cōstante matrimonio vindicare illi dederimus,
& insequentis periculi metu prorsus liberari. Ceterum si cum patrem de his testato con-
uenisset,

uenisset, is actionem neq; ipse mouit, neq; consensit, neq; huius agendi licentiam dedit filiae: ni-
hil ipsa periculi excipito, sed & nuda illa contra inopis mariti bona actio cōfertor, & tam ipsi,
q̄ fratribus eius communis fortuna esto: non tamen per collationem implicator damno, sed
competens illi ex paternis bonis portio dator, actione quidem cōferenda ab illa, ab omnibus
autem mouenda fratribus, & in cōmune omnibus illis adquirendo eo, quod fortunae euentus
praeberit. Atq; hoc sanē obtinetor, si pater in huiusmodi casibus dotē offerat, & in bonis eius
locum habitura speretur collatio. Verum si maior dos sit, perq; inobedientiam patris,
qui neq; ipse actionē mouere, neq; ut ea moueret, permittere uoluit, in illa spe uersetur colla-
tio: tunc ipsa filia per se moueto, neq; hunc pretextum habeto, quod mouere nequeat, sed sibi
ipsi auxilium ferto, & de mariti inopia futuram ablegato formidinem. Ac scimus sapientifs-
quoq; uirum Vlpianū talia quāsisse, & cum maritus soluendo inuentus non esset, opem tulit
se mulieri, dum uoluit ab ipso collationem fieri, in quantum maritus facere posset. Sed
quia cū leges in multitudine existerent, & anteq; eas constitueremus deduceremusq; in lucu-
lentum ordinem, multa etiā ex necessarijs ignorabantur, & sententiae legibus contraria uolent
res proferebant à iudicibus: ne circa hāc admittatur aliqua deceptio, propterea necessarium
putauimus cum alijs, tum uero etiam constitutione nostra, quae uel constante matrimonio
mulieri opitulatur in mediū proposita, meliorem & magis compendiarium cōferantemq;
uiam ingressi, praesentem legē proferre. Ne uero particulatim personas, in quibus eam
obtinere oportet, enumeremus: generali oratione determinamus, ut in quibus ratio habetur
collationis, in his & constitutio ualeat, siue pater, siue auus, siue mater, siue auia, siue etiā ex ul-
terioribus personis aliqua sit. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declaran-
tur legem, ea per propria programmata efficit excellentia tua, ut omnibus manifesta fiant,
& in perpetuum conseruentur.

NE VIR EX DOTE, AUT MULIER EX DONATIONE

ante nuptias proueniens lucrum proprietatis iure teneat, sed cōseruet dominium
filijs suis: uel si ad secundas nuptias non ueniant, in lucro solum usum fructū ob-
tinentes. Et ut qui diuortio matrimoniū dirimūt, si dotē aut ante nuptias do-
nationē lucrentur, similiter & ipsi dominium filijs cōseruent: persona, quae
usum fructum habet, cogenda filios alere. Si uero bona gratia soluat
matrimonium, & uideatur quaedam occasione damni dari detenta es-
se: ut hac arte perempta, quae detinentur, ea reseruentur filijs.

Constit. XC VIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. Orientalium praeuoriorum
praefecto, iterum ex consule ordinario & patricio.



Legibus, quae semper eodē modo habēt, legibus nō egent uarijs, simplicitatē, & q̄d
sine ullius diuersitatis mixtura est, continue possidentia & utentia legibus sempiternis,
ac sacris, nulla correctione egentibus. Quod autē secundū nos est, in redundationis cō-
praehensum tumultū, gubernatiua indiget sapientia ex legibus superueniente negotijs.
Vnde quoniā nos neq; iudicia segnes, multis interpellantium iudicantes caulis, sin-
gulis quidem medemur, cōpraehendentes autem unamquancq; quāstionē dubitatā à no-
bis & iudicibus nostris, per legislationē, quae oporteat agi, & generaliter in unaquaq; quāstione ex-
ponimus. Itaq; illud ante omnia uisum quidem est forsan esse prius legibus non sine quadam
diuisione, nobis autem putatum est, bene se habere temperata lege ad simplicitatē causam trāspōnere,
& nunc incohante, & nihil perferente horū, quae prius terminata sunt: quoniam & nobis ipsis quidē
non displicentibus de hoc ipso, quae legibus, uisa sunt meliora secunda. Nuptialibus nāq; lucris,
si quidē aliquis coniunctos seuauerit pudiciam, manentibus apud ipsos ualide, & eos substantijs in-
fixis. Si uero ueniat ad alterius personae coniunctionem, ex prioribus nuptijs filijs seruandis, simplici
quadam & meliori lege duplicem hanc placuit interimere. Si enim secundis mixta nuptijs mulie-
er, aut etiam uir forte ad secundā respiciens coniugē; quae ex morte lucrata sunt, aut etiam ex repudio
forte: seruat filijs. cum utiq; forsan & alij erunt ei filij ex nuptijs sequentibus, quomodo iustum est eos,
qui in solis filijs legitimis moriuntur, non seruare eis lucra ex mortuis eorū parentibus, sed alijs ea tran-
mittere, scilicet quid erit praeiosius filijs apparentibus non ingratis: Propterea igitur sancimus si mulie-
er moriatur, & ueniat lucrum fieri uiro hanc dotem omnino seruare filijs, siue ad secundas ueniat nu-
ptias, siue etiam non. Et ex diuerso si mortuus fuerit uir, mulier autem ante nuptiali donatione lu-
cra proprijs filijs, usum quidem lucrorum ex nuptijs apud eos constitutū, proprietatē uero eorū filijs
omnino seruandam his, quae super parentibus ad secundas uenientibus nuptias sancita sunt, in suo ore
x iij dine

dine seruandis. & hoc ualere matrimonijs quocumque modo solutis ab hodierna die, & in omne tempus, quod sequitur, & in his matrimonijs, quae iam soluta sunt quidem, siue morte, siue quolibet alio modo, adhuc autem pendente, eo quod unus superstes sit, nam si ambo defuncti sunt, hoc haeredibus non damus, sed tanquam simul terminatum ueteribus relinquimus legibus.

Illud certum est, quia dum semel fuerit filiorum, & proprietatem lex deferens eis praesliterit, tunc in successione & alijs accessionibus, ita & in his erit, sicut & in prioribus sancitum est filijs, qui propter secundas nuptias parentum lucrum aliquid ex legibus sunt potiti.

Illud quoque ex quadam causa denunciatum nobis ad legislationem deducere existimauimus oportere. quia enim transierunt quidem in alterutros & uir & uxor, filij autem eis erant ex matrimonio, despexerunt eos ambo, & circumibant mendicantes: propterea iudicauimus uehementiori quidem forte conuenienti & melius se habenti uti lege, ut timore scilicet poenarum quiescant, aut lucrorum causa iniustorum matrimonia dilacerare, aut etiam proprios negligere filios. Si enim omnino aut per transactionem, aut per modum alium separetur matrimonium, si quidem non sunt filij, maneat priora in suo ordine. Si uero filij existentibus, fiat hoc, & neque filios erubescerent dent, tamen occasione spontaneam, & transactionis & per consensum factae aut etiam inuito, forsitan petente, aut uiro committente digna amissione antenuptialis donationis, aut muliere digna casu dotis: neque uir dotem lucratur, neque mulier antenuptialem donationem: sed repente casu praecedente, aut dotis, aut antenuptialis donationis, proprietatis lucrum mox ad communes ueniat filios, & eorum fiat, usu solo apud transigentes manente, cogendo tamen eo, qui usum lucratur, filios ex eo matrimonio & alere, & alia omnia ministrare eis secundum lucratae substantiae mensuram.

Nouimus autem aliquid etiam tale factum, & quia bona gratia dissolui matrimonia, & recedere quidem antenuptialem donationem ad eum, qui conscripsit, dotem uero ad eam, quae tamen obtulit occasione quasi damni & aliarum causarum auri quantitas non mediocri utriusque data est parti, ut non uideretur hoc nuptiale lucrum, neque seruaretur filijs secundum de hoc leges, sed extrinsecus accedens quasi ex alia causa lucrum fieret eius, qui accipere, hic egit. Ideoque ex hac arte factam curantes laesionem sancimus, ut nel si quid tale fiat, & adueniat alteri aliquid lucrum, & hoc similiter seruari filijs. Proprietate quidem mox ueniente ad eos, usu uero solo apud lucrante constituto. Sic abstinebunt omni uicio. Sic omni desiderio irrationabili, sic nec inuito, nec sponte suis nocebunt filijs, sed erunt temperati maxime quidem circa suam castitatem, deinde etiam circa matrimonij effectum, quem competens est habere eos, qui semel coniuncti sunt, alterutri res est, & castitate plena, & bonis moribus congrua, & paterno maternoque affectu plena, ut quod eis parentes sponte non seruant, hoc post deum, qui est communis omnibus pater, dicimus autem qui imperium habet per legem his, qui a parentibus laeli sunt, seruet. & hic quoque ea, quae de lucris & successione prius de disposita sunt teneant, nihil enim eorum innouamus, praeter illa sola, quae expressim in hac lege conscripsimus.

Quae igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectumque tradere festinet.

DE DVOBVS REIS PROMITTENDI, QVI VICE MV
tua fideiussores accepti sunt. Constit. XCIX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. Orientalium praetorium
praefecto, iterum ex consule ordinario & patricio.

Simus pridem nos legem de electione mandatorum, fideiussorum, ac reorum constituta pecuniae tulisse, quae tamen multas & in commune omnibus collatori bus nostris utiles legislationes complectitur: in praesentia tamen & alia quapiam ex politione, & neque ignobili contemnendaque, nec communibus reipublicae usibus inutili constituta appendice indigere nobis uisa est. Si quis enim mutua uice fideiussores accipiat aliquos: nisi adiecerit, ut unusquisque horum in solidum teneatur, omnes ex aequo actionem sustinento. Quod si & tale aliquid adiectum fuerit: conseruator quidem pactum conuentum: non tamen protinus ab initio singuli in solidum exiguntur, sed interrim pro parte, pro qua quisque tenetur, procedito autem is etiam contra reliquos, si modo sol uedo, & in loco praesto sint. Et quidem si ita se res habere uideatur, ut & omnes illi soluendo sint, & in rem praesentem conueniri queant: periculum cuique illorum immineto, ut quod sub alternante fideiussione creditum est, id pro sua quisque parte, ex qua omnino tenetur obnoxius, praestet: neque res alienum commune priuatum alicui onus efficitur. Si reliqui uero, siue quidam ex ijs, siue in partem, siue in solidum soluendo non uideatur, aut etiam absentes sint: in illud etiam tenetor obnoxius, quod ab alijs recipi non potuit. Ita enim & illius pacti conuenti ratio conser uabitur, neque actor aliquod sustinebit damnum: & ut maxime ignorante eo, qui hos habet obnoxios, aliquid illi inter se pacti sint, nihilominus unusquisque tenebitur, quemadmodum initio scripto comprehensum fuit, non habiturus licentiam, ut artibus, uel dolis, uel transactionibus transcendat ea, quae conueniant. Si in iisdem utriusque praesentes absentesue sint locis: sancimus, ut qui causae audientiam accommodat, & protinus in ius illos produci iubeat, & tam

commu

communiter causam examinet, quae communem etiam proferat sententiam. Ita enim rei omnes in disquisitionem uocabuntur, & debiti exactio simul iusto, simul legitimo procedet ordine.

Si magistratus non sit, qui liti audientiam praebet, sed alius quispiam: damus licentiam uel hic copetenti iudici ea de re adito, uel in prouincia his denunciatis claris, praesidi, aut etiam copetenti iudici, ut per cohortem suam compellant & illos adesse iudicio, & partem eius fieri, ne quid omnino sacrae huic nostrae legi impedimenti incidat. His omnibus obtinentibus in contractibus posteriore tempore & a positione legis celebrandis. Nam quod modo praerijit, id ante ipsum propositis de hoc legibus relinquimus. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea studeto excellentia tua effectui & fini tradere.

DE TEMPORE NON NUMERATAE DOTALIS
pecuniae. Constit. C.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. per Orientem praetorium praefecto,
iterum ex consule ordinario, & patricio.

Neq; exceptiones non numeratae pecuniae, quae in certis opponerentur casibus, leges nostrae inentratas inexcussasque reliquerunt. sed longam earum & effusam prolixitate in arctum contraximus, ne homines ex fœcordia forte sua & improbitate quasi ex promercio fructum caperent, alijsque negocia facerent. Neque enim par eademque ratio probationum est omnibus, qui eas exhibere uolunt: multas quoque recusat tempus. Quapropter recte & ex officio in quibusdam casibus non numeratae pecuniae exceptiones ad moderationem redegimus, quae quidem ex his, quae iam a nobis sancita sunt, licet percipere. Certe eius generis quiddam hoc tempore etiam in dote facimus. Ex quo enim uniuersum matrimonij tempus, dum nuptiae consistunt, maritis concessum est, ut de non data dote querantur: & largius praeterea interuallum constitutum est rã post maritorum mortem, quam post diuortium, ut intra annum querela porrigatur: propterea putauimus, & breui copendiariaque lege efficiendum, ut de dote non numerata querela celerius procedat, & mulieres in huiusmodi casibus post longa tempora probatione liberandas. Si quis igitur duobus tantummodo annis cum uxore cohabitauerit, aut etiam minore tempore, & dotem non perceperit: nullam iniuriam silentio suo maritus experitor, neque ipse, neque haeredes eius, etsi ille tacuerit: sed quareia ea de re intra alterum annum mouetor. siquidem ad hanc nos legislationem inuito matrimonij breuitas. Si uero in longius tempus, quae biennium, in breuius, quae decennium, matrimonium extendatur: praebemus marito, ut conqueratur, & dicat dotem sibi pro parte, aut in solidum oblatam non esse. atque hoc si fecerit: transmittat querelam, semel de hoc querente marito, neque uxore, quod dederit, comprobante. Si intra decem annos non conqueratur: silentio mariti querelam tollimus, post decennium neque ipsum hoc facere concedentes, neque ulterius annum praebentes eius haeredibus. Atque esto sane & hoc non nostra aduersus aliquos poena, sed subditorum ignauiae resectio. Nam cui per tam longum tempus (nempe decennium) querelam proponere licuit, si praepet silentium: is utique manifestam de se significationem dat, tamen si dotem non percipiat, quod hanc tamen omnino haeredes eius praestare uelit. iisdem obrimentibus, etsi matrimonium diuortio dissolui contigerit. Neque ite differentiam nobis constituentibus, mulier ne quasi ipsa oblatura dotem conscribat, an pater, an alius quispiam pro eo: tempore in omni huiusmodi casu (prout diximus) suos effectus ostendente, & querelam aut praebente, aut perimente. Loquimur autem non de contestatione, quae uerbis fit. saepe numero enim aut quaedam iracundia, aut alia incidens occasio efficit, ut talia quae piam maritus dicat: aut etiam cum nihil dixerit, redempti id testes improbe mentiuntur. sed contestationem oportet in scriptis consistere. Porro si constituto forte iudicio eam facere uoluerit: omnino id mulieri, aut prorsus ei, qui dotem se daturum conscripsit, innotescere debet. Non quod aliquid obstet, quominus ipse maritus per se hoc facere possit, & item con queri, & partem mulieris ea, quae geruntur, ignorare: modo prius in animo reponat, nulla id ratione ualere posse contra eum, qui quod querela aduersus ipsum facta sit, ignorat. Ve igitur summatim dicamus: intra biennium quidem soluto matrimonio (siue morte, siue diuortio) tam ipsi marito de dote non numerata queri licet, quae eius insuper haeredi intra alterum annum, si uero matrimonium ultra biennium usque ad decimum annum extendatur: marito eiusque

eiusque insuper heredi intra menses tres querelam concedimus. Si autem decennium decurrat: tunc neque marito, neque heredibus eius querelam mouendam potestas erit, in uniuersum hoc tempore mulieri suffecturo. Enimvero si minor annis maritus sit, neque conqueratur: tantum illi temporis ad restitutionem attribuimus, ut ne a tempore contracti matrimonij duodecim annorum spacium excedat. siquidem compertum habemus, eos, qui precipue nuptias contrahunt, ad illas non minores quindecim annis accedere. Unde & uicesimum quintum aetatis annum excedet, & intra annum porro uicesimum septimum de dote non numerata queri poterit. Mortuo uero ipso intra praedictum tempus, haeredes ad proponendam querelam annum habebunt.

Si minores aetate sint haeredes eius, qui querelam non proposuit: ad querelam de dote non numerata mouendam duntaxat quinquennium habent: suffecturo eo tempore, neque praestolaturum exitum omnium minorum temporum, id quod nos ad praesentem quoque legem commouit. Nam cum mulier quatuordecim annis fuisset in matrimonio, post uicesimum annum a morte patris, abutens quidam minoris aetatis beneficio, contra matrem mouebat litem, post quartum demum & tricesimum matrimonij annum non numeratae dotis actione proposita, quod quidem nos disceptantes remedio curauimus. Et propter haec factorum circumstantias minorum aetate tempus etiam in quinquennium per praesentem legem determinauimus: illo uidelicet solo non numerata dote opponente, qui ut dote susciperet, in hoc descriptus fuit: negotio intra sua tempora iudicando, siue perfecta, siue imperfecta aetatis sit. Obtentura hac lege in post futuris matrimonijs. nam in constantibus, siquidem reliquum sit decennium, aut non minus biennio: habeto & hoc tempus ad querelam de non numerata dote mouendam, quae etiam transmissio non praebet. Si uero aut minus biennio tempus illi reliquum sit, aut uniuersum decem annorum spacium iam excefferit: tunc ad querelam de dote non numerata proponendam ipsis quidem praebemus biennium, ipsorum uero heredibus post matrimonij diremptionem trimestre, ut per omnia iusticia ipsis conferuimus. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea studeto excellentia tua effectui & fini tradere.

DE DECVRIONIBVS. Constit. CI.

Imp. IVSTINIANVS A. Iohanni gloriosissimo. praetoriorum Orientis praefecto, iterum ex consule & patricio.

Perbelle nobis ferendae legis ansam praebuit quorundam decurionum interpellatio. atque eam sane legem non de certis decurionibus condimus, sed de uniuersa imperij nostri ditione dicimus autem, & quidquid uersus orientem est, & quid quid sol occidens intuetur, quidquid denique ex transuerso per utrumque latum consistit. Ex quo enim quae decuriones & oblationes ad curiam concernunt, studio habita sunt a decessoribus nostris, & quidam ad curialem fortunam pertrahuntur, quidam rursus ab ea liberantur: sancimus illud, ut decurionibus non solum suae ciuitatis decuriones haeredes instituere (id quod & haecenus permissum fuit) sed etiam si quos curiae nexu liberos haeredes instituere uelint, hoc facere licentia sit: ea tamen conditione, ut haeres haeredes uero omnino testatoris curiali fortunae, hoc est ex qua ille processit, sese offerat, & curialia subeat munera, capiantque haereditatem nemine impediente. Cognitum enim habens, quod negotij praesentis correctio quod istiusmodi rationibus curiae adijciatur consistens in pecunia utilitas, & ex futura legislatione decurio pariter & patrimonium accedet, efflorescentque curiae tam largiore numero corporum, quam quod sua retineant patrimonium. Propterea sancimus, ut decurionibus, cum testamenti tabulas conficiunt, licentia sit quoscumque in haeredes assumere, siue eius ciuitatis decuriones uelint (id, quod lex dicit) siue aliquos genere coniunctos, siue extraneos, siue hi decuriones sint, siue etiam non sint, siue in parte dodrante non minore, siue in assem: ut hi tamen se curiae offerant, & coaduentur eius corpori, & sine querela publica implerant munera. Hoc obtenturo tam in ipsis, quam filijs, ac nepotibus, & ceteris deinceps successoribus: non ea tamen forma, qua iubet paulo ante de his, qui se ipsos offerunt curiae, proposita constitutio, prolem eorum subducens, qui curiae iam oblatae sunt. Et quasi iam inde ab initio decuriones fuissent, ita & ipsi cum prole sua curiae albo adunati, corporales

Neque enim aliquid interfuerit, haeridem ne scribat, qui eius ciuitatis decurio sit, an qui mox futurus sit. Sed & si quis cognatus & ipse decurio, aut etiam alius huiusmodi

modi fortuna liber ad defuncti decurionis haereditatem uocetur, nimirum qui testamenti tabulas non conscripserit, uelique ille se ipsum offerre curiae: liceat illi hoc facere, & intra menses sex apud acta publica suam declarare sententiam, & simul cum successione sua ac patrimonio inferuire curiae, simul & haereditate fieri: ut nihil de patrimonio ab eo, qui decurio uel iam constitutus, uel breui futurus, haereditatem semel amplexus est, negotio denuo ad curiam redeunte, per causam quadrantis aut dodrantis exigatur. Insuper si quis rem de suo patrimonio, aut plurimas, aut omnino non pauciores, quam quae dodrantem constituent, donet alicui ex his, qui uel eius ciuitatis rem publicam administrant, aut etiam cuiquam alteri, qui quidem tam se, quam patrimonium suum & reliqua ordine successionem atque prolem, siue existentem, siue futuram, adducat & offerat eius ciuitatis curiae, ex qua est, qui donationem facit: sancimus, ut ea conditione facta donatio conualescat. Nam summo nobis studio dignum esse uidetur, ne decurionum patrimonium ullo modo a curia illius ciuitatis, cuius decuriones sunt, abalienetur. Quominus autem ista per deceptionem geri uideatur, & aliqui curialium haereditatum domini facti uel per modum donationis, uel testamenti (ut praediximus) aut etiam ab intestato, differant protrahantque oblationem, & cum bonis uelint perfrui, oblationem sui ad curiam non faciant: sancimus, ut si res (id quod & ante dictum est) per donationem conferantur: non prope celebretur rerum traditio, sed tantisper maneant apud donatorem, donec se donatarius apud praesidentem inter acta publica gratis & sine ullius pecuniae datione praedicto modo curiae obtulerit, inscribaturque in album curiae. tunc enim illi & res tradi uolumus. Si uero ex testamento aut lege uocatus haereditatem adeat: tunc protinus sub obitum decurionis decurionum ordo coeat, & una cum defensore ciuitatis absque ullis insidijs contra defuncti res ponendis, tum bonorum inuentarium conficiat, tum in bonis reperta assignet curiae, in praesentia constituto tam ipso haerede, qui ad haereditatem uocatur, quam defensore & dei amantissimis. locorum episcopo. Et simul atque ad deum & sub conspectu dei (ut appellatur) actorum publicorum praesidentia celebratur, & una cum patrimonio ac prole, tam quae modo est, quam futura (id quod saepius iam dictum est) se obtulerit curiae: tunc & res ad se recipiat, & earum dominus sit, perinde ut prior decurio fuit, in nullo differre ab illo uisus: ista uidelicet actorum confessione apud praesidentem praeside absque ullo quaestu & dispendio celebranda. Neque enim in fraudem aut ad dispendium curiae, sed ad utilitatem hanc legem proponimus, ut perpetuo obtineat, tum pecunijs, tum corporibus decurionum patrimonium & collegia collocupletans. Quod si decurionis haeres, qui ab intestato uocatur, cum ipse decurio non esset, adire, seque ipsum curiae offerre noluerit: tunc dodrantem curia detinet: ipse uero quadrantis solus dominus fiet, id quod illi etiam prior lex praebet, licet curiae muneribus non inferuiat. Ceterum si plures sint, qui eodem gradu ad decurionis haereditatem uocentur, ex quibus aliqui se offerant, alij recusent: dodrantem quidem is aut ij capiunt, qui se curiae offerunt: quadrantem uero reliqui haeredes, qui lege uocantur. omnino enim studium nobis est, ut dodrans ad eius ciuitatis decurionem perueniat. At uero si quis decedat relicta filia, siquidem ea uxor decurionis sit eius ciuitatis: manifestarium est, quod citra calumniam paternae res habitura sit, uel omnino in solidum, uel dodrantaria ratione, si pater quadrantem forte ad alium peruenire uoluerit. Sin uero etiam cum decurioni initio constituto nupta non sit, ad eius nuptias accedat aliquis, qui ea conditione uelit accipere, ut decurionis munere fungatur, se ipsum curiae offerens, atque haec nuptiae mulieri expetendae uideatur: habeto & ipsa hoc casu nullis expositis calumnijs dodrantem per causam beneuolentiae erga curiam: & quia rebus decurio attribuit, & eas administraturus est, propterea omnino haec mulieri concedi uolumus. Sin uero & plures filiae sint, & quaedam ex ijs nuptae sint decurionibus, qui uel iam decuriones existant, uel per oblationem fiant: dodrans quidem inter ipsas diuidetur, quadrans uero ad reliquas deueniet. Mariti autem curialis patrimonij rebus utentur fruuntur, tametsi dominium ad mulieres pertineat. propterea enim res illis paternae concessimus, ut qui ipsas haberent in matrimonio, exinde curialia impleret munera. At si contingat, ut decurioni se ipsum offerenti nupta mortem obeat: siquidem ex eo masculos filios susceperit: res apud filios sunt, qui & ipsi decurionum munera subibunt, neque ea in re curiositate aliqua opus erit. Si foemellae existierint gnatae, si quidem & ipsae aliquibus nupserint, qui uel decuriones eius ciuitatis sint, uel eius se ciuitatis curiae offerant: similiter & ipsae haec habebunt absque negotio, per maritos suos curialibus obnoxias munijs. Si quaedam uero eius ciuitatis decurionibus nupserint, quaedam decurionibus uel existentibus, uel futuris, non nupserint: tunc secundum praefatam distinctionem, decurionibus quidem nuptae propter curialia munera dodrantem habebunt, reliquae uero contentae erunt quadrante. Si neque mares ipsas, neque foeminae

minæ nascantur: quamdiu maritus quidem superest, habeto harum usum fructum, per eas curialia impleturus munera. Et siquidem ad secundas progrediatur nuptias, & filiorum pater fiat masculorum, uel foeminarum, quas decurionibus iungat: rursus consimiliter curiali corpori res conseruabuntur. Enimvero si moriatur uel ad secundas non progressus nuptias, uel procreatis filiabus, quas decurionibus iam constitutis, uel futuris non iungat: tunc directo curia eas res percipiet. Neque enim ullo tempore hanc partem curialium facultatum & munerum peregrinari & a functione sua discedere permittimus, etsi profapia per multas circumagatur successiones: ut absque ulla temporis praefinitione, tali linea descendente, siue per mares siue per feminas, siue per generos se ipsos curijs offerentes, curiae is dodrans custodiatur. Quam sane legem obtinere tam per omne deinceps securum uolumus, quam etiam in pendentibus adhuc, & neque dum iudiciali sententia, aut amicabile quapiam transactione sopitis causis.

Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea studeto excellentia tua custodire, maxime omnium in utilitatem publicam summam collocans prouidentiam,

DE MODERATORE ARABIAE. Constit. CII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosissimo Orientalium praetoriorum praefecto, iterum exconsule ordinario & patricio.

Cum plerisque alios prouinciarum magistratus ad meliorem iam formam traduximus, qui humiles abiectique prius existentes, neque ulli rei conuenienter agenda idonei, postquam in ampliore constitutum ordinem, & ualentiores per omnia facti sunt, & ita rerum administrationem capeffere coeperunt, ut uniuersa in melius commutarentur. tum uero a nobis etiam proconules, & praetores, & moderatores, & ueterum horum nominum amplitudo inuenta est, auctoremque ipsis annonae, & summa potestas data, & ante omnia interdictum illis fuit, ne perniciem inferant subditis, & multis ad ipsos diripiendos utantur manibus. iuramentis quoque rem muniuimus omnium horrendissimis, neque aliter eis officia tradimus, quam praestitis iuramentis, ita codicillis magistratus digni sint habiti.

Conuertimus igitur & ad Arabum regionem oculos: & requisita causa, quam obrem & publicum labore inopia, quamque regio florentissima sit, & tam magnus nos interpellantium numerus ipsi loci excedat, & omnes lamententur, alij furta & rapinas, alij iniurias, alij alia damna in querela deferentes: occasione & causam huius mali ex imbecillitate & impotentia eorum, qui magistratum ibi gerunt, prouenire deprehendimus. Erat enim ita tenui potestate praeditus is, qui ciuili magistratu defungebatur, ut ei, qui praesert armis, seruilis propemodum more manciparetur, & in illius arbitrio huius salus esset posita, aut ut ne esset quidem omnino hic magistratus. Inde adeo & longum tempus est, ex quo is deserit, & militaris ea, quae ciuilem magistratum concernunt, peragat, nihil sibi, nihil illi omnino utriusque lucrifaciat.

Haec nos ad suscipiendum praesens consilium excitarunt: & praesenti utentes lege, magistratum ad pulchriorem formam transponimus, benignemque & ipsi Moderatoris appellationem largimur (id quod etiam in Ponto fecimus) & spectabilium magistratum ius concedimus, ut in nullo sit Duciano inferior. Sed & publicis exactionibus cum summa uehementia adhaerescito, adhaerescito etiam priuatorum utilitati, neque committito, ut uel spectabilis dux, uel tribunus, uel aliqua potentiorum domuum, uel etiam sacrum patrimonium, uel sacrae nostrae res priuatae, uel ipsa sacra nostra domus, quaecumque subditis nostris damnum irroget: neque facile succumbito, neque formidinem contrahito, sed uiriliter subditis praesto, & ante oia deo pariter ac nobis, & legi puras conseruato manus. siquidem ipsidem iuramentis & hunc submitti uolumus, quibus & caeteros magistratus submisimus. Deinde cum codicillis percipito etiam imperialia mandata, quae tam ante nos legumlatores, quam uetus illa reipublicae forma notuit, & nos cum penes obsoleuissent, denuo reparauimus & in reipublicam reduximus: ut ea semper adhibeat ueluti in colloquium, & iussiones nostras custodiat. Nam si illas sane securus fuerit: non est causa, quam obrem non omnia illi praclare & ex animi sententia occurrat, & legum beneficio ad summam ipse in rebus gerendis facilitate & iustam facultatem perueniat.

Principio igitur (ut diximus) studio illi sit publicorum tributorum exactio, deuotis quidem humano paternoque se affectu exhibens, in deuotis uero uehementem & seuerum. De inde curam geret etiam reipublicae, & ut recte in ea atque ordine omnia fiant, neue tumultibus & fediti-

& ne seditionibus deliti sint uel Bostreni, uel alij, & quae a uetustate permiffa sunt ad delectationem, ea conuertant in furor & caedes. Habebit item secundum mandata nostra dicto suo audientes milites (siquidem & hoc inde licebit desumere) neque ullam omnino rem negliget, quae commoditatem aliquam in se habeat. Quemadmodum enim in Ponto cum Moderato regimus, ita & ipsum per eadem eius magistratus uestigia ingredi facimus. Eritque & ipse spectabilis: & consimiliter cum alia multa, tum etiam ea, quae appellationes concernunt, administrabit. Sed neque ad modum prioris duntaxat solatij resistemus. Volumus enim, ut ipse quidem per causam annonarum & reliqui solatij percipiat quindecim auri libras: adseffor uero eius magistratus duas libras, & cohors eius nouem auri libras habeat. Et quamquam (ut diximus) ex imperialibus mandatis iam etiam militibus praest: erit tamen nobis cura, ut nonnullos illic statua agentes militares numeros & ei subdamus, qui in hos magistratum gerit, ut illi soli obediant, eiusque formulis ac praescriptis cedant & obtemperent. Non igitur communitate omnino habebit aliquam spectabilis dux neque cum militibus, quos expresse huic assignabimus, neque cum pagano aliquo, neque cum illorum litibus, si quas inter se habent, neque si paganorum aliquis in ius producatur. Nullum denique habeat cum paganis causis commercium: quandoquidem magnum in medio interuallum est inter ciuilem & militarem administrationem: discernunturque ea inter se, quemadmodum patres nostri in reipublica ista ordinarunt & instituerunt. scituero spectabili duce, quod si rebus se ciuilibus immittere ausit: neque militaria retinebit, sed & illis spoliatus priuatum aget, & huius magistratus imperio subditus erit. Atque haec nobis ite de magistratu regionis Arabicae sancita sunt. Persuasum enim habemus uoluntate dei, quod ea res ad melius profectura sit. Ex quo enim neque pecunijs peperimus, & annonas illi auximus: inde adeo certo scimus, quod & is, qui hunc magistratum gerit, talem se circa uere publicorum tributorum exactiones praebere studebit, ut non damnum exinde, sed iustum lucrum sisco adducat. Illud sane fieri obtinereque uolumus, ut spectabilis dux inde annonas suas percipiat, unde prouinciae praesens iusserit: cum manifestarium sit, non cum tanta eius ignauia his rebus admoturum animum, ut suas ipse annonas exigere nequeat: sciens, quod si quid haec contra fecerit, quindecim librarum auri poena multabitur.

DE PROCONSULE PALAESTINAE. Constit. CIII.

Scripta Ioanni gloriosissimo sacrorum per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsule ordinario, & patricio.

Nam quidem & alios gentium praesidatus maiores reddidimus, qui prius humiles pariter erant, & ad aliquid fortiter agendum impotentes: & tam inter spectabiles ipsos constituimus, quam etiam annonas ipsis, adsefforibusque, & cohorti auximus: & inter alia omnia, quae benigne illis elargiti sumus, ut ite de appellationibus cognosceret, praebuimus: aliosque honore proconsulatum exornauimus, alios (ut appellant) comitum, alios praetorum, alios denique moderatorum: & semper praclaro aliquo adinueniendo, nouum ueluti florere nostrae addimus reipublicae. Venit autem nobis in mentem & metropolis Caesarea, quae in prima Palaestina principatum tenet, quam praeter ceteris maiore etiam honore perfrui oportebat, propterea quod & quondam proconsul ipsam tenuit, & praefectus illi talis magistratus fuit, licet postea ab ampliore dignitate ad minorem transierit: nimirum cum una prius tota Palaestina esset, ea deinde in tres diuisa partes, & neque proconsulatum retinente, sed ad magistratum hunc (ut appellat) ordinariu delata. Quamquam sane & uetusta urbs sit, & semper amplius nominis fuerit, tam cum Strato primus ea in formam urbis redegit, qui mutatis sedibus excedens Graecia huius conditor exstitit: quam cum diuinae memoriae Vespasianus celebratissimus ille imperator, qui pia memoriae Titi pater fuit, quod illi ad summam gloriam uel solum potuit sufficere, ipsorum Caesarem appellatione eam nominauit, cum antea Stratonis turris uocaretur: hoc illi honore impenso, eo quod in ea post Iudaicas uictorias inter imperatores adscriptus esset. Cernimus autem, quod & magnae admirandaeque regionis imperium habeat ea prouincia, & quam maximam reipublicae nostrae gratiam & sensum exhibeat, tam tributorum magnitudine, quam deuotionis exuperantia, praebatque amplius nominis ciuitates, ac bonos ciues enutriat, & omni doctrinarum genere refertos, neque non inter sacerdotes celebres, & (quod omnium maximum est) quia uniuersi conditor dominus noster Iesus Christus, uerbum illud dei, & totius humani

humani generis salus in ea cōparuerit, dignatusq; sit assumere nostra. Hanc igitur quomodo non honore afficiamus, & prouehamus ad formam proconsularē, cōcedamusq; illi, qui in ea defungitur magistratu, ut proconsul pariter sit & uocetur, id quod facimus per hanc pragmaticā formam: Appellari autem eam uolumus & Cæsariensium priuilegium. Et qui eū magistratum gerit, proconsulem efficitur: præbimusq; ei, ut inter spectabiles adscribatur, & omnia habeat, quæ eiusmodi magistratus sunt propria: audiat etiam prouocatione suspensas lites usq; ad decem auri libras, quæ ex utraq; ad ipsum Palæstina deuoluuntur: ualeatq; omnino talis existere, ut iussiones nostras præclarius & maioribus cum uiribus queat ad effectū deducere.

Vtetur autē & ueneranda illa atq; antiqua Veneta (de purpurea planē stola loquimur) in facris eam mensium festis induens. uenustumq; se præbeto tanto redimitus honore, & multis imperato militibus ac tantis: & quidquid deniq; uel publico, uel nostris utile est subiectis, facito. Cæterum per occasionem annonarum præbimus illi uiginti libras auri, quas tam inter se, q̄ adfessorem suum & obtemperantem sibi cohortem diuidat, quo ipse uoluerit modo, per suggestionem nos de ijs certiores reddens, ut sacra pragmatica forma eā diuisionem corroboremus. Neq; enim sustinuerimus uidere, aut ut ipse adfessorq; eius sub pristina tenuitate annonas percipiant: aut ut cohortem eius, quanq; circa tot tributorum illationes laborantem periclitantemq; omni destituta auxilio, non subleuemus, quō maiore cum beneuolentia & illi appareant, & publica tributa exigant, & iniustis rapinis abstineant.

Insuper nullam omnino cum ciuilibus causis publicorumq; tributorum profligationibus communionem habebit pro tempore spectabilis eorum locorum dux: sed ipse omnes publicas priuatasq; causas (prout dictum est) disceptabit, & maxime omnium prouidebit, ut publica tributa sine retardatione detrimentoq; inferantur, & puris ipse utatur manibus. Quæ quidem re diligenter obseruata, cum & spectabilis uir Stephanus, qui nunc primus in ea uersatur, magnam laudē cōsecutus sit: prorsus in eā opinionē uenimus, sumpta uidelicet ex antecessentibus coniectura, quōd rursus hoc faciet. Maxime omnium uero curam geret, ut quæq; suo ordine fiant in ciuitatibus, neq; popularis aliquis tumultus excitetur in urbibus. Siquidem & hoc eius, cum in magistratu esset, proprium fuit: qui cum prouinciam tum ex alijs occasionibus, tum uero maxime ex diuersitate religionum seditionibus laborantem suscepisset: euidenter pacatam eam reddidit, & omni motu ac turba liberauit. quod sanē nunc illi quoq; ut faciat, in iungimus. Et si quando res ita ferat: ut etiam in secundam Palæstinam excurrat, & ibi tumultus sedet, neq; committat, ut incommode aliquid in illa geratur, & præsertim in illa: quandoquidem & multos illic tumultus existere cernimus, neq; leues horum euentus. Quōd si etiam militibus indigeat, qui in prouincia stationes habent: adiungimus & hos illi, ex quo militarium numerorum strenuitatem compertam habemus, tam in tuenda dignitate urbium, q̄ conseruanda moderatione in ijs, qui ruri habitant, & exigēdis tributis publicis.

Sacra pragmatica forma, quæ ad eam illi rem prius data est, nunc quoq; rata manente, quæ nō uult, ut uel spectabilis dux, uel gloriosiss. magister militum licentiam habeat, militū præsidia, quæ apud illum constituta sunt, ab illo abstrahendi, ne quis exinde in ciuitatibus oriatur motus ac turba: id, quod nuncq; euenturum est, si ille & ciuilem magistratum gubernet, & inter publicorum tributorum collatores rectæ disciplinæ prouidentiam accommodet, tam in auxilium paratos habens milites, q̄ si quid indecore uel ab ipsis, uel ab alijs per ipsos geratur, corripiens.

Eruntq; omnino inter se distincti officijs spectabilis locorū dux, & is, qui proconsularem gerit magistratum. Nam ille quidem militibus, & limitaneis, ac fœderatis, & quidquid omnino in prouincia armatæ militiæ adscriptum est, præbit: exceptis his militibus, qui proconsuli deputati sunt. hic uero tam pro ciuilibus personis, q̄ rebus, & præsidijs militum illi adhaerentibus prouidentiam adhibebit & custodiam. Certe publicorū tributorum nomine, aut per causam moræ in populo seditionis nemo prorsus a spectabilis proconsulis iurisdictione eximetur. Sed omnibus imperabit, omnibus præcipiet, neq; quisq; eius resistet formulis ac dispositionibus, aut ullū habebit prætextū uel defraudandi publicū, uel ciuibus inferendæ iniuriæ, publicæ seditionis author factus: aut etiā utetur uel cinguli, uel dignitatis, uel sacerdotij, uel cuiuslibet alterius causæ prerogatiua: sed eo solo se ipsum noxa liberabit & supplicio, si nullam noxā contrahat.

Hæc igitur (ut diximus) & huic magistratui concedimus, & conseruare perpetuō per hanc sacram pragmaticā legem uolumus. Sed & ut excellentia tua perpetuō ipsam conferuet, & eo modo particularibus thronorum tuorum dispositionibus ac formulis adscribat, sancimus: neq; non ut omnes Palæstini, qui in sequenti futuri sunt tempore, cognoscant, quōd denuo proconsulare ipsis ius restitutum sit, & proconsul in prima Palæstina summum habeat

habeat imperium. ipsis uero etiam prius * & priore liberata supercilio, in maiore nunc honore erit, nempe ciuitati debito. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacrā declarantur legem, ea studeto excellentia tua effectui & fini tradere.

DE PRAETORE SICILIAE.

Constit.

CIIII.



Habeto Sicilia prætorem, qui & res ciuiles tractet, & curam gerat militatis imperia. 2 Publica tributa Siciliae non pertinent ad sollicitudinem Prætoris, sed censentur sub comite patrimonij Italiae. 3 Appellationes & decreta defensorum & primorum ciuitatis Siciliae tractat & examinat Quæstor. P P. post consulatum Belisarij.

DE CONSVLIBVS.

Constit.

CV.

Scripta Stratego gloriosiss. comiti sacrarum largitionum, ex consule & patricio.



Vanq; ueteribus olim Romanis nomen administratioq; consulatus in usum bellorum excogitatum est (nam & suffragijs, quæ omnes in commune reipublicæ ordines illis, cum crearentur magistratus, dabant: repente prouincias fortiebantur, in quibus Romanis bellum erat, & per ea fortitō item fasces accipiebāt) postea tamen ratio temporis, quæ & belli gerendi & pacis colendæ potestatem in pietissimos transposuit principes, eam rem consulis ad solā munificentiam transtulit, sed eam temperatam, redactamq; in ordinem, neq; modum excedentem. paulatim uero ita large in eam rem incubuerunt, ut cū munificentiam suam ostentarent, non sanē ignorare uiderentur, quōd aliud eius facti exemplum habituri non essent. Neq; enim in omnibus cū exsuperante opum magnitudine cōcurrat & munificentia animi, non rei mensura, sed propria magnitudine proueniens. Quia uero periculum esse uidemus, ne consulum nomē, quod per tam longa tempora, & ad nulliesimum plus minus annum progressum, cum Romanorum effloruit imperio, penitus interciderat: propterea ex usu fore putauimus, si eam rem cōplecteremur, & præcisa eius immensitate consulares impensas ad luculentum modum contra heremus: quomagus & perpetuō apud Romanos maneat, & omnibus bonis uiris aditu facilis existat, quos huiusmodi nos honore dignos esse iudicauerimus. Atq; omnibus demum peruestigatis, placuit nobis, quā magnū eius modū esse cōueniat, quod dari debeat. Cū igitur Martiano præstantissimo imperatore descripta lex fuit, quæ noluit, ut pecunias spargerent, qui consulatum gererent, quæ planē illi prima constitutio existit: Inde adeo post prædictā constitutionem inuenimus, quōd nonnulli hanc secuti, nec tantillum in uulgus spargere instituerint: quidam etiam, cū id præter legem facere postulassent præcibus, & petita obtinuisent, respicientes deinde ad mensuram animi sui, edenda munificentia spargendo, legitimos exceperunt terminos: pleriq; uero præclare mediocritatem amplexi, modicis pro multiplicibus contenti fuerint. Et quia maioribus quoq; nostris summum bonum in mediocritate consistere uisum est, nimirum cum extrema, quæ ultro citroq; sunt, protinus uideantur in immensum excurrere: decreuimus & nos pro dignitate & decore eā rem determinare, ne uel immoderata, uel inordinata, uel legibus nostris indigna sit.

Quæ igitur quoq; anno creatū a nobis consulem sportularum & omnium aliarum distributionum atq; expensarum nomine præstare conueniens est: ea omnia congesta in inuentarium, huic sacræ nostræ legi subijci iussimus. Siquidem id in forma legis proponimus, ut transgressori competens aliqua poena irrogetur. Omnes uero eorum in publicum processus septem esse uolumus. Nam si spectacula in hoc excogitata sunt, ut uulgus ad hilaritatem quandam & animi festiuitatem deducant: hæc autem nobis in equiria, ferarū spectacula cædesq; & scenicas thymelicasq; uoluptates describantur: nullo horum noster defraudabitur populus. Ac primus quidem illi in publicum processus erit Kalendis Ianuarijs, qua die cōsulatum suscipiet, & huius adquiret codicillos. Ab illo secundum producet spectaculum equorum cursu certantium, quod sanē mappam appellant: & tertium uenationem (ut nuncupāt) theatricam, nō bis, sed semel tantummodo exhibendam: & post illud id, quod Monhemerij, quasi unius diei dicitur, in quo ma-

gna uoluptate populū implebit tam spectatum (ut uocant) Pancarpum, quasi omnium arborum fructibus concinnata sylua, quā homines cum feris decertantes, nomenque affectantes audacia, neque non occisa insuper bestia. Quintum quoque in publicū processum faciet, qui in theatrum deducet, quem sane Pornas appellat, quasi floralia, ubi et his, qui in scena risum concitant, locus est, & tragædis pariter ac Thymelicis saltationibus, neque non omnigenis spectatu audituque delectabilibus theatrum apertum est. Postea rursus equorum cursu certantium spectaculum, siue (ut appellant) mappam efficiet, sextum hunc conuentum publice celebrans. De nouo exinde annum hunc honorem deponet, celebrans solito more conuentum, quem depositi magistratus uocitant. Atque ita septem illarum noctium processuumque cursus absoluitur, nullam speciem eorum, quæ antiquo more recepta sunt, omittens. Nam quod alteram insuper quandam mappam adinuenimus, duas uero uenationes theatricas (ut uocant) coniungimus, neque priorum altero contenti fuimus: manifestarium est, nihil eam rem noui habere respectu præcedentiū. & merito id quidem sufficere putetur, Quin & splendide unūquodque exhibebitur: non tamen in tantū, ut multitudini etiam odio sit. siquidem in his, quæ rarius eueniunt, admiratio maior inest. Hæc igitur à nobis occasione consularis impense cōscripta cōprehensa sunt. Quod si consulum gerens & uxorem habeat: definita à nobis quoque uxoris impense mensura est. oportet enim & has ex coniugis claritate fructum capere. Cæterum si uxorem in matrimonio non habet: superuacua ista sunt, nisi forte mater illi sit hac iam uoluptate digna, & prius honorata, uelutque eam secū ex illo habitu uoluptate affici. Nam & hoc in matre sola concessum est. nulla autem omnino alia mulier, præter coniugem aut matrem, assebit: ut hæc quidem semper (siquidem uxores ipsæ radijs refulgēt, quibus mariti, hoc illis præbente lege) mater uero tū demū, si is, qui cōsulatū gerit, hoc uoluerit. non filia autē, non soror forte, non filij uxor, & multominus, si genere coniuncta non sit. Id enim etiam absurdum fuerit.

Quid uero per septem illos processus populo consulem spargere oporteat: melius nos determinamus, quā Martiani sacratis. principis dicit cōstitutio. Nam ea omnino id interdixit, nos uero hac correctā, re ipsam offerimus peragenda arbitratu eius, qui consulum honore gestat. Siue enim nihil spargere uoluerit, non cogimus: siue rursus ad hoc uenire uoluerit, & argenteis muneribus honorare populū, non id interdiximus. Aurum tamen spargere non permitimus, neque minoris alicuius, neque maioris, aut mediæ signaturæ, uel ponderis: sed solum (ut prædiximus) argentū. nam ut etiā aurū spargatur, id maiestati tantū permissum esto imperatoris, cui uel soli aurum contemneri præbet fortunæ fastigium. Verum argentum, quod proxime ab auro maximum precium habet, decuerit etiam alios consules ad ostendendam magnificentiā assumere. Hocque ipsos spargere permittimus, tamen in miliaribus (ut uocant) id est didrachmis, quā oue, & cyatho signatis, neque non quadrangularibus, & id genus alijs, quanto enim minutius fuerit, quod spargitur: tanto id plures percipient. mensura eius rei in dantis facultate pariter & uoluntate erit: siue nihil, siue modicū, siue exsuperas populo largiri uelit. Nam hoc in consularibus definimus, neque cogentes spargere inuitos, neque uolentes & magnifice se offerentes prohibentes. Sed hæc quidem de spargendo argento nobis ita sancita sunt. Atque si omnino eo contendat, licentiam habeto in processibus suis argento munificentiam explicandi, quemadmodum ipse recte futurum putauerit. solo eo prohibito, ne quis omnino aurum eiaculetur aut attingat, quod soli à nobis maiestati imperatoris deputatū est. Ex alijs uero, quæ à nobis definita, & in inuentario descripta, atque hac lege comprehensa sunt: omnino transgredi aliquid, aut augere, aut deminueri nullo modo concedimus. Nam infinitum illud (nempe ipsam sparsionem) omnino in arbitriū conferimus eius, qui dat, arbitrarium hoc ei facientes. transgredi uero à nobis definitum & constitutum nostra hæc lex uetat. Quin si quis præsumptū excedere præsumperit: centū librarum auri poenam soluet, quasi qui in iussiones nostras præuaticatus sit, & quantum in ipso) uniuersam legis huius intentionem corruperit. Nam si per hanc solummodo causam proposita est, ne dandorum immensitate series cōsulū deficiat: & propterea superfluas illas largitiones & sumptus in arctum contraximus, effusasque nimium in publicum processus & spectacula ad luculentam mensuram reduximus, forte etiam expolitius aliquid circa numeros meditati, ultra hoc quod in ipsorum consulum arbitrio ac uoluntate posuerimus, spargere ne argentum, an nihil largiri uelint, ut eo plures nobis sint, qui appellatione sua tempus exornent: nam ille, qui constitutum excedit, optimo iure, ut legis nostræ uolator, poena dignus erit. Ita enim perpetuò nobis consules erunt, non abhorrentes declinantesque rei immensitate & propterea sancimus, ut fixa firmaque hæc lex permaneat. Nemo igitur eam transgredi audeat, neque si opibus admodum abundet, neque si de numero nostrorum sit magistra

magistratum, neque si de magna curia sit, aut etsi nullo magistratu fungatur. Hæc enim omnia considerantes nos, omnibus largitionum æquabilitatem imposuimus, nulli prorsus data licentia mensuram hac lege comprehensam excedendi, nisi solo argento in processibus spargendo, aut etiam hoc quoque omitendo, quod tamen in ipsorum (ut sæpe dictum est) consulum arbitrio posuimus. Et ipsi insuper, qui ista excipere consueuerunt, magnū in hac lege nostra repositū est beneficiū. Nam si periculū erat, ne deficientibus his, qui consulum gerent, nihil percepturi essent, nunc autem mediocre percipient: merito magnam legi huic gratiam habere debet, qui utcumque suffecturum aliquid potius, quā nihil excipiant. Adeoque & hoc ipsum, quod gloriosius consulibus non aurum, aut maiorem monetā spargere, sed in miliaribus duntaxat, & oue ac cyatho signatis, neque non quadrangularibus mediocribus, & alijs huiusmodi pariter largitionem in populū facere concedimus: lege ita sancire, humanitatis intuitu & pro populi medela à nobis inuentū est. Nam si hoc egerint, qui consulum edent munificentiam, & ipsi solis conciliant populares: non amplius quasi per magnas decertantes lucris inter se seditiones agent, & ad mutua peruenturi sunt uerbera, quæ sæpenumero fustibus, baculis, lapidibus corā nobis incusserunt, animo planè nostro ingrati spectaculū. Siquidem uidimus, ut cum diu seditionis egissent, & ineffabilia alter alteri mala per causam eorum, quæ spargerentur diriperenturque ab ipsis, ingessissent: nihil ipsi omnino reportarent domū, sed eodē id ipsum omnino die ebrietatibus & comotationibus insumerent. Vidimus item sæpenumero, ut cum spe maioris lucris quæpiam forte antea expendissent, postea autem nihil aut minus excepissent: ultra hoc, quod damno obnoxij essent, etiam in uerbera, & uulnera, & alia exinde prouenientia mala incidere cogentur. At si modicum sit, quod spargitur: non perinde contentiose agent, neque uberè magnumque modum quæstus perantes, ultra modum alter alteri uerbera incutient. Unde communem ex hac lege prouidentiam communi formæ reipublicæ statuimus, ut designatio temporis post maiestatem imperatoriam habeat etiam perpetuò memoriam & appellationem cōsulū, inter gloriosius nostros magistratus & eos, qui de magna sunt curia, quandoquidem ex ipsi honore licet afficere dignos absque sumptu immodico. & cōdecens solatium populo nostro & alijs omnibus, qui eam rem propè modum iam pro desperato habet, præbemus: propterea superfluum auferentes, ut consulum reipublicæ immortalem statuamus. Subiacet igitur (sicut prædiximus) nostra dispositio huic nostræ legi, cuius exemplum transmissum unā cum lege, recondetur in iudicio excellentiæ tuæ. Porro sancimus, ut gloriosius pro tempore consules descriptionis siue inuentarij huic legi subditæ exemplum ex tuo solummodo iudicio percipiant, ut secundum eam omnia præbeant. Nam descriptionem propterea uolumus à throno tuo edi, ut neque ipsi præuaticari, neque breuiatoribus (ut uocant) aliquid à nobis constitutorū adulterare liceat: sed periculo eorum, qui eam descriptionem in iudicio excellentiæ tuæ adseruant, eius exemplum edi cum illius subsignatione, qui hunc magistratum gerit, cui tu modo præfides, ut in omne æuum constituta nostra incorrupta sint. Neque eorum aliquis, qui cōsulatus honorem ineunt, ægre fert, si ita mensuratis expensis factis, nomen addat temporis. Siquidem omne, quidquid hætenus consulum honorem gerentes tam ex iudicio excellentiæ tuæ, quā à gloriosius nostris præfectis, & undecumque tandem, nostra liberalitate habuerunt, offeremus & nunc ipsis: contractis quidem in arctum ab ipsis fiendis expensis, sed non deminuta nostra largitate. Cæterum omnibus prædictis imperialis nobis fortuna exempta esto, cui deus ipsas etiā leges subiecit, ipsa hominibus quasi animata quadam lege demissa: eo quod imperatori quidem omnibus ciuitatibus, populis, ac gentibus distribuenti, quæ singulatis illi uisa sunt & placent, consulum nunc non subit, adueniat autem tantummodo, cum ipse annuerit trabecæ. Unde & consulum in omne æuum imperij scepra sequetur. Tua igitur excellentia, hæc nostra lege suscepta, perpetuò ipsam in firmitate sua manere efficit, pro uniuerso in ea comprehenso tenore. Scriptum exemplum Ioanni gloriosius, sacrorum prætoriorum præfecto, iterum ex consule & patricio. Scriptum exemplum Longino prudentis, & gloriosius præfecto huius almæ urbis.

Desideratur hoc loco constitutio.

DE EXTREMIS VOLUNTATIBVS, ET BONORVM
in filios diuisionibus. Constit. CVII.

Imp.

Imp. IVSTINIANVS A. Basso magnificentiss. comiti deuotiss. domesticorum locum
obtinenti Ioannis gloriosiss. praetoriorum praefecti, iterum exconsule & patricij.

DEscripita quidem à Constantino sacratis. principe lex est, recte ad ueterem colli-
neata simplicitatem: sed rerum uarietas & crebro hæc commutans natura, ut
lex illa nostra correctione indigeret, effecit. Siquidem lex dicit, defunctorum uo-
luntates, cum parentes sunt, omnibus modis inter filios ualere debere: & in tan-
tum erga ipsos (si parentes sint) uerecunda est, ut obscuram etiam rerum desi-
gnationem eis concedat, dicens. Et si euidentes dispositiones eorum non sint, elici autem possint
ex coniecturis, & nominibus, & qualicumque scriptura: ut sic quoque hæc ualeant. atque hoc de suis
pariter & emancipatis inquit. Insuper etiam Theodosij constitutio ueluti per appendicem dis-
ponens definit, non tantum ut hæc in patribus ualeant, sed etiam in matribus, & in ascenden-
tibus utriusque sexus. Hac apprehensa licentia, ad tantam homines obscuritatem deuen-
erunt, ut diuinatoribus potius, quam interpretibus indigeant. Inde adeo cum neque personas ad-
scribant, neque rerum indicia proferant, & forte ne quantitatem quidem: tamen coniecturis ta-
& aperta uolentes existere (nihil enim tam proprium est legum, quam perspicuitas, præsertim in
extremis defunctorum uoluntatibus) decernimus, ut si quis literarum peritus inter filios no-
uissimam uelit conficere uoluntatem: primum quidem, quo tempore ea conficiatur, adscribat:
deinde etiam manu propria filiorum nomina, & insuper unciarum quantitatem, in quas ipsos scribat hære-
des, non notis numerorum designatas, sed integris declaratas literis, ut ex omni parte perspicua
& extra controuersiam sint positæ. Si uero bonorum uelit diuisionem facere, aut certis
rebus uel omnibus, uel aliquas institutiones completi: adscribito earum etiam rerum indicia,
per quæ internosci queant, ut omnia eius declarata literis, nullam præterea contentionem re-
linquant filijs. Cæterum si uel uxori, uel extraneis quibusdam personis uelit legata, aut
fideicommissa, aut etiam libertates relinquere: & hæc propria descripta manu, testatores dicant
coram testibus, quod omnia, quæ ea dispositione uoluntateque extrema continentur, & ipsi or-
dine scripserint, & ualere uelint: sunt & ipsa firma, ne utiqua ex hoc infirmanda, quod in char-
tam descripta uideantur, quæ reliquam testamentorum obseruationem non suscepit: sed
hoc solo controuersia liberantur, quod dexteram & linguam habeant, quæ summam chartæ
firmitatem præbeat. Et si quidem ea forma ad mortem usque permanserit: nemo postmodum
testimonia perhibebit, quasi huiusmodi sententiam mutare forte, uel inuertere, uel tale quid
facere uoluerit: cui utique licuit, quod factum erat, tumpere, & aliud testamentum facere, ulti-
mam eius uoluntatem declarans, quod ualere conueniat. Nam id ei facere permittimus: mo-
do expressis uerbis id ipsum in præsentia septem, aut etiam quinque testium designet, quod tam-
etsi huiusmodi nouissimam uoluntatem confecerit: non eam tamen uelit amplius ualere,
sed aliam facere. Atque hæc aut in absoluto testamento, quod omnes in testamentis requisitas
notas habeat, facito: aut in absoluta nouissima uoluntate scripto non comprehensa uitam fi-
nisse uidetur: prioribus ex secunda eius dispositione ex absoluto testamento aut uoluntate ir-
ritandis. Quia uero scimus, quod aliqui inter filios suos bonorum suorum diuisiones ce-
lebrant, efficiuntque, ut ipsi his subscribant: admittimus & eam formam. Nam si distribuatur ali-
quis bona sua, & accersitis filijs efficiat, ut ipsi diuisionibus subscribant, & has per se ratas futu-
ras profiteantur, arbitrenturque ad eum illa se modum habere: erit & hoc in tali bonorum diui-
sione ratum, secundum constitutionem nostram, quam de hoc proposuimus, quam etiam ra-
tam esse in omnibus inibi comprehensis & per hanc legem sancimus. Porro si & ipse di-
uisionibus subscripserit, & per subscriptionem suam omnia manifesta reddiderit: erit & hoc
ratum, quandoquidem & hoc iam legislatione nostra comprehenditur. Illud uero cõ-
stat, quod in illis casibus hæc lex ualebit, quæ post eam moueri contigerit. Quæ igitur
nobis placuerunt, & per hanc sacræ declarantur legem, ea cognoscens gloria tua omnibus manifesta
facito, ne quid eorum lateat, quæ recte & cum summa prouidentia pro subditis nostris lege san-
cita sunt. Dat. Kal. Ianuarijs. Constantinop. D. Iustiniani P. P. imperij anno XIIII. Basilio V. C. COS.

DE RESTITUTIONIBVS. Constit. CVIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Basso magnificentiss. Comiti deuotiss. Domesticorum, locum
tenenti Ioannis gloriosiss. sacrorum praetoriorum praefecti.

Audiuimus



Vdiuimus speciem quandam facti, oborta de testamento controuersia, quam &
interpretari iustum putauimus, & exquisita lege cõplecti: quæ admodum consuetu-
dinis nostræ est, ut ex quæstionibus in speciebus factorum motis, bonarum legum
condendarum occasiones arripiamus. Nam cum quidam filios suos hæ-
redes instituisset, uelletque eos non existentibus liberis mutua uice substituere:
iussit, si quem suorum filiorum atque hæredum contingeret sine liberis humanam hanc uitam
dissolueret, ut post detractionem eorum, quæ lege illi ex rebus ab ipso ei relictis deberentur, omnes
reliquæ res & iura, quæ mortis tempore apud ipsum inueniantur, perueniant ac restituantur ei,
qui ex ipsis superfuerit, aut eius filijs, si quidem & ipse mortuus sit: omni cautione & fideiussione
inter ipsos propter prædictam restitutionem cessante. His ita gestis cum is obiisset mortem,
& alter quidem ex eius filijs & hæredibus liberis haberet, alter uero mansisset sine liberis: pro-
hibet is, qui filios habet, eum, qui filijs caret, quasi res deminuat, ne ipsi rebus uteretur. At ille
usus uerbis testameti, & quod hoc ipsum tantummodo pater restituere iussisset, quod mortis tempo-
re apud ipsum repertum esset: ea se forma ac ratione putauit licentiã habere, ipsi rebus utendi, ut uel-
let, nulla de earum administratione prohibitione sibi inducenda. Nos igitur sumpta ex
inde occasione, putauimus & ueterem infinitatem, & distinctionem, quæ deinde cõsecuta est,
illam quidem certis includendam finibus, hanc uero perpurgatam in hominum usus reponen-
dam esse, & propterea negotium lege comprehendendum, ut homines uniuersum legis ordi-
nem perdidicant, secutum quem talia conueniat & intelligere, & discernere. Ac scimus à
Papiniano prudentiss. uiro in decimo nono quæstionum eius libro dictum quiddam, ubi in
talibus casibus alienationes permittit, de industria illo ueluti in ænigmate apposito, quod alie-
nationes tunc demum prohibitas esse oporteat, cum qui restitutione oneratus est, interuertendi
fideicommissi causa dedita opera ad alienationem procedat. Et inter imperatores Marcus
philosophus, consimili specie proposita, constituit, ut talibus uerbis boni uiri arbitrium inesse
uideretur. Nobis autem recte se habere uisum est, si legislationem ad hunc formaremus
modum, ut si quis in genere dicat restitutionem fideicommissi: ea obtineant, quæ de talibus
definita, & à nobis inclusa sunt legibus. Si uero tale fideicommissum sit, quale proponitur, &
testator ea tantum fideicommissi subiiciat, quæ mortis tempore inueniuntur relinquuntur: ue-
tuc quod infinite à prioribus dictum est, id sub legitimam distinctionem deducatur & ordinem.

Si quis enim hæc, aut etiam consimile quid dixerit: sancimus, ut fideicommissi restitu-
tione grauatus institutionem suam usque ad Falcidiam duxat seruare necesse habeat, nec pos-
sit ex illa quiddam omnino minuere. Nam suffecerit, si hæredi quidem tres partes superauerit,
huic uero quartam solūmodo ratio relinquat. Neque enim permittimus, ut restitutione grauatus
donationibus aliquibus utatur, idque dedita forte opera & (quod Papinianus dicebat) interuertendi
fidei commissi causa, ut & quartam institutionis suæ partem deminuat: sed omnino id fidei
commissum relinquat: omnibus alijs in eius arbitrio positus, ut licentiam habeat his utendi,
ut uelit, quemadmodum perfectis dominis competit. Certe si ipsam etiam quartam re-
stitutione grauatus attingat: necessarium est causam accuratius perquirere, quæ obrem id fece-
rit. Et quidem si dotem uelit dare, aut donationem ante nuptias, cum aliud in bonis non habe-
at: permittendum illi est hoc agere, secundum quod nostra iam lege continetur, quatinus om-
nino ei hoc deminutionis genus non denegauimus. Sed & si in redemptionem captiuorum
(hanc etenim causam excipimus, & quasi donarium aliquod deo offerimus) habeat & huius
agendi licentiam, ut quartam quoque minuatur: ipsa pietatis ratione nobis præciosiore his omni-
bus apparere. Quod si certis de causis eueniat, ut neque ipse habeat, unde sumptus faciat: damus
ei potestatem, ut & hos ex istiusmodi restitutione faciat: id quod etiam testator præcepit, cum
in restitutionem pertrahi uoluit, quidquid omnino relinqueretur, & (ut aliquis dixerit) ex eo,
quod illi redundaret, restitutionem fieri. Si nulla eiusmodi causa subit: prorsus necesse
habeat quartam institutionis suæ partem seruare, & huiusmodi restitutioni grato animo ob-
sequi. Cæterum si quid insumpserit, cum haberet, unde supplementum faciat: ex illo & quar-
ta suppleatur, neque ea ratione aliqua deminutionem patiatur. Si quartam attigerit, neque habe-
at aliud quicquam in bonis ad supplementum: tunc damus illis auctoritate huius legis tam contra
uenditores, quam qui aliter eam rem acceperint, in rem actionem & ius hypothecarum, ut rerum
uindicatione satis huic fideicommissario possit fieri: id quod & in legatis iam præbuimus,
tam ex constitutione conditionem, quam etiam persecutionem fideicommissi illis largientes.
Vnde & cautionem dabit fideicommissarius, non se minus quarta seruaturum: nisi & hanc re-
stator remittat, quemadmodum in casu ad nos renunciato. Siquidem enim testatore non solum

z omnem

omnem fidei iussionem, sed etiam cautionem remittente, nos diuersum quiddam statueremus: illud sane intente ad defectu uoluntate collineatu non esset. Secundum haec igitur decisa sunt negotia, tam hoc ipsum, quod quaestionem praebuit, quam omnia alia, ex quibus pendere speciem aliquam facti contingat, ad hunc modum confectis testamentis, defunctisque forte testatoribus, neque dum tamen istiusmodi fideicommissio locum habente, restitutione scilicet gratato adhuc superstiti. Atque haec non tantum de liberis dicimus, sed etiam de alijs tum cognatis, tum extra cognationem eius existentibus, quibus omnino huiusmodi fideicommissum relinqui contigerit. Gloria igitur tua omnibus ista subditis nostris manifesta faciet, ut sciant, & quomodo uiuere eos oporteat, & quomodo mori, & testamenti tabulas conficere, & fideicommissa relinquere, & alia facere, quae in talibus legibus comprobata sunt.

DE MULIERIBUS FIDE HAERETICIS. Constit. CIX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. Orientalium praetorium praefecto, iterum ex consule ordinario & patricio.



Nicum nobis auxilium per omne administratae reipublicae, gestisque a nobis imperij tempus, spem in deum esse confidimus: scientes, quod hoc nobis ipsius etiam animae salutem praebat. Vnde conuenit, ut & legislationes nostras exinde pendeant, & eo respiciant, & hoc eorum principium simul, & medium, atque finis sit.

Omnes igitur nouerunt, quod qui ante nos imperium reuerunt, & maxime Leo patris memoriae, & sacratiss. princeps Iustinus pater noster, in constitutionibus suis in uniuersum omnibus haereticis interdixerint, ne quam ipsi uel militiam capefferet, uel in publicis sollicitudinibus ullam communionem haberent: quominus occasione tum militiarum, tum tractatione insuper publicorum negotiorum, sanctae catholicae & apostolicae dei ecclesiae partes uiderentur corrumpere. Et nos quoque hoc ipsum fecimus, hisce per constituta nostra corroboratis. Haereticos autem illi dixerunt, & nos dicimus, quicumque diuersarum sectarum sunt, quibus connectimus & connumeramus eos quoque, qui Iudaicam Nestorij sequuntur uesania, & Eutylianitas, & Acephalos, & qui peruersa Dioscori & Seueri opinione laborant, qui Manichaeorum & Apollinaris impietatem renouarunt: & insuper quicumque membrum sanctae dei catholicae & apostolicae ecclesiae non sunt, in qua & omnes sanctiss. totius habitati orbis patriarchae, tam Romae occidentalis, quam huius regiae urbis, & Alexandriae, & Theopolis, & Hierosolymorum, & omnes sub ipsis constituti religiosiss. episcopi, uno ore apostolicam fidem & traditionem praedicant. Qui igitur incontaminata communionem in catholica ecclesia cum dei amantiss. huius sacerdotibus non participant, optimo iure uocamus haereticos. Tametsi enim Christianorum sibi nomen imponunt: eo tamen ipso, quod a uera Christianorum fide pariter & communionem seipso separant, dei se iudicio subdici cognoscunt. Ac leges quidem, quae de haereticis promulgatae sunt, omnibus manifestae existunt. Nos uero cum eos, qui orthodoxam exosculantur fidem, & mordicus eam retinere conantur, amplius priuilegium habere uelimus, quam eos, qui seipso ab ouili dei segregant: quandoquidem iustum non est, ut aequalibus priuilegijs haereticos dignemur cum orthodoxis: ea propter & ad praesentem legem respeximus. Ex quo enim praerogatiuam mulieribus dedimus in dotibus quidem, ut antiquioribus creditoribus praerantur, & meliore loco sint, quam tempore uincantur: in donationibus uero propter nuptias, ut pro ratione temporum, quibus factae sint, hypothecarum ius habeant: omnibus in praesentia per hanc sacram legem nostram notum facimus, quod & hac praerogatiua, & tacitas hypothecas, & omnia alia, quae mulieribus in diuersis priuilegijs a nostris concessa sunt legibus, his solis praebemus, ut ex his fructum capiant, illorumque utantur beneficijs, quae diligentiam adhibent, quomagis rectam & adorandam fidem nostram (nempe catholicam & apostolicam ecclesiam) retineant, & participant salutari in ea communionem. Quae enim a sancta catholica & apostolica dei ecclesia seipso separant, neque incontaminata in ea communionem cum dei amantiss. huius sacerdotibus participare sustinent: eas ne utique uolumus huiusmodi priuilegijs perfrui. Nam si a dei se muneribus separant, & a sancta & incontaminata se communionem alienas faciunt: multo magis nos concesserimus, ut priuilegijs dignae habeantur, atque ex legum nostrarum applausu ac fauore fructum percipiant. Quin potius beneficia e legibus profecta penitus ipsis inaccessa sunt, & omni priuilegio a constitutionibus nostris

stris ipsis concessio priuabuntur. Licebit autem eis, ubi meliorem sententiam amplexae, & rectam ueramque fide exosculatae, neque non mordicus usquequaque eam retinere conatae fuerint, istiusmodi muneribus & priuilegijs perfrui. His per uniuersam imperij nostri ditionem obtinentibus & obseruandis, principaliter quidem a dei amantiss. sacerdotibus, deinde uero & a nostris magistratibus & iudicibus, siue maiores, siue minores existant, & insuper ab excellentia tua, ad quam & praesentem legem proferimus. Vnde conueniens est, ut iudices, apud quos uel contra mulieres, uel a mulieribus quaedam sibi priuilegia uindicare uolentibus, aliqua mouentur lites, ad praesentis legis respiciant uigorem & potentiam. Et si deprahenderint eas orthodoxae fidei non esse, neque incontaminata & adoranda illa communionem in sancta catholica & apostolica ecclesia cum uenerandissimis huius sacerdotibus participare: non concedat hisce, ut priuilegijs e nostris constitutionibus profectis perfruantur. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea cognoscens excellentia tua, simul curae habeto, ut in mouendis apud ipsam litibus obseruet, & effectui ac fini tradat, simul per solita edicta & proprias iussiones omnibus manifesta facito, tam in alma hac urbe, quam in prouincijs: ut omnes cognoscant, quantum nobis curae sit, tum uera in dominum Christum uerum deum fides, tum subditorum nostrorum salus.

DE USURIS NAUTICIS Constit. CX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. per Orientem praetorium praefecto, iterum ex consule ordinario, & patricio.



Cimus quidem per suggestionem excellentiae tuae legem iam nos de traiectione pecuniarum condidisse, quae insinuata fuit iudicio tuo. Sed quia postmodum interpellationibus nobis factis iussimus, ne illa lex ualeret, mandato dato, ut e iudicio tuo reciperetur, cognouimus autem in nonnullis eam prouincijs iam insinuata esse: propterea sancimus, ut eiusmodi lex penitus uacet, atque inualida sit: & ita rem praecedere uolumus, quasi praedicta lex neque scripta esset, ipsaque adeo cotrouersias examinari iudicationeque secundum leges de talibus iam propositas potiri. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea studeto excellentia tua effectui ac fini tradere.

DE TEMPORE ACTIONVM, QVAE SACRIS LOCIS competunt. Constit. CXI.

Imp. IVSTINIANVS A. Theodoto Orientalium praetorium praefecto.



Quod medicamenta morbis, hoc exhibent iura negocijs. Vnde consequitur, ut nonnunquam a iudicio discordet effectus, & quod credebatur coniectura prodelle, experimento inueniatur inutile. Probat igitur hoc praesentis etiam necessitas sanctionis, in qua priuilegium ex religioso proposito sacrosanctis ecclesijs dei, & monasterijs, alijsque religiosi locis constitutione nostra nuper indultum, necessaria correctione distinguimus. Dudum siquidem iusseramus ad centum illis annos exceptionis propagari curricula, per cuius licentiam sanctionis negotia quidem multa commota sunt, & uelut antiquorum uulnere obducta patuerunt iterum cicatrices. sed eorum sanitas prouenire non potuit, probationum scilicet difficultatibus impedita: quoniam per tantum seculi magis, quam temporis spacium, nec documentis integritas, nec actus fides, nec aetas ualet testibus suffragari. uerum quia largitati nostrae caufarum non occurrit angustia: cum ratione simul ac religione tractantes praedictum priuilegium usque ad possibilem modum deduce re, experimento retraximus. & iubemus in negocijs, quae ante hac triginta annorum remouebat exceptio, nunc uenerabilibus ecclesijs, monasterijs, & xenodochijs, necnon orphanotrophijs, & brephotrophijs, & ptochijs quadraginta annorum protelatio conferatur: salua scilicet circa alias personas & causas uirtute, quam semper tricennalis sibi praescriptio uindicabat, quoniam hanc decem annorum adiectionem solis (ut dictum est) religiosi locis, eorumque iuri, uel contractibus indulgemus: ut sopitae hoc temporis spacio tam personales, quam hypothecariae actiones in perpetuum conuiescant, nihil penitus alijs exceptionibus derogant, sed tam in alijs, quam triennio uim roburque tenentibus. in illis nanque (ut dictum est) tantum negocijs religiosos contractus memorato quadraginta annorum priuilegio uolumus perfrui, in quibus eis centum annorum praerogatiuam constitutio nostra contulerat. Si quas plures causas ante hanc nostram constitutionem ab ecclesijs, caeterisque sacris locis ubicumque commotas, iudicialis

cialis sententia aut transactionum conuentio terminauit, nolimus refricari, sed in reliquum illis hanc obijci sanctionem, quas ante hac sopitas octo lustrorum silentio moueri haecenus aut motas terminari non contigit. Illustrius igitur & magna auctoritas tua, quae per hanc generalem legem nostra statuit aeternitas: edictis propositis ad omnium notitiam faciat peruenire. Dat. Kalend. Iunij. Constantis nopr. Imperij DN. Iulianiani A. PP. anno. XV. Basilio V. C. COS.

DE LITIGIOSIS, ET DE CAUTIONE, QVAE ANTE reorum citationem praestari debet ab actoribus, & quando actor priuilegio uti nequeat, quod inuitus agere non compellatur. Constit. CXII.

Imp. IUSTINIANVS A. Theodoro Orientalium praetorium praefecto.



Isi multa de litigiosis tam a ueteris sapientiae legumlatoribus, quam imperialibus prodita sunt constitutionibus: tamen quidam iudicum in praesentia nostram petierunt serenitatem, ut controuersiam, quae de talibus causis usque adhuc agitur in iudicijs, disceptemus: & una leges ac constitutiones de his propositas manifestius explanemus, ut in posterum extra controuersiam positum sit, quas res litigiosas appellari conueniat. Atque ea igitur de re sancimus, ut litigiosa res dicatur intel ligaturque, siue mobilis, siue immobilis, siue seipsam mouens, de cuius quidem dominio inter actorem & reum mouetur quaestio, siue citatione ad magistratus facta, siue precibus imperatori oblati, & iudici insinuatis, & per ipsum aduertiario eius, qui principem adiit, cognitio. In his enim casibus & priorem mansuetudinis nostrae constitutionem, in qua eius rei conscios & ignorantes emptores discernimus, postea obtinere uolumus. Sed & illud nobis adijcere uisum est, ut si reum pendente adhuc lite de re litigiosa, mortem obire contingat, haeresque eius uelint bona diuidere: absque impedimento liceat hoc eis agere. Nam cum litigiosae res per successionem deferuntur ad haereditate: harum inter haereditate diuisio pro alienatione intelligi non debet. Illud quoque per praesentem nostram legem sancimus, ut si quempiam ex his, qui de talibus rebus litigant, cum humanis excedit, contingat aliquid rerum, quarum de dominio mouetur controuersia, per ultimam uoluntatem legati nomine relinquere: siquidem haeres iudicialia sententia earum dominus comprobatus fuerit: tunc legatarius omnibus modis id, quod ipsi relictum est, ferat. Sin haeres in iudicio deteriori sententiam reportauerit: locum legatarius ad alteram rem pro eodem legato ab haerede exigendam non habeat: quandoquidem testator, qui litigiosam rem esse nouit, litem euentum legatario reliquerit. Vnde licentiam damus legatario, ut si hoc sibi expedire putauerit: socium se in litem addat, ne quam forte negligentiam postea, aut prodicionem possit haeredi opponere. Ab hac uero litigiosi appellatione hypothecas separatas esse, inque his hanc distinctionem ualere sancimus: ut siquidem speciales res mobiles, uel immobiles, uel seipsas mouentes nominatim in nexum hypothecarum inferantur: integrum quidem debitori sit ea rem, cui & quando uelit, uendere: sed ita, ut ex precio satis ipse creditori faciat. Sin creditor hoc minus faciat: damus creditori pignus habenti in re uendita licentiam, ut eam uindict, quousque sibi pro debito satis fiat.

Haec autem obseruari praecipimus, si non ea res prius alijs forte creditoribus, uel nominatim speciali, uel generali hypotheca obligata sit. Tunc enim pro tenore nostrarum legum, unicuique creditori sua temporum priuilegia custodiri sancimus. Vnde manifestum est, quod multo minus generales hypothecas litigiosi appellatione contineri uelimus. Quin harum actiones secundum ueterum legum placita examinari, & suum habere uigorem iubemus.

Atque haec quidem de litigiosis, & speciali, quin & generali hypotheca disposuimus, ne qua in posterum de his nascatur in iudicijs controuersia, sed secundum hanc distinctionem istiusmodi finiantur certamina. CAETERVM ad intentiones eorum, qui per calumniam lites mouent, & executorum fraudes excludendas, inuenit prouidentia nostra & aliud remedium. Sancimus enim, ut omnes iudices, si quando aliquos uel praehendi uel citari uelint, in interlocutionibus suis hanc conditionem apponant, ne aliter accusatorij libelli reis porrigantur, aut executoribus praebantur sportulae, nisi actor in libello prius uel per se, uel per tabularios subscribat, & apud actorem publicorum monumenta fidedignum fideiussorem praebat, qui periculo competentis cohortis spondeat, quod & ad terminum usque litem iudicio adfuerit, & proprias actiones uel per se, uel per legitimum procuratorem expediet: & si posthac iniuste litem mouisse ostendatur, sumptuum & expensarum nomine decimam eius quantitatis

tatis partem, quae libello comprehenditur, accusato restituet. Quod si dicat facultatem sibi ad fideiussorem dandum non adesse: tunc apud iudicem, apud quem controuersia exercenda est, propositis sanctis euangelijs, iureiurando idipsum affirmet, atque ita iuratoriam cautionem exponat, & per eam haec, quae superius dicta sunt, profiteatur. Si uero non omnia haec praedicto modo peragantur: non concedimus, ut reus ullum responsum executori praebat. At si contra memoratam formulam uel iudex aliquis, uel cohors eius, uel quicumque tandem executor, citare aliquem praesumpserit: a iudice quidem & cohorte eius denarium librarum auri poena exigetur. ipse uero eius controuersiae executor tum publicationi bonorum subijciatur, tum exilio condempnabitur in quinquennium. Poena uidelicet, quae ex lege competit, exigenda periculo gloriosissis, pro tempore Comitis sacrarum nostrarum rerum priuatarum, & inferenda nostro aulario. Omne quoque dispendium, quod accusatus ex hac aggressura contra tenorem praesentis legis facta sustinuerit, reo ex substantia actoris refarcietur periculo iudicis, per cuius executores praehensus fuit, neque non & cohortis illi obtemperantis: ut ex omni parte hi, qui a superno nutu potentiae nostrae concrediti sunt, illaesi conseruentur.

Enim uero lites, quae consensu utriusque partis mouentur in iudicio: ut a poena praesenti constitutioni inserta liberae sint, sancimus: & terminentur, quemadmodum alijs nostris constitutionibus continetur. PORRO cum omnes controuersias praecisus ambagibus uelimus ad finem decurrere: illorum etiam uersutis aduersamur, qui actiones tantummodo proponunt, nolunt autem eas ad terminum usque litem persequi, dicentes legem esse, quae ueret, ne quis proprias actiones exercere compellatur inuitus. Hanc igitur uersutiam studentes extinguere: iubemus, ne memoratae legis auxilio utantur hi, qui contra aliquos proprias iam actiones proposuerunt, siue aditione magistratum, siue per preces imperatori oblatas, & iudici insinuat, perque ipsum ad noticiam aduersarij delatas, & a legitimo iudice examinari coepas. neque enim iuste actionem intentare recusat, qui ueluti paratus aduersarium suum in ius uocauit: cum istiusmodi recusatio reo potius, quam actori competat. Propterea sancimus, ut actor coeptam causam usque ad finem litem persequatur & exerceat. Si uero causam peragere distulerit: damus reo licentiam iudicem, apud quem litem contestata est, postulandi, ut actor ab ipso citetur, quomodo uel per se, uel per legitimum procuratorem in ius ueniat. Et si minus id fecerit: propositis tribus edictis ipsum euocet, unaquaque uocatione non minus, quam triginta dierum spacio includenda. Iubemus etenim, ut ordinarij iudices non solum praekonum uocibus, sed etiam propositis edictis, quae cum tandem litigatorum pars a iudicio se absenter, ea in ius uocent. Nam praekonum uocem pauci, qui forte praesentes reperiuntur, audire possunt: edicta autem per multos dies proposita, omnes ferme possunt cognoscere. Insuper omnibus alijs iudicibus, qui iussione imperiali controuersias examinant, per praesentem legem permitimus, ut quae partes iudicium non obseruant, eas propositis edictis euocent, ne causae indecisae & absque termino permaneant.

At uero si lis apud iudicem nondum suscepit initium, sed sola citatione per libellum facta in ius productus est aliquis, aut precibus serenitati nostrae oblati, iussio nostra de hoc processit, siue scripto, siue nudo mandata, & ea iudici insinuata fuit, & aduersario cognita: licebit sic quoque reo ad competentem ingredi iudicem, & per ipsum consimili modo suum uocare aduersarium: ut si quidem sui ipsius copiam actor faciat, causa secundum legum examinata ordinem, legitimum terminum suscipiat. Sin autem propositis edictis euocatus in ius uenire, & actiones suas uel per se, uel per legitimum (ut dictum est) procuratorem proponere nolit: tunc alteram illi unius anni dilationem concedimus, intra quam nisi actionem suam persequatur, damus iudici licentiam, ut iudicium obseruantis partis allegata secundum leges nostras uel absente aduersario examinet, & ueritate exacte perquisita, legitimam profert sententiam. Caeterum si intra praedictam unius anni dilationem adueniat, & actiones suas exercere uelit: iubemus, ut iudex omnibus modis sumptus siue expensas, quas per causam litem reus, dum iudicium obseruat, sustinuit: ante omnia ab actore exigat, & accusatione tentato praebat, & actorem obseruare iudicium faciat, quo usque causa secundum leges terminum suscipiat. Nam si solummodo accedat, & sumptibus siue dispendijs praebitis, duntaxat eius anni tempus uelit diffindere, & rursus a iudicio discedens, usque ad terminum litem non permaneat: iubemus, ut post praedictas edictorum & annui interualli obseruationes omni ipse acti one excidat, quam contra reum sibi competere suspicatur. Si quidem deterior eius esse fraus intelligitur, qui diffisam litem denuo deferit, quam illius, qui semel a contestata lite desistit.

Priuilegio autem legis, quae mouendarum actionum necessitatem nolentibus non imponit, illis & quidem solis uti concedimus, qui nullam contra aduersarios suos quaestionem

* uel sic.
ullam quaes-
tionem de
reo execu-
tor habeat.

praedictis modis mouerint. Atque haec omnia ualere sancimus in his controuersijs, quae nondum uel iudicialia sententia, uel amicorum interuentu, uel alia decisione legi cognita susceperunt terminum. *Theodote praefecte charissime atque amantissime. Illustris itaque et magnum auctoritas tua praesentem numinis nostri legem in perpetuum ualituram, edictis in hac regia urbe propositis, et praecipue in uniuersas prouincias sub tua constitutis iurisdictione directis faciat manifestam: ut omnes ea, quae pro uoluntate eorum sancimus, a se custodienda cognoscant.* Dat. 1111. Idus Septembris. Constantinop. Imperij D. Iustiniani. P. P. anno. XV. Basilio V. C. COS.

NE IN MEDIO LITIS FIANT SACRAE FORMAE,
aut sacrae iussiones, sed secundum generales leges causae decendantur. Et
ut praesens constitutio ante personarum in iudicio confirmationem
inseratur actis iudicialibus. Constit. CXIII.

Imp. IUSTINIANVS A. *Theodote sacrorum praetorium praefecto.*



Um omnia secundum leges nostras geri uelimus, habemusque studio, ut harum uigor conseruetur: uisum nobis est ad ipsarum legum obseruationem praesentem legem conscribere. Cognouimus etenim, quod quidam iudicum uolentes eos, qui causas agunt, contorquere, studentesque clam haberi comperendinationes a se factas, aliquoties causari solent, dicentes, sacras sibi formas, aut sacras iussiones, aut commissiones spectabilium nostrorum Referendariorum insinuat esse, quae forma praescribant, quo modo controuersias ipsos examinare aut iudicare oporteat. Atque ea de re sancimus, ne dum lis apud iudices examinatur, siue in pecuniarijs, siue in criminalibus, siue quibuscunque emergentibus causis, siue hic, siue in prouincijs, uel pragmatica forma, uel aliud rescriptum, uel sacra aliqua nostra scripto comprehensa aut sine scripto iussio, uel commissio in hac regia urbe a spectabilibus nostris Referendijs, aut quocunque alio, quae formam praescribat, quomodo ceptam controuersiam examinare iudicareue oporteat, iudicibus insinuetur, aut insinuata ualeat, sed secundum generales leges nostras lites examinentur decendanturque. Nam quod ex auctoritate legum iudicatur, id aliqua extrinsecus formula & praescripto non indiget. Si qua enim ad nos controuersia, uel aditata modo apud iudicem, uel ante ea lis initium sumeret, deuenerit, uisumque nobis erit nostra sententia eam disponere & decidere: non sane alterius praeterea id sententia indiget. Quae etenim sacra (ut dictum est) disponuntur decidunturque sententia, ea aliorum examinatione, aut sententia, aut retractatione aliqua non indigent. Neque enim nos, quibus deus ferendarum etiam legum potestatem donauit, si de controuersia aliqua qualemcunque sententiam protulerimus: permittimus, ut alius iudex hanc, siue per formas, siue per commissiones spectabilium nostrorum Referendariorum, aut alterius cuiuspiam, quo modo hanc examinare retractareue oporteat, examinet et retractet, utpote cum quod a nobis semel iudicatum est, retractari a nemine possit. His uidelicet obtinentibus, si scripto comprehensa eiusmodi aliqua iussio procedat. Ceterum si iudicij dubitatio oboriatur de lege aliqua: suggestionem refero ad potentiam nostram, & scripto comprehensam a nobis expectato causae explanationem aut interpretationem, secundumque eam litem decido. Si uero dum lis agitur, uel pragmatica nostra forma, uel commissio spectabilium nostrorum Referendariorum, aut alterius cuiuspiam, uel aliud quicquid omnium praedictorum insinuat fuit iudicij, quod uel examinationi uel iudicationi formam praescribat: iubemus, ut iudex ne utique his aduertat animum: sed his uacantibus, neque robur ullum habentibus, secundum generales leges nostras causam examinet, & legitimo termino contradat. Quod si iudex ea non obseruabit: decem librarum auri poenae subiaceat, ultra hoc, quod maiorem etiam aliam nostram indignationem experietur. Eidem poenae subdendo & eo, qui talem aliquam formam dictare ausit, simul & his, qui huic in ministerio erunt, & huiusmodi aliquam commissionem facientibus spectabilibus nostris Referendijs. Atque haec dicimus, siue ex sacro nostro oraculo iudicare aliquis iussus est, siue iussione magistratum, siue forma arbitrorum aut commissariorum cognitorum quaestioni accommodare audientiam, siue scriptura interueniente, siue sine scriptura & de plano iudicare iussus fuit. Sed & si quis iudicium, salutis suae contemptor, ex aliquo horum sententiam proferre praesumpserit: hanc ita irritam atque infirmam esse uolumus, ut neque prouocatione opus habeat, neque ex compromisso inducat poenam. Volumus

Iumus enim nos, ut omnes iudices, tam examinationes, quam iudicationes suas, secundum leges nostras expediant. Illud sane in confesso est, quod neque iussio aliqua magistratum contra ea, quae hac nostra lege constituta sunt, ualitura sit. Ad haec & illud iudices scire oportet, quod conueniat ipsos, uel quae etiam hoc tempore lites agitantur, secundum generales definire leges, tamen si sacrum aliquis iam impetrauerit oraculum, quod iudicis examinationi iudicationique formam praescribat. Volumus etenim, ut qui huiusmodi aliquid iam impetrauit, nullam ex impetratis utilitate percipiat. Nam si semel definitiuam sententiam proferri contigerit: minime ipsam ex hac nostra lege scrupulosius indagari peruestigarique iubemus, tamen et si prouocatio secuta est, aut alioqui contra sententiam spes aliqua retractationis est.

Atqui iussionem, quae iudicanti quidem aut iudicaturae formam non praescribit, quomodo inquisitionem in causa fieri, aut sententiam proferri oporteat, sed liti uult legitimam adhiberi diligentiam, aut actorum editionem inducit, aut iudicem legitimam compellit proferre sententiam, aut in cognitionem secundum nostras leges alium addit iudicem: fieri utique & ualere, siue interueniente scriptura, siue absque scriptura factam, non prohibemus. Ut autem omnes subditi nostri, & maxime qui litibus atteruntur, nostram pro ipsis prouidentiam nouerint, neque aliquis sacram hanc nostram legem ad se pertinere inficietur, aut ignorantiam in ea praetendat: sancimus, ut ea in quacunque controuersia, quae apud iudicem sumpsit principium, statim a primordijs atque ab ipsa personarum in iudicio confirmatione, & inscribatur, & actorum pars fiat. Ita enim & praesulgens actis prohibebit, quominus contra tenorem eius, cum circa alia, tum circa personarum (ut probabile est) in iudicio confirmationem perperam aliqua attententur: & poenas interminans his, qui praesuaricari eam conantur, a talibus ausis ipsos continebit, neque ut in ea contentis poenis locus fiat, sinet. Nam ut legis transgressionem simul & iniusticiam per omnia eijciamus: propterea praesentem legem tulimus, ex omni parte ipsam, & per ipsam omnes alias leges reipublicae, nulli labefactioni, nullis expositis insidijs conseruantes, secundum quas praesente deo & nos ipsi imperium suscepimus, & per eas reipublicam nostram custodiri, proque ipsa excubias in omne aeuum agi optamus. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea excellentia tua tam custodire studeto, quam omnibus manifesta constituito, proponens ipsam tum in alma hac urbe, tum solitis utens ad prouinciarum praesides iussionibus, ut omnes homines & per hanc cognoscant, quam magnam pro ipsis geramus prouidentiam.

DE SACRIS ISSIONIBVS. Constit. CXIII.

Imp. IUSTINIANVS A. *Theodote sacrorum praetorium praefecto.*



Offrae serenitatis sollicitudo remedijs inuigilat subiectorum, nec cessamus inquirere, si quid sit in nostra reipublica corrigendum. ideo namque uoluntarios labores appetimus, ut quietem alij praeparemus. Unde ad uniuersorum utilitatem pertinere respeximus, si sacras etiam iussiones cum competenti iubeamus cautela procedere, ne aliquibus liceat eas pro sua uoluntate profiteri. Nam praesenti lege decernimus nullam diuinam iussionem, neque per uiri magnificentissimi quaestoris adiutores, neque per aliam cuiuslibet militariae, aut dignitatis, aut officij personam cuiuscunque iudicij concessam, a quolibet suscipi cognoscere, cui magnifici uiri quaestoris annotatio subiecta non fuerit, quae contineat, & inter quos, & ad quem iudicem, uel per quam fuerit directa personam, quatenus omni posthac ambiguitate submota, nulla cuiuslibet excusationis relinquatur occasio: scientibus iudicibus, uel administratoribus uniuersis, quod si in quolibet negotio sacram susceperint iussionem, nisi cui quaestoris uiri magnificentissimi fuerit subiecta annotatio: multa uiginti librarum auri, & officium simili poena plectetur. quibus iubemus, si qua talis iussio ad eos peruenerit, mox ad praedictum uirum magnificentum quaestorem referre: aut cum illo, qui haec ingerit, destinare, ut in eum uindicta procedat, quam in falsarios iura nostra constituerunt. Theodote praefecte charissime atque amantissime. quam legem perpetuo ualituram celsitudo tua ad uniuersorum faciat peruenire noticiam.

Constit. CXV. sex habet capitula.

Ut cum de appellationibus, & retractationibus, & relationibus iudicum cognoscitur, secundum illas leges controuersiae decendantur, quae tempore latae sententiae & suggestionis obtinebant, non quae postea promulgatae sunt. Si altera litigantium pars renunciet se allegationibus contentam fore, altera uero differat, quasi non contenta iudex dato unius,

unius, & item a'terius, & tertij mensis dilationem. his autem præteritis non amplius expectato, sed proferto sententiã. 3 Quæ causæ ingratiudinis rationabiliter filijs obijci possunt à parentibus. 4 Quæ rursus causæ ingratiudinis rationabiliter possint parentibus obijci à filijs. 5 Vt lugentes, & qui genere illis proximi sunt, nulla de causa intra nonum diem præhendantur, uocenturq; in ius. 6 De constitutæ pecuniæ obligatione & sponsonibus, si quis ita pecuniam constituat aut spondeat, fatis tibi facio: aut fatis tibi fiet à me: & hoc, & illo: aut fatis tibi fiet à me, au. hoc, aut illo.

Imp. IVSTINIANVS A. Theodoro Orientalium sacrorum prætoriorum præfecto.

Peruenit ad serenitatis nostræ noticiam, quòd mota lite inter Eustathium dei amanti. Tlo ciuitatis episcopum, & Pistum Telmissensis ecclesiæ diaconum à prouinciæ præside definitiua processerit sententiã, contra quam appellatio porrecta sit. Proinde cū iudices, apud quos examinabatur appellatio, ambigerent: ad nostram retulerunt mansuetudinem, utrum secundum illas leges eam controuersiam examinare deberent, quæ tunc obtinuisent, cū definitiua processisset sententiã, an uero secundum tenorem eius legis, quæ post definitiuam à nobis promulgata esset sententiã. Iustum igitur nobis uisum est, ut secundum eas leges prædicta appellationis causa examinaretur & terminu susciperet, quæ tempore prolata ualuerunt sententiã. Visum item nobis est, ut si postea talis aliqua emergat dubitatio, consimili & ipsa ordine terminetur.

Et propterea sancimus, si quando de controuersia aliqua definitiua processerit sententiã, insequaturq; appellatio: ut qui appellationem examinant, secundum eas leges negotio terminum assignent, quæ sub tempus definitiuæ ualuerunt sententiã. Eodem hoc uidelicet obseruando, & cum gloriosiss. præfectorum retractantur sententiã, & in relationibus iudicū, nempe cum utraq; pars proprijs suis renunciat allegationibus, & iudices relationibus suis interrogant, quam negotio tandem formam debeant præscribere. In omnibus enim hisce casibus illas leges à disceptatoribus custodiri sancimus, quæ tempore sententiã, aut certe relationis ualuerunt, tamen si legem postea promulgari contigerit, quæ noui aliquid disponat, & uigorem suum uel ad præterita etiam negotia referat. **SEDET HOC** præsentem lege sancimus. Ex quo enim nonnunquam inter litigatores contingit, ut altera quidem partium suis allegationibus renunciet, altera uero cognoscens, quòd malam habitura sit causam, post tractatã in iudicio litem & dilationes, quas probationum causa leges concedunt, profiteri nolit, contentam se allegationibus esse, neq; alia de causa, quam ne celerius causæ qualitas agnoscat: iubemus, ut cum una partium suis renunciauerit allegationibus, altera uero pars dixerit habere se, quod adijcere debeat: causæ iudex omnibus modis eam partem, quæ dilatione uitur, compellat intra triginta dies, quam altera pars renunciauerit, citra ullam dilationem, quod uult, proponere.

Quod si nõ fecerit: tunc ut improbitas eius superet, alter ei mensis indulgeatur à iudice. Si sic quoq; differat: item alterius ei mensis dilatio præbeat. Ita tamẽ, ut si intra prædictos tres menses, quos litem prorelantibus litigatoribus concessimus, allegationes suas non proposuerit: iudex non amplius expectans, omnibus modis sententiã legibus conuenientem proferat, aut (si uoluerit) referat: quo minus litigatoribus improbo studio contententibus liceat causa: tum euentus in longum protrahere. **AD HÆC ALIUD** capitulum præsentem apponere legi nobis uisum est. Sancimus igitur, ne qua ratione patri aut matri, auo aut auia, proauo aut proauia, filium suum, aut filiam, aut reliquos liberos, in testamento suo liceat silentio præterire, aut exheredes facere: etsi per quamlibet donationem, aut legatum, aut fideicommissum, aut alium quemcumq; modum debitam ipsis portionem legibus contulerint: nisi forte ingrati comprobentur, & eas ingratiudinis causas parces nominatim in suo descripserint testamento.

Sed quia causas, ex quibus filij ingrati iudicari debent, in diuersis hinc inde legibus dispersas, neq; manifeste proditas inuenimus, quarum pleraq; nec dignæ nobis ad ingerendam gratitudinem sunt uisæ, alia uero, tamen dignæ, prætermisæ sunt: propterea necessarium nobis esse uisum est, præsentem eas lege nominatim complecti, ut præter hæc nemini liceat ex alia lege ingratiudinis causas opponere, nisi quæ contextu præsentis constitutionis continetur. Iustas uero causas ingratiudinis has esse decernimus.

Si quis parentibus suis manus intulerit, aut atrocem & indecentem contumeliam ingesserit, aut de criminibus publico ipsos iudicio postulauerit, quæ contra principem aut rempublicam non sint, si cum ueneficis ut ueneficus conuersetur, aut uitæ parentum suorum uel ueneficio,

ueneficio, uel alio modo insidiari conatus fuerit. Si cum nouerca sua aut patris concubina filius rem habuerit. Si calumniator filius contra parentes exstiterit, & delatione sua graua eos sustinere dispendia fecerit.

Si quem suorum parum carcere inclusum esse contigerit, & liberi, qui ab intestato ad eius uenire possunt hæreditatem, precibus ab eo petiti, siue etiam unus ex ijs, in fidem suam recipere eum noluerint, aut pro persona prouere alieno fideiubere, in quantum qui precibus petitur, idoneus esse comprobatur. hoc uero, quod de fideiussione sanximus, ad liberos masculos & solos quidem pertinere uolumus.

Si de eo liberorum aliquis conuincatur, quòd parentes suos testamentum facere prohibuerit: si quidem postea testamentum facere potuerint: licentia ipsis sit ea de causa filium exheredem facere. Si uero in ipsa prohibitione parentum aliquis sine testamento decesserit: & alij, siue qui ab intestato cum ipso filio, qui testamenti factionem prohibuit, aut post ipsum ad eius uocantur hæreditatem, siue quos sibi hæredes aut legatarios esse uoluit, siue qui læsionem aliquam ex prohibita testamenti factione sustinuerunt, hoc ipsum comprobauerint: secundum alias de hoc latas leges istiusmodi negotia terminentur.

Si præter uoluntatem parentum inter arenarios uenatores aut mimos seipsum recenset, & in ea professione perseveret: nisi forte & parentes eiusdem professionis fuerint. Si cui ex prædictis parentibus filia nepotiæ suæ maritum dare, & secundum uires patrimonij sui pro ea dotem offerre uolenti, illa non conserferit, sed turpem uitam delegerit.

Sed si filia legitimum annorum modum atq; ætatem habeat, & parentes differant marito eam coniungere, & ex hoc contingat, ut in corpus forte suum peccet, aut sine consensu parentum marito (libero tamen) coniungat: hoc ad ingratiudinem imputari filia nolumus: quandoquidem non sua, sed parentum culpa hoc deliquisse dinoscitur.

Si quis de prædictis parentibus furiosus fuerit, & liberi eius, uel quidam ex eis, aut liberis illi non existentibus, alij eius cognati, qui ab intestato ad eius hæreditatem uocantur, ministeriū illi & conuenientem sollicitudinem non exhibuerint: si quidem huiusmodi morbo liberatus fuerit: licentia ei erit, utrum filium, aut filios, aut cognatos, qui eius curam non gefferunt, in testamento suo uelit ingratiū seu ingratos scribere. Quòd si extraneus aliquis ipsum, cū eo furoris morbo detineretur, à filijs suis, aut cognatis, aut alijs ab ipso scriptis hæredibus negligi uideat, & misericordia ductus curam eius gerere uoluerit: damus ei licentiam, ut his, qui ab intestato aut ex testamento iam factis ad furiosi hæreditatem uocantur, attestacionem scripto compræhensam mittat, quomagens operam dent, ut curam eius suscipiant. Ac si post eiusmodi attestacionem quoq; neglegentes sint, & extraneus furiosum in domum suam receptū proprijs sumptibus usq; ad mortem curam eius gessisse comprobatus fuerit: eum, qui ministeriū & diligentiam furioso adhibuit, ut maxime extraneus sit, ad huius uenire hæreditatem sancimus: subuersa illorum institutione, ut qui quòd furioso (ut diximus) sollicitudinem adhibere neglexerint, successione eius indigni sint. Ita tamen, ut reliqua testamenti capitula in sua firmitate permanent.

Si unum aliquem de prædictis parentibus in captiuitate detineri contigerit, & liberi eius, siue omnes, siue unus, non festinauerint hunc redimere: si quidem captiuitatis calamitatem possit effugere: in eius potestate sit, utrum hanc ingratiudinis causam in suo describere uelit testamento. At si per liberorum neglegentiam & contemptum liberatus non fuerit, sed in captiuitate uitam finierit: non sustinemus illos ad eius peruenire successione, qui quidem redemptionem eius procurare non festinauerint. sed omnibus liberis neglegenter in hoc agentibus, omnes res, quæ ab ipso relinquuntur, ecclesiæ eius ciuitatis, unde originẽ traxit, addicuntur: inuentario uidelicet sub publica attestacione faciendo, ne quid ex patrimonio eius depereat: ea conditione, ut quidquid exinde peruenturum sit ad ecclesiã, id in redemptionem captiuorum procedat.

Verum hæc quidem dicta sunt, quantum ad personas, quas exheredes facere non licet, nisi ingratiudinis causas adscribi & approbari contigerit. Ad generalem uero legem ferendam præsentem nobis controuersia occasionem dedit. Et propterea generaliter iubemus, ut si ille in captiuitate detentus fuerit, neq; liberos habuerit, & alij, qui ad huius hæreditatem uocantur ab intestato, redimere ipsum non festinantibus, in captiuitate uitam finierit: nemo ex ijs, qui se in ea re neglegentes præbuerunt, hæreditatẽ eius adeat, quamuis ante captiuitatem testamentum forte ab eo conditum fuit, in qua memoratas personas hæredes scripserit. Sed & hic hæredum institutione ad irritum recedente, & reliquis testamenti capitulis in sua firmitate manentibus, consimili modo huiusmodi personarum facultates ecclesijs earum urbium, unde duxerunt originem, addicuntur: neq; in alias causas, q̄ captiuorum redemptiones, infumuntur: ut unde illi à suis redempti non sunt, exinde aliorum redemptiones procurentur, & similiter ex hoc pio actu illorum animæ releuetur. Eodem hoc obseruando,

obseruando, etsi aliam extraneam personam ante captiuitatem hæredem scripserit, & illa cognita habens, quod hæres ab illo scripta sit, ex captiuitate hunc redimere neglexerit.

Hanc autem poenam contra illos ualere sancimus, qui decimum octauum ætatis suæ annum impleuerunt.

Cæterum in eiusmodi causis, cum pro captiuorum redemptione pecunias dari necessarium fuerit, si quis proprias pecunias non habeat: licentiã habeto, si prædictæ ætatis sit, mutuã pecuniam desumere, & res mobiles aut immobiles pignori opponere, siue proprias, siue eius, qui in captiuitate detinetur: quia in omnibus prædictis, quæ pro captiuorum redemptione dari infumiu probantur, perinde huiusmodi contractus firmos ac stabiles esse iubemus, ac si à persona, quæ sui iuris & perfectæ ætatis foret, celebrati essent. nullo præiudicio generando his, qui in memoratis causis, quo dictum est modo, cū talibus personis contrahunt: necessitatem uidelicet habente eo, qui à captiuitate postliminio reuertitur, ut huiusmodi contractus ratos habeat, & his tanquã proprijs debitis teneatur obnoxius.

Si quis ex memoratis parentibus, cum ipse orthodoxus sit, sentiat filium suum, aut filios non esse catholicæ fidei, neq; in sacrosancta ecclesia communicare, in qua omnes beatiss. patriarchæ una conspiratione & concordia rectam fidem prædicant, & sancta quatuor concilia Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, & Chalcedonenſe amplecti seu recitare noscuntur, talesq; liberi in ea infidelitate permaneant: damus eorum parentibus licentiã, ut hac maxime de causa ingratos eos & exhæredes in suo testamento describant. Atq; hoc quidem de causa ingritudinis disposuimus.

Enimvero generalem prouidentiam orthodoxis accommodantes liberis: iubemus, ut saluis legibus, quæ iam de alijs prolatae sunt hæreticis, eadẽ & circa Nestorianos & Acephalos custodiantur: & si quando parentes depræhendantur, uel Iudaicæ Nestorij uesaniæ dediti, uel Acephalorum amplexati dementiã, & propterea à communione catholicæ ecclesiæ separati: ne ipsi liceat alios sibi hæredes instituere, q̄ orthodoxos liberos, & cum catholica ecclesia communionẽ habentes, aut liberis non existentibus, masculini foemininiue sexus cognatos, qui uidelicet orthodoxi sint. Sin uero (ut licet conſueuerit) ex filijs alij orthodoxi sint, & cum catholica ecclesia communionem habeant, alij ab hære parati sint: ut omnes parentum facultates ad filios catholicos & eos solos perueniant, sancimus: etsi huiusmodi personæ nouissimas uoluntates conficiant, cõtra tenorem huius nostræ constitutionis aliquid disponentes.

At si fratres, qui ab ecclesia separati sunt, postea ad eam reuertantur: competens illis portio ea forma, qua inuenta fuerit restitutionis tempore, his præbeatur: ut nullam de fructibus aut rerum medijs temporis administratione inquietudinem aut molestiam sustineant catholici, qui prius memoratas res obtinuerunt, quia quemadmodum earum rerum, quæ ex parte non communicantium fratrum orthodoxi possessionẽ nacti sunt, alienationem prohibemus: ita & præteritorum temporum fructus & administrationem neutiq; ab his, qui earum compotes fuerunt, exigi retractariue iubemus.

Quod si ad finem usq; uitæ suæ in eodem errore hi, qui non communicant, perseuerauerint: tunc orthodoxos fratres aut hæredes eorum plenissimo iure dominij eadẽ res possidere sancimus.

Sin uero omnes liberi peruersæ opinionis, & à communione catholicæ ecclesiæ alieni inueniantur, alij autem, qui genere proximi uel per masculinum, uel per foemininum sunt sexum, orthodoxam fidem colere, & cum ecclesia communionem habere approbentur: hi hæreticis præferantur liberis, & eorum hæreditatem successionis ordine suscipiant.

At uero si & liberi, & genere proximi adgnati seu cognati ab orthodoxæ fidei communione peregrini existant: tunc si quidem parentes ipsorum inter clericos ordinem aliquem obtinuerint: ut res eorum ad ecclesiam ciuitatis, ubi domicilium habuerunt, pertineant, uolumus. ita tamen, ut si ecclesiastici intra anni spacium huiusmodi personarũ res uindicare neglexerint, earum dominium nostro iudicetur ærario. Si laici sunt: sine aliqua distinctione facultates eorum consimiliter ad sacras res nostras priuatas perueniant. Quæ obtinere sancimus, & cum sine testamento tales personæ moriuntur. Omnibus, quæ tum contra reliquos hæreticos, tum etiam contra Nestorianos & Acephalos, & omnes alios, qui cum catholica ecclesia communionem non habent, in qua prædicta quatuor sancta concilia, & reliqua, neq; nõ patriarchæ referuntur, in constitutionibus disposita sunt, consimiliter & contra hæredes eorum obseruandis. Nam si pro mundanis causis tam anxie sumus solliciti: quanto maiore cum prouidentia cura adhibenda est pro salute animarum?

Siue igitur omnes prædictas ingritudinis causas, siue certas ex ijs, siue quamcumq; unam parentes in suo descripserint testamento, & scripti hæredes nominatam, aut nominatas causas, uel unam ex ijs ueram esse monstrauerint: ut testamentum firmitatem suam obtineat, iubemus.

Cæterum si hæc ita obseruata nõ fuerint: nul-

lum

lum liberis præiudicium fiat, qui hæredes scripti non sunt: sed quantum ad hæredum institutionem attinet, ad irritum recedente testamento, liberi ad parentum hæreditatem ab intestato æquis portionibus perueniant: ne liberi falsis condemnentur accusationibus, & in parentũ facultatibus aliquam sustineant circumscriptionem.

Sanè si usu ueniat, ut in talibus quibusdã testamētis legata aliqua, aut fideicommissa, aut libertates, aut tutorum dationes relinquantur, aut quæcumq; alia legibus cognita capitula nominentur: hæc omnia impleri iubemus, & illis præstari, quibus relicta sunt, perinde quasi ea parte testamentũ non subuersum rescissumq; ualeret.

ATQVE HÆC quidem de testamentis parentum disposuimus. Iustum autem nobis uisum est, e contrario cum quadam distinctione eadem hæc & de testamētis liberorum disponere.

Sancimus igitur, ne liberis parentes suos silentio præterire, aut quocumq; modo à rebus suis, in quibus testandi habent potestatem, omnino eos alienos facere liceat: nisi causas, quas enumeramus, specialiter in suis testamētis descripserint. eas aut has esse iubemus.

Si parentes liberos suos ad interitum tradiderint: excepta tamẽ causa, quæ ad crimen perduellionis tendit. Si ueneficijs, aut magicis artibus, aut alio modo parentes liberorum uitæ insidias posuisse comprobati fuerint. Si pater cum nuru sua, aut concubina filij sui rem habuit. Si parentes liberos suos testamenti tabulas conficere prohibuerint in his rebus, in quibus testandi potestatem habent: omnibus uidelicet in huiusmodi testamentorum prohibitionem conferuandis, quæ in persona parentum distinctione notauimus.

Si maritum uxori, aut uxore marito uenenu dare, uel ad interitum, uel ut emoræ mentis fieret, uel alio modo alterum alterius uitæ insidias posuisse contigerit: quamuis eiusmodi crimen tanq; publicum secundum leges examinatur, & legitimam promeretur uindictam: sancimus tamẽ, ut liberis licentiã sit, uel nihil de facultatibus suis in testamentis suis illo modo ei, qui tale facinus admisisse dinoscitur, relinquere.

Si liberis, aut uni ex ijs in furore constituto, curam adhibere neglexerint: omnia & hic conferuari præcipimus, quæ de prædictorum parentibus superius sancimus.

His factorum speciebus calamitatẽ etiam captiuitatis apponimus, in qua si liberos detineri, & per contemptum parentum aut negligentiam non redemptos mori contigerit: neutiq; ad liberorum facultates, in quibus liberi testamentum condere poterant, horum parentes perueniant: sed omnia & in hoc capitulo custodiantur, quæ de parentibus, & cognatis atq; adgnatis, qui ab intestato ad ipsorum iura uocantur, & extraneis hæredibus scriptis superius disposuimus.

Si quis de memoratis liberis, cum orthodoxus sit, sentiat parentem suum, aut parentes non esse catholicos: eadem & in illis personis obtineant, quæ superius de parentibus disposuimus.

Si huiusmodi igitur causas, aut certas ex ijs, aut unã liberi in suis descripserint testamentis, & scripti ab ipsis hæredes uel omnes, uel certas, uel unã ex his comprobauerint: ut testamētum in firmitate sua permaneat, præcipimus.

Si hæc ita obseruata non sint: ne quem uigorem huiusmodi testamentum (quantum ad institutionẽ hæredum) habeat, sancimus. Quin subuerso testamento, his, qui ab intestato ad defuncti hæreditatem uocantur, illius res assignari disponimus: legatis uidelicet, siue fideicommissis, & libertatibus, & tutorum dationibus, & alijs capitulis (ut superius dictum fuit) propriam firmitatem obtinentibus. Porro si quid uel de legatis, uel fideicommissis, uel libertatibus, uel alijs quibuscumq; tandem capitulis, in alijs legibus huic constitutioni inuentum fuerit contrarium: id nullo obtinere modo uolumus.

Atq; hæc quidem exhæredationis aut præteritionis poenæ, quantum ad causas ingritudinis, contra prædictas personas ita expressæ & ueluti in formulam coactæ sunt. Si quæ uero ex ijs reputantur inter crimina, talium patratores alias etiã poenas determinatas legibus sustinento.

Hæc aut ita hac forma proposuimus, ut tam patres, q̄ liberos testamentaria cõtumelia liberemus. Cæterum si qui hæredes nominati sunt, etsi ut certis rebus contenti essent, iussi fuerint: nihilominus testamentum hoc quidem casu non subuertit, sed quidquid minus legitima ipsius portione relictum erit, id secundum alias nostras leges ab hæredibus suppleri præcipimus.

Vna enim hæc serenitati nostræ cura est, ut præteritionis & exhæredationis contra parentes & liberos contumeliam perimamus. Considerare autem parentes debent, quia & ipsi liberi fuerint, & eadem à proprijs obtinuerint parentibus, consimiliter & qui nunc sunt filij, studeant parentũ suorum animos demereri officijs, quandoquidem & ipsi parentes fieri cupiunt, & à suis honorari filijs præoptant. Vnde manifestum existit, quod ad utrorumq; utilitatem & securitatẽ præsens lex respiciat, quam non sine causa, sed subsistente occasione proferre nobis uisum est.

Depræhendimus enim in quodam negocio discipulantes, quod cum Polyſceria à matre sua grata filia diceretur, exhæres postea in testamento in paternis, q̄ maternis bonis nominata sit, & quia istiusmodi chartã dolo & machinatione

A ij compositam

compositam cognouimus, nullo eam modo ualere concessimus, filiam autem patri simul & matri heredem fieri iussimus, quemadmodum scripto compræhensa nostra sententia de eo negotio prolata manifestat.

MEMORIA insuper tenemus legem à nobis promulgatam esse, per quam iussimus, ne cui prorsus defunctorum cadauera debiti nomine detinere, aut horum sepulture impedimentum inferre liceat. Sed in præsentia cognouimus nō nullos defuncti cuiusdam patrem, cum ex funere filij sui regrederetur, debiti nomine præhendisse. Et propterea pium iuxta & humanitati nobis consentaneum esse uisum est, huiusmodi crudelitatem pietissima lege coercere.

Sancimus igitur, ut nemini prorsus defuncti hæredes, uel parètes, uel liberos, uel uxorem, uel adgnatos, uel alios cognatos, uel alioqui adfines eius, uel fideiussores, ante nouem dierum spacium, in quibus lugere uidentur, actionem intentare liceat, aut quocunq; modo negotium faceßere, aut citationem aliquam ipsi offerre, seu in ius uocare, siue debiti nomine, quod à defuncto descendit, siue quacunq; alia de causa, quæ specialiter memoratas personas respiciat.

Si uero intra nouem dies quamlibet prædictarū personarum præhendere, aut adoriri, aut cautionē aliquam, seu promissionē, seu fideiussionem ab ulla earum accipere ausus fuerit: ut hæc omnia irrita sint, sancimus. Post decursum uero nouem dierum si quis contra huiusmodi personas aliquam se habere actionem putauerit: has secundum leges exerceto: nullo uidelicet præiudicio actoribus ex hoc interuallo circa longi temporis præscriptionem, aut quacunq; aliam legitimā allegationē penitus generando.

AD HAEC ET aliud capitulum, quod constitutæ pecuniæ obligationes seu promissiones concernit, præsentem nobis lege exprimere uisum est. Sancimus igitur, si quando aliquis uel pro se, uel pro alia persona pecuniam constituerit, dicens forte alicui, **SATIS TIBI FACIO**: ut hic omnibus modis ad quantitatem, quam protulit, obnoxius sit, & à se constitutum implere, atq; debitum persoluere compellatur.

Si quis uero dixerit, **SATIS TIBI FIET**: hic, utpote cum talis sermo absq; determinatione certæ personæ prolatus sit, perinde quasi nihil dixerit, ab omni exactione liber conferuetur.

At si quis dixerit, **FIET TIBI SATIS A ME, ET AB HOC, ET ILLO**: his quidem, quos ille nominauerit, nisi consenserint, nullum ex tali locutione præiudicium nascatur: sed neq; ipse, qui hoc dixit, pro illis personis, quas nominauit, aliquam exactionem sustineat. pro se uero id, quod ex ære alieno secundum leges comprobato deberi monstratū fuerit, pro rata duntaxat parte soluat.

Cæterum si dixerit, **SATIS TIBI FIET A ME, AUT AB HOC, AUT ILLO**: tunc personis quidem nominatis, nisi consentiant, consimili modo nullum præiudicium generetur. qui uero eam pecuniam constituit, is integrum quidem debitum persoluere compellatur. si quam tamen contra nominatas personas actionem sibi competere putauerit, hanc contra ipsos secundum leges proponat, & legitimo potiorum auxilio. Omnia autem hæc in his omnino controuerßis obtinere sancimus, quæ nondum iudicialia sententia, aut amicorum interuentu susceperunt terminum.

Præfekte charissime atq; amantissime. Excellentia itaq; tua præsentem generalem numinis nostri constitutionē, tam edictis in regia hac urbe more solito propositis, quam iussionibus ad prouinciarum præfides directis, ad omnium noticiam peruenire efficit.

DE MILITIBVS.

Constit.

CXVI.

Imp. IVSTINIANVS A. Theodoto Orientalium prætoriorum præfekte.

Post domini dei beneuolentiam, subditorum nostrorum securitas in militariū rerum administratione & disciplina consistit. his enim prouidentia dei constitutis recte, confociatis, & barbarorum petulantia frenū iniicitur, & ad publicum pertinentes res augentur. Quoniam igitur pleriq; nullam salutis suæ rationem habentes, milites & fœderatos, qui pro libertate reipublicæ contra hostes decertare debent, præsumunt subtrahere, & exinde in priuatis occupatos tenere usibus: uisum nobis est per præsentem nostram legem in commune omnibus interdicerè, ne quis de cætero militem, in quibuscunq; recensetur numeris, aut fœderatum, circa quos tam multos nos labores illis exercendis agendisq; delectibus sustinemus, ut publicis eos usibus utiles præbeamus, subtrahere domiue suæ aut in proprijs possessionibus habere audeat. Nouerint igit omnes, quicunq; milites aut fœderatos aliquos in domibus suis aut possessionibus qualitercunq; defidentes, & priuatis aliquibus illorum usibus inseruientes detinent: quod nisi

intra

intra triginta dierum spacium à præsentis nostræ formulæ & dispositionis ibi locorum insinuatione numerandorum, hos abegerint: tam facultates ipsorum, qui eos habeat aut detinent, publicationi subiectæ, addicentur ærario: q̄ ipsi dignitatibus, & militijs, quas habent, depelluntur. Et milites ac fœderati, qui post præfinitum tempus apud hos permanent, non solum spoliabuntur cingulo, sed etiam extrema sufferent supplicia: Scituris item unicuiusq; prouinciæ præfidibus, quod si qui inuenti fuerint, qui in locis ipsorum moderamini subiectis, uel procuratoribus aliquibus, uel personis, uel domibus, uel dominis, uel possessionibus, uel in quibuscumq; priuatis usibus affideant, neq; festinanter eos præhenderint, & supplicijs subiecerint: & milites quidem ad suos numeros, in quibus militant, fœderatos uero ad optiones suas transmiserint: & denarum ab ipsis librarum auri pœna exigetur, & insuper tradentur exilio, ut qui iussiones nostras negligere præsumserint.

Nemo igitur aut sacra aliqua de hoc (ut potest fieri) comparata forma, iussionibusuē magistratuum utatur, aut huiusmodi aliquas formas magistratuumuē iussiones suscipiat: sed cum summa celeritate tam milites ad suos numeros, q̄ fœderati ad optiones suas reuertantur, & pro republica decertent. Nullo enim modo concedimus, ut milites aut fœderati nostri in ullis omnino priuatis usibus teneantur occupati.

Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc præsentem declarantur legem, ea cognoscens excellentia tua, tam in alma hac urbe propositis edictis, quam in prouincias destinatis iussionibus, omnibus manifesta facere studeto.

DE DIVERSIS CAPITVLIS, ET SOLVTIONE MATRIMONIORUM.

Constit.

CXVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Theodoto præfekte Orientalium prætoriorum.

Diuersis ad nos capitulis relatis, necessarium nobis uisum est generali ea lege ad certam redigere formulam. Sancimus igitur, ut matri & auia, neq; non alijs parentibus, simul atq; debitam legibus portionem liberis reliquerint, licentia sit reliquam substantiæ suæ partem donandi, uel per ultimam uoluntatē relinquendi filio aut filia, nepoti aut nepri, aut deinceps descendentibus, siue in solidum uoluerint, siue pro parte: ea fini & conditione (si uelint) ut pater, aut omnino qui eos in potestate habet, nullum in hisce rebus usumfructum, aut quamlibet prorsus communionem obtineat. Hæc etenim poterant extraneis quoq; relinquere, unde nihil parentibus accessisset cōmodi. Quin non tantum parentibus hoc, sed cuiusq; etiam personæ licere iubemus. Eas uero res, quæ ita aliorum potestati subditis personis relinquuntur donantur, siquidem perfectæ ætatis sint, quamuis filij familiarum, licentiam tamen habent ad ministrandū, quo uolunt modo. Si imperfecta adhuc ætate sint: per quemcunq; testatori donatoriuē uisum fuerit, eæ administrantur, tantisper dum illi, quibus donatæ relictæ sunt, ad iustam ætatem perueniant: licentiam habente testatore aut donatore, ut earum rerum administrationem (si uelit) tam matris, q̄ auia horum, quibus res collatæ sunt, fidei concedat, licet prædictæ mulieres maritis cohabitent. ita tamen, si & ipsæ huiusmodi administrationem amplecti uoluerint. Si uero (ut probabile est) is, qui relinquit, aut donationē facit, neminē, qui hæc gubernet, præfuerit: aut qui ab ipso datus est, huiusmodi administrationē subire uel non uult, uel non potest, uel prius decedat, q̄ illi perfectæ ætatis fiant: tunc iubemus, ut cōpetens magistratus cum legitima fideiussione istiusmodi rebus fidedignum curatorem præficiat, qui relictam huiusmodi personis substantiam tantisper administrare simul & custodire debeat, donec illi (ut dictū est) ad iustā ætatem perueniant. In illis enim casibus dūtaxat legē, quæ usumfructum præbet parentibus, obseruari uolumus, in quibus specialiter huiusmodi conditio inserta non est.

AD HAEC VERO & illud lege complecti uisum est, ut si quis cum filium seu filiam habeat ex muliere libera, qui cum illi consistere matrimonium possit, in instrumento siue publico, siue priuato manu conscripto & trium fidedignorum testium subscriptiones habente, uel in testamento, uel apud actorum publicorum monumenta, dicat hunc aut hanc filium seu filiam suam, neq; adiciat naturalem: huiusmodi filij naturales sint, neq; ab ipsis alia eius rei requiratur probatio, sed omnibus perfruantur iuribus, quæcunq; legitimis filijs nostræ præbentur leges: utpote ipsorum patre eos (ut dictū est) suos filios appellat. Exinde enim & cum eorum matre demonstratur legitimas habuisse nuptias: neq; ad nuptiarum

A iij rum

rum fidem alia ab ea requiratur probatio. Item si pater, cum ex eadem muliere multos haberet filios, uni ex ijs quocumque prædictorum modorum testimonium præbuerit: uni datum patris testimonium sufficiat & alius ex eadem muliere natis ad legitimorum iura obtinenda.

SED ET HOC præfenti nobis constitutioni adijcere uisum est, ut si quis affectione maritali, nullo scripto interueniente, mulierem duxerit, & filios ex ea procreauerit, solumque matrimonio cum ipsa habito, aliam eum uxorem ducere cum dotalibus instrumentis, & consimiliter filios ex hac procreare contigerit: ne quod illis, qui ex indotata uxore nati sunt filij, circa paternam hæreditatē præiudicium generetur: sed unā cum reliquis filijs ex secunda uxore natis, quæ cum dotalibus instrumentis in matrimonio fuit, uocentur & illi ad patris hæreditatem, nimirum cum sola etiam affectione matrimonium possit consistere. Quod similiter obtinere uolumus, & si primum dotalibus instrumentis interuenientibus uxori copulatus quis fuerit, post illam uero aliam duxerit sola affectione maritali.

EX QVO VERO pridē legem promulgauimus, quæ iubet, aut dotalia instrumenta confici, aut alias probationes procedere, quæ apud ecclesiæ defensores celebrentur, per quas matrimonia confirmari conueniat, aut etiam iusiurandum dari: uisum nobis est in præfentia pulchrius ea, quæ pridem de his sancita sunt, disponere completius formula. Et propterea iubemus, ut qui amplis dignitatibus decorati sunt usque ad illustres, hi aliter matrimonia non contrahant, nisi dotalia conscripserint instrumenta: nisi si quis sola affectione uxorem duxerit, nondum tales dignitates assecutus. Id genus enim matrimonia, quæ ante dignitatem constituta sunt, etiam post dignitatem legitima manere iubemus: & item qui ex ijs nati sunt, legitimos esse filios. Sanè postea, quibus aliqui dignitatibus honorari cœperunt, aliter uxores nō ducāt, nisi dotalis instrumenti interuentu. Exquisitam uero hanc legis subtilitatē nostro imperio subdita Barbaris remittimus, etsi huiusmodi dignitatibus decorati sint: ut si uelint, possint etiā nuda affectiōe nuptias contrahere. Præter eos autem, qui amplis (ut dictum est) dignitatibus decorati sunt, nemini omnium ex reliquis, cuiuscumque dignitatis, militiæ, professionis fuerint (siquidem uoluerint, aut potuerint) cum dotalibus instrumentis uxores ducere prohibemus. Quod si minus hoc obseruauerint: sancimus, ut & nuptiæ, quæ sola affectione contractæ comprobantur, firmæ sint: & qui ex ijs nascuntur, legitimos esse filios iubemus.

QVIA VERO pridem legem posuimus, quæ præcipiat, si quis uxorem aliquam sine dotalibus instrumentis solo affectu nuptiali acceperit, & hanc sine causa legitime cognita proiecerit, ut ipsa quartam substantiæ eius partem percipiat: & post hanc aliam legem fecimus, quæ decernat, si quis indotatam uxorem sola affectione maritali duxerit, & ad mortem usque cum ea uiuens præmoriatur, ut similiter ea quartam substantiæ illius portionem desumat, quæ tamen tantum librarum auri quantitatem non transcendat: in præfenti melius utraq; legem disponentes, sancimus, ut in utroque casu ex talibus matrimonijs nati filij legitimi sint, & ad paternam uocentur hæreditatem.

Vxor autem ex utroque horum casuum, siquidē usque ad tres filios maritus eius habuerit, siue ex ea, siue ex altero matrimonio: quartam substantiæ mariti partem capiant. Si plures filij sint: tantum capere uxorem iubemus, quantum uni filiorum competit. ita uidelicet, ut in hisce rebus uxor solum usufructum habeat: dominium uero illis filijs conferuetur, quos ex eo matrimonio habuit. Si talis mulier filios ex eo non habeat: iubemus, ut res, quas ex substantia mariti ad ipsam peruenire per præfentem iussimus legem, etiam iure domini obtineat.

Præterea si legatum aliquod ei maritus relinquat, minus præfinita parte: hoc suppleatur. Si quas uero proprias res mulier in domo mariti, aut alibi repositas habeat: harum exactionem simul & retentionem omnibus modis imminutam habeto: istiusmodi rebus neutiquam mariti creditoribus subiacere queuntibus, nisi in quantum ex hac lege illius iurium hæres est.

Hæc autem dicimus, si mulier, quæ dotē non dedit, laboret ex inopia, & cū maritus defunctus omnium rerum affluentia copia abundauerit, ipsa superstes egeat. Alioqui si forte illi aliunde suppetat: æquum nō fuerit, ut ea, quæ dotem non intulerit, successione defuncti grauet filios: præsertim cum alia lex nostra sit, ne mulier, quæ dotem non obtulit, per donationē ante nuptias possit uindicare res mariti. Quod quidem & hic obtinere uolumus, præter quod si ipse maritus uel legatum, aut partem institutionis illi reliquerit, fieri enim hoc nullo inuidemus modo, ut per omnia nobis leges consonæ conferuentur.

Maritum autem inopem, & qui donationem propter nuptias non obtulit, lege nostra capere aliquid ex substantia uxoris, omnibus modis prohibemus: nisi profusus & ipsi cōiunx donare aut relinquere aliquid uoluerit. Illo indubitanter conseruando, quod Leonis piæ memoriæ constitutio in omnibus alijs casibus, qui præfente lege non compræhenduntur, propriam habeat firmitatem. Atque legem piens, principis Constantini ad Gregoriū scriptam, & eius interpretationē à Martino item piens, principe factam, in quibus mulie-

rum,

rum, quas Constantini lex humiles & abiectas uocauit, cum aliquibus dignitate decoratis cōnubia prohibentur, nulla penitus ratione admittimus: sed omnibus, quicunque uolunt, etsi quibuscunque amplis dignitatibus condecorentur, licentiam præbemus huiusmodi mulieres sibi cum dotalibus instrumentis adiungere. Reliqui uero præter eos, qui amplis exornantur dignitatibus, licentiā habent huiusmodi mulieres ducere, siue interueniente scriptura uelint, siue sola affectione nuptiarum: si tamen liberæ sint, & cum quibus licitum est celebrare nuptias.

SED ET ILLUD ad certam redigere formam nobis uisum est, ut si quando matrimonium inter uirum & uxorem solui contingat: nullo modo filij ex eo matrimonio nati per matrimonij separationem oblaedantur. quin ad parentum hæreditatem uocātor, haud dubie ex substantia patris alendi. Et quidem si pater occasionem præbuit diuortio, & mater ad secundas non peruenit nuptias: apud matrem alantur, patre suppeditante sumptus. Si uero culpa matris comprobetur solum matrimonium: tunc apud patrem filij & habitant, & aluntur. Si patrem laborare inopia, matrem opibus affluere contigerit: ut apud ipsam egentes liberi maneat simul & ab ea alantur, iubemus. Quemadmodū enim filij locupletes egentem matrem coguntur alere: ita æquum iudicamus, ut & à matre locuplete exhibeantur filij. Quod autem de filijs & matre, cum egent, alendis definiuimus: hoc sanè & in omnibus tam ascendentibus, quibus descendētibus personis utriusque sexus iubemus.

QVONIAM VERO multas in ueteribus nostrisque legibus causas inuenimus, ex quibus prompte matrimonia dissolui solent: propterea uisum est ex ijs nonnullas, quæ nobis ad dissoluendum matrimonium indignæ apparent, detrahere: & eas solummodo nominatim præfenti legi inferere, ex quibus rationaliter possit, siue uir, siue mulier, repudij libellum mittere. Causas igitur, ex quibus citra periculum maritus repudij libellum potest mittere, & uxoris dotem lucrifacere, referuato in ipsa dominio ex eo matrimonio susceptis liberis, aut filijs nō existentibus, perpotiri etiam dominio: has esse decernimus.

Si contra maiestatem imperatoriam captantibus aliquibus consilia conscia sit mulier, neque marito suo manifestauerit. Quod si maritus hoc ab uxore renunciatū tacuerit: liberum esto mulieri per quamcūque personam renunciare hoc imperatori, ne quando maritus aliquam ex hac causa diuortij occasionem inueniat.

Si de adulterio maritus putet suam conuinci posse uxorem: conuenit, ut maritus prius contra uxorem, aut etiam adulterum in crimen subscribat. Etsi huiusmodi accusatio uerax esse ostenditur: tunc repudio misso habeat uir ultra donationem ante nuptias etiam dotem: & insuper si filios non habeat, tantum accipiat ex alia uxoris substantia, quam magna tertia pars dotis esse cognoscitur: ut eius proprietati & dos & à nobis definita postea poenitentia applicetur. Si enim filios ex eodem matrimonio habuerit: iubemus, ut & dotem (secundum quod leges anteq; & aliam mulieris substantiam conferuet filijs. Et ita adulter legitime conuictus unā cum uxore puniatur. Ac si quidem adulter uxorem habeat: accipiat ea tantum dotem propriam, quam donationem propter nuptias. & si filios habeat: solo usufructu mulier fruatur, donationis proprietate seruanda filijs. aliam uero mariti substantiam eius filijs ex nostra largitate donamus. filijs uero non existentibus, ante nuptias quidem donationis proprietatem competere mulieri sancimus, omnem autem reliquam mariti substantiam secundum antiquas leges applicamus fisco.

Si quocumque modo mulier uitæ mariti insidias collocauerit, aut alijs id agentibus conscia marito non manifestauerit. Si unā cum extraneis uiris nolente marito agitet conuiuia, aut cum ijs se lauet.

Si nolente marito extra ædes maneat, non tamen apud suos parentes. Si ad circensia, aut theatra, aut arenas uenationes spectatum prodeat, ignorante aut etiam prohibente marito.

Enimuero si contingat extra aliquam prædictarum causarum quæpiam uxorem suam domo sua expellere, ut cum illa parentes non habeat, apud quos manserit, necessarii foris noctu degere compellatur: iubemus, ut nulla marito licentia sit, propter hanc causam mulieri libellū repudij mittere, quandoquidē ipse huius rei author exstiterit. Porro causas, per quas rationabiliter potest marito ab uxore libellus repudij transmitti, & ex quibus ipsa tam dotem potest capere, quæ donationem propter nuptias exigere, consimiliter filijs in donatione referuato dominio, aut filijs non existentibus, obtinere & huiusmodi dominium: has esse solas præscribimus.

Si contra maiestatem imperatoriam uel ipse consilium captauerit, uel id captantibus conscia, imperatoriam maiestati non manifestauerit, uel per se, uel per quamcūque personam. Aut si quolibet modo maritus uxoris uitæ insidias posuerit: aut alijs de hoc consultantibus sciens prudensque uxori non manifestauerit, & secundum leges uindicare studuerit.

Si maritus uxoris castitati insidiatus, alijs stuprandam eam tradere pertentauerit. Aut si maritus de adulterio uxorem inscripserit, neque adulterium comprobauerit: liberum esto mulieri, si uelit, & ea de causa marito libellum repudij mittere, & tam propriam dotem recipere, quæ donationem ante nuptias adipisci: & pro huiusmodi calumnia (si filios ex eo matri-

eo matri-

eo matrimonio non habeat) iure dominij tantum ex reliqua substantia mariti uxor capto quam magna tertia pars donationis ante nuptias esse dinoscitur. Nam si filios habeat: iubemus, ut uniuersa mariti substantia conferuetur filijs: firmis manebitibus his, quae de donatione ante nuptias alijs continentur legibus. Ita tamen, ut propter illatum adulterij crimen, nec comprobatum, isdem supplicijs maritus subiiciatur, quae exceptura erat mulier, siquidem id crimen fuisset comprobatum.

Si maritus in eadem domo, in qua una cum uxore sua habitat, ipsam aspernatus, cum altera domi comorari depræhendatur, aut in eadem ciuitate degens, assidue in altera domo cum alia muliere commorari conuincatur, & semel atque iterum uel per parentes suos, uel per uxorem, uel per alias quasdam fidedignas personas repræhensus, huiusmodi lasciuia non abstinuerit: liberum esto mulieri & per hanc causam dissoluere matrimonium, & datam recipere dotem, donationemque ante nuptias, & pro hac contumelia tertiam aestimationis partem, quam efficit donatio ante nuptias, ex alia eius substantia capere: ita tamen, ut si filios habeat, potius mulier usufructu tantum rerum, quas ex donatione ante nuptias & tertiae partis substantiae uiri poena ceperit, dominio communibus liberis seruando. Nam si filios ex eo matrimonio non habeat: obtinere ipsam & in talibus rebus dominium iubemus.

Quia uero ex consensu aliqui usque ad praesens altera matrimonia soluebant: hoc de caetero fieri nullo sinimus modo, nisi forte quidam castitatis concupiscentia hoc fecerint. Si autem huiusmodi personae filios habuerint: tam dotem, quam ante nuptialem donationem eorum filijs conferuari disponimus. Si quis autem horum aut maritus forsan aut uxor, postquam propter castitatem ex consensu soluerit matrimonium, inueniatur alias contrahere nuptias, aut luxuriose uiuere: iubemus, siquidem (sicut dictum est) filij fuerint ex memorato coniugio, ultra dotem propter nuptias etiam donationem eis tradi, & proprietate poenae ex substantia illius personae, quae coniungitur deliquisse. Si uero filij minoris sint aetatis: gubernari eos & pasci ab illo parente praecipimus, qui nihil praesenti legi contrarium egerit. Si autem ambo parentes in huiusmodi uitium incidant: tunc utriusque parentis substantiam filijs applicari, dispensatorem autem his, qui in minore sint aetate constituti sunt, ordinarij prouidentia competentis iudicis & aliorum, quibus haec ex nostris legibus sunt commissa. Si autem filij non sint: utriusque personae substantiam sicut rationibus applicari, & eos, qui talia deliquerunt, legitimis subdi supplicijs. Aliter enim separationem matrimoniorum fieri ex consensu nulla ratione permittimus.

Illud utique obseruandum, quod siquidem iusta ratione maritus libellum repudij miserit, cum praedictis mulier poenis erit obnoxia, tum etiam in integrum quinquennium ad aliud peruenire matrimonium prohibebitur: & ante quinquennium contractae nuptiae noxa soluta non erit, neque legitimum appellabitur matrimonium: & quicumque uolet, accedat, & factum incusato, tanquam contra legem praesumptum.

Quin & si iusta ratione mulier repudij libellum miserit, & uictrix discedat e iudicio: adipiscitor quidem praedicta lucra, erubescito autem prius, quam annus excedat, ad secundas progredi nuptias. Quod nobis in uiro obseruandum non est. Nam qui iustis rationibus talia lucra obtinuerit: ei uel extemplo nuptias licet contrahere, quoad quidem nulla de prolis confusione subest suspicio: id, quod optimo iure copulam in mulieribus ante annum cohibet. Atque ea prohibitiōis uis est hac parte, ut tamen si bona gratia matrimonium dissolui contingat, tamen ex constitutione pientiss. principis Anastasij in annu mulieribus secundarum nuptiarum prohibitio iniungatur.

CAETERVM & id, quod de his a nobis sancitum est, qui expeditionibus occupantur, & recensentur in militijs, siue hi milites fuerint, siue foederati, siue scholares, siue alij quidam in quacumque alia militiam armatam delecti: pulchriore nobis formula exprimere uisum est. Et iubemus, quotcumque annis in expeditionibus hi perseverauerint: ut uxores horum expectent, etsi neque literas, neque ullum responsum a maritis suis acceperint.

Si qua uero istiusmodi mulierum audiat maritum suum obiisse mortem: ne utique ad alias ipsam nuptias accedere permittimus, nisi prius mulier uel per se, uel per parentes suos, uel quamcumque aliam personam primores & chartularios numeri, in quo huius maritus militauit, accesserit, & hos siue tribunalum (siquidem praestō est) interrogauerit, reuerentē coniunx illi mortuus sit: ut illi sacrosanctis euangelijs propositis apud actorum monumenta deponant, reuera maritum illi mortuum. Et simul atque haec fecerit, & transumpta monumentorum gesta mulier pro suo testimonio susceperit: eam iubemus & posthac per anni unius spacium expectare, ut post huius denuo decursum liberam potestatem habeat legitimum contrahendi matrimonium.

Sin uero contra hanc obseruationem mulier ausit ad secundum uenire matrimonium: tam ipsa, quam qui ipsam in matrimonio duxit, ut adulteri, afficiuntur supplicio. At si qui apud actorum monumenta cum iureiurando deposuerunt, falso postea deposuisse conuincantur: ipsi quidem spoliati militia, compellentur illi, quem mortem obiisse ementiti sunt, decem librarum auri poenam persolvere: is uero licentiam habeto, si uelit, uxorem suam recipere.

Sin autem scholaris sit ille, de cuius morte dubitatio est, a primoribus

moribus scholae & actuario: si foederatus, ab optione eius praedictam depositionem uxor eius adipiscitor: his custodiendis & circa alios omnes, qui ad armatam referuntur militiam.

PRÆDICTIS autem causis uisum nobis est nominatim & haec apponere, ex quibus matrimonia dissoluere uel circa poenam licet: hoc est tam quae ad eas pertinet personas, quae ne initio quidem matrimonij rem cum suis habere uxoris, & a natura uiris attributa perficere potuerint: quam insuper quae uel illas, quae constante adhuc matrimonio religiosam uitam & conuersationem monasticam delegerint, siue uir, siue mulier, uel aliquanto tempore in captiuitate detentas personas concernit. In his enim tribus casibus ea, quae prioribus nostris legibus de his compræhensa sunt, firma esse sancimus. Omnes igitur praedictas causas, quae praesenti nostra continentur lege, solas competere ad legitimorum matrimoniorum solutionem iubemus. omnes uero alias uacare, neque ullam aliam, nisi nominatim huic inserta sit legi, legitimum matrimonium dissoluere posse praecipimus, siue nostris, siue uetustioribus compræhendatur legibus.

Quia uero quaedam mulieres inhoneste uolentes uiuere, festinant propria matrimonia soluere: sancimus, si quando mulier contra aliquam praedictarum a nobis causarum uoluerit matrimonium soluere: licentiam quidem eam non habere hoc agere. si uero permanserit in huiusmodi impia uoluntate, & repudium marito transmiserit: iubemus dotem quidem uiro dari, communibus secundum legem seruandam filijs. Si autem filios non habuerit: lucrum fieri marito. mulierem uero periculo iudicis negotium audientis tradi episcopo ciuitatis, in qua communiter domicilium habuerunt, quatenus illius prouidentia in monasterium ipsa mittatur, ut quoad uiixerit, ibi consistat. Et si quidem filios habuerit huiusmodi mulier: duas partes propriae eius substantiae dari filijs, tertiam uero monasterio, in quod mittitur, applicari iure proprietatis. si uero filios non habuerit, sint autem ei parentes: duas partes quidem ipsius substantiae monasterio praebere, in quod mittitur, tertiam uero partem illius parentibus dari: nisi tamen sub potestate eam habentes irrationabili repudio consenserunt. in hoc enim consentientes nihil eos penitus ex substantia filiae habere permitimus, sed haec omnia uenerabili monasterio uolumus applicari. Porro neque filijs, neque parentibus existentibus ei: omnem similiter eius substantiam competere monasterio.

Si uero iudex, qui negotium examinat, hoc non fecerit, & non tradiderit in hoc depræhensam ciuitatis episcopo, ut in monasterium mittatur: siquidem in hac felicissima ciuitate sit iudex: ipse quidem uiginti quinque librarum auri poenam exigatur, officium autem eius alias decem. Si uero in prouincia sit huiusmodi iudex, & non egerit, quae a nobis in hac iussa sunt: decem librarum auri persoluat poenam, & officium eius alias quinque. Si uero iudex fuerit non habens cingulum: ipse quidem poenam decem librarum auri exigatur, ministrantes autem ei quinque, quatenus multa, quae hinc accedit, a memoratis personis per comitem rerum priuatarum, & palatinorum scholam exigatur, & nostro assignetur aario.

Si autem uir contra mulierem transigere studuerit matrimonium, & irrationabiliter repudium destinare: iubemus reddere eum quidem, quam susceperit dotem unam cum sponsalicia largitate. & tantum ex alia eius substantia ita praebere mulieri, quantum tertia pars sponsaliciae fuerit largitatis. & siquidem filij sunt ei: solum usum fructum ante nuptias donationis, & a nobis additae tertiae suae partis mulierem habere proprietatem uero filijs conseruare. filijs autem non existentibus: habere mulierem super usum fructum in ipsis rebus etiam proprietatem. Ac praedictas quidem formulas de matrimonijs, quae uel iusta, uel iniusta ratione ac causa dissoluantur, praescripsimus: & omnia, quae praedictas concernunt causas, secundum hanc nostram constitutionem iudicari pariter & decidi definimus.

Si quis uero uxorem suam flagellis aut fustibus uerberauerit absque aliqua earum causarum, quas ad soluendum cum mulieribus matrimonium sufficere iussimus: licet matrimonium exinde dissolui nolimus: maritus tamen, qui absque tali causa uxorem suam flagellis aut fustibus uerberasse comprobatur, tantum pro ea contumelia mulieri ex reliqua sua substantia uel constante matrimonio praestato, quantum efficit tertia donationis ante nuptias pars.

AD HAEC uero etiam illud apponimus, si quis (ut potest fieri) suspicetur aliquem uelle uxoris suae castitati illudere, & tres illi denunciationses scripto compræhensas transmiserit, quae fidedignorum uiuorum habeant testimonia, & post haec tres scripto compræhensas denunciationses depræhendat ipsum cum uxore sua, uel in suis aedibus, uel ipsius uxoris, uel adulteri, uel in popinis, uel in suburbanis habere commercium: ut licentia marito sit proprijs hunc conficere manibus, nihil exinde periculi formidanti.

Si uero alio in loco talem cum uxore sua fabulari depræhenderit: non minus tribus fidedignis aduocatis testibus, per quos comprobare possit, quod ipsum cum uxore sua depræhenderit: tradat eum magistratui, qui crimina examinet. Ille autem, si reuera cognouerit hunc post tres scripto compræhensas denunciationses cum istiusmodi muliere depræhensum: talem quidem, perinde quasi hoc solo facto in crimen adulterij incidit, nulla alia probatione requisita, supplicio afficiat. marito uero licentia sit, ut uoluerit, uxorem suam accusare, & crimen intentatum secundum leges ad terminum usque persequi.

QUONIAM uero nonnulli reperiuntur tam impij, ut in uenerandis etiam sacris aedibus immiscere tantis se sceleribus audeant, & illic de peccatis ca-

ptare consilia, ubi qui deum timent, solent peccatorum suorum ueniam postulare: iubemus ut si quis huiusmodi hominem, de quo suspicio est, post tres (ut dictum est) denunciations cum aliena uxore fabulari depræhenderit: licentia sit huius marito utranq; personam defensori ecclesiæ, aut alijs clericis tradere, ut ipsorum periculo separatim ij habeantur in custodia, donec loci magistratus re comperta mittat ad ciuitatis episcopum, quomagus hi sibi tradantur excepturi supplicia secundum leges, quæ uent, ne adulteri ex sacrosanctis ecclesijs impunitatem & defensionem habeant: neq; ullam hac parte aliam de adulterio probationem requirente iudice, nisi tres (ut superius diximus) denunciations. Nam si hæ tres denunciations emissæ cõprobentur: omnibus illi modis ut adulteri subduntor supplicij. Neq; enim istiusmodi personæ ex uenerando loco impunitatem obtinere debent, quem ipsi proprio scelere habuerunt despiciatui. Si enim eos, qui alibi mulierum raptus & adulteria committunt, ad oratoria confugiunt, leges nostræ ab his defendi nõ permittunt: quomodo illis, qui huiusmodi flagicia perpetrare in ipsa student ecclesia, permitteremus ex ecclesiasticis terminis aliquod inuenire præsidium: ac non potius omnibus modis tradi hos magistratibus, ut supplicium sustineant, quo digni sunt, qui sacrosancta præsumunt polluere loca? Nam qui ibi delinquit: ubi salutem petat? Et generaliter disponimus, ut si quis depræhenderit uxorem suam, aut filiam, aut neptem, aut nurum cum aliquo in uenerandis locis confabulari, suspiceturq; turpi aliqua de causa ipsos inter se habere commercium: tradat eos defensori aut alijs sacrosanctæ eius ecclesiæ clericis, ut ipsi suo periculo utranq; personam diuisim tantisper custodiant, donec magistratus hos suscipiat, & secundum leges negotium dispiciat. Quæ igitur per præsentem & in perpetuum ualituram legem nostra disposuit tranquillitas, in omnibus prædictis ualere uolumus: si nondum tamen aut iudicialia sententia, aut amicorum interuentu composita sunt. nam ea propriam obtinere firmitatem sancimus. Gloriosa itaq; & magnis rebus gerendis nata auctoritas tua, in celebri quidẽ hac urbe edictis propositis, ad omniũ ea noticiã perducit. in prouincijs uero per iussiones ad clariss. prouinciarũ præfides missas, omnibus hæc manifesta fieri studeto, ut nemo prorsus ignoret, quæ pro utilitate nostrorum collatorum à nobis disposita sunt. ita tamen, ut per proprias iussiones omnibus interdicit, ne cum iniusto aliquo dispendio præsens lex nostris insinuetur collatoribus.

Constit. CXVIII. QVAE IVRA ADGNATIONIS ET COGNATIONIS TOLLIT, & PRÆSCRIBIT SUCCESSIONES AB INTESTATO.

Imp. IVSTINIANVS A. Petro gloriosiss. præfecto sacrorum prætoriorum Orientis.



Vm multas & diuersas uetustioribus temporibus leges promulgatas inuenimus, per quas iuste differentia successione ab intestato inter adgnatos cognatosq; introducta non est: necessarium nobis uisum est, omnes simul cognationis ab intestato successiones per præsentem legem clara & compendiaria diuisione ad certam redigere formulam: ut prioribus legibus, quæ de hac causa perlatæ sunt, uacantibus: ea sola de cetero conferuentur, quæ modo disponimus. **ACCVM** omnis ab intestato generis successio tribus internoscatur ordinibus, hoc est ascendente, descendente, & ex transuerso consistentiũ, qui in adgnatos & cognatos diuiduntur: ut prima successio penes descendentes sit, decernimus. Si quis igitur descendente intestato defuncto supersit, cuiuscunq; sexus aut gradus, siue per masculinam, siue foemininã sobolem descendat, & siue alterius potestati subditus, siue potestate solutus sit: omnibus is ascendẽtib; & ex transuerso cognatis præfertor. Tametsi enim defunctus alterius potestati subditus fuit: nihilominus tamen filios eius, cuiuscunq; sexus uel gradus fuerint, ipsis etiã parẽtib; præferri iubemus, quorum potestati defunctus subiectus fuit: in illis uidelicet rebus, quæ secundum cæteras nostras leges parentibus non adquiruntur. In quibus enim casibus earum rerum usufructus adquiri conferuarii debet: in ijs leges nostras de his latas parentibus referuamus. Ita tamen, ut si quem ex ijs descendẽtib; mori contingat relictis filijs: illius filij, aut filia, aut reliqui descendentes in locum parentis sui succedant, siue sub potestate defuncti, siue eius potestate soluti inueniantur: tam magnam ex hæreditate defuncti portionem percepturi, quotcunq; tandem fuerint, quantam eorum parens adeptus esset, si superuisset. quod genus successione uetustas appellauit in stirpes. Siquidem in hoc ordine gradum perquirere nolumus, sed cum

sed cũ filijs & filiabus ex præmortuo etiã filio aut filia nepotes uocari sancimus: nulla differentia introducenda, mares ne, an foemellæ fuerint, & per masculinã ne lineam, an foemininã descendant, siue sub potestate, siue potestate liberi sint. Atq; hæc quidem de successione descendente disponimus. **CONSEQUENS** autem nobis uisum est, & de ascendente de cernere, quo modo ad descendente successionem uocentur. Si igitur cum defunctus descendentes hæredes non relinquit, pater ipsi aut mater, aut alijs parentes superuixerint: omnibus hosce ex transuerso cognatis præferri sancimus, exceptis solũmodo ex utroq; parte defuncto coniunctis fratrib; fratrumq; filijs, ut per sequentia declarabitur. Si multi ex ascendente supersint: hos præferri iubemus, qui gradu proximi inueniuntur, masculos iuxta & foeminas, siue paterni, siue materni generis. Si eundem gradum oēs tenebunt: hæreditas inter ipsos æquis portionibus diuidetur: ut semissem quidem omnes paterni generis ascendentes capiant, quotcunq; tandem sint: reliquum uero semissem ascendentes materni generis, quotcunq; eos tandem inueniri contigerit. Si cum ascendente inueniantur ex utroq; parte defuncto coniuncti fratres, fratrumq; filij: cum gradu proximis uocabuntur, licet pater aut mater sint: diuidenda uidelicet inter ipsos hæreditate pro personarum numero, ut ascendente atq; fratrum quicq; pro se æqualem portionem habeat, sed & fratrum filij portionem sui parentis capiant. Nullum in hoc casu usufructum omnino patre sibi ex filiorum filiarumq; portione uindicare queunt: quandoquidem per præsentem legẽ pro eo usufructu partem ipsi hæreditatis etiã iure dominijs tribuimus. nulla differentia inter hæc personas conferuanda, foemellæ ne, an mares sint, qui ad hæreditatem uocantur, & per masculinã ne, an foemininã personam defunctum contingant, & sub potestate ne, an potestate liber fuerit, cui succedunt. **RESTAT**, ut & tertium ordinem definiamus, quæ ex transuerso appellatur, diuiditurq; in adgnatos aut cognatos: ut & hac parte ad certam descripta formulam, undiq; lex perfecta inueniatur. Si defunctus igitur neq; descendentes, neq; ascendentes reliquerit: primos ad hæreditatẽ uocamus fratres & sorores, qui eodem patre eademq; matre prognati sunt, consimiliter quoq; fratrum filios, quos & cum patrib; ad hæreditatem uocauimus. His uero non subsistentibus, secundo loco illos fratres ad hæreditatem uocamus, qui ex uno parente defunctum contingunt, uel per patrem solum, uel per matrem. Quod si defuncto fratres supersint, & alterius fratris sororisq; præmortuorum filij: uocabuntur hi ad hæreditatem cum patris & auunculis, amitis & materteris suis: & quotcunq; tandem fuerint, tam magnam ex hæreditate portionem capient, quantam percepturus fuisset pater eorum, si superuisset. Vnde consequens est, ut si præmortuus forte frater, cuius filij supersunt, per utranq; parentem defunctæ modo personæ cõiunctus fuerit, qui uero supersunt fratres, per patrem duntaxat aut matrem forsitan hunc contingant: præferantur eiusmodi filij patris, auunculis, amitis, materteris suis, etsi tertio gradu sint, quæadmodũ & pater eorum præferretur, si superuisset. Et e contrario si superstes frater ex utroq; parente defunctum contingat, qui uero præmortuus est, per unum tantummodo parentem illi coniunctus sit: id genus filios ab hæreditate excludimus, quemadmodum & ipse, si superesset, excluderetur. Id autem priuilegij in hoc cognationis ordine solis præbemus fratrum sororumq; filijs aut filiabus, ut in iura parentum suorum succedant. Nulli enim omnino alijs personæ, quæ ex hoc ordine proficiscitur, hoc ius concedimus. * Sed & ipsis fratrum filijs tunc hoc beneficium conædimus, quando cum patris & auunculis, neq; non amitis & materteris suis uocantur. Si autem cum fratrib; defuncti etiã ascendentes (sicut iam diximus) ad hæreditatem uocantur: nullo modo ad successionem ab intestato fratris aut sororis filios uocari permittimus, neq; si ex utroq; parente eorum pater aut mater defuncto iungebatur. Quandoquidem igitur fratris & sororis filijs huiusmodi priuilegium cõcessimus, ut soli in locum parentum suorum succedentes, cum tertio gradu sint, cum his, qui primo & secundo gradu sunt, ad hæreditatem uocentur: illud manifestarium est, quod patris & auunculis neq; non amitis & materteris defuncti præferantur, tametsi similiter & illi tertium cognationis gradum teneant. Cæterum si neq; fratres, neq; filios fratrum (ut diximus) defunctus reliquerit: omnes ex transuerso cognatos ordine uocamus ad hæreditatem, secunduũ unus cuiuscq; gradus prærogatiuam: ut qui gradu proximi sunt, cæteris præferantur. At si multi eiusdem gradus inueniantur: hæreditas inter ipsos pro personarum numero diuidetur, id quod leges nostræ in capita appellitant. Nullam uero differentiam esse uolumus in quacunq; successione aut hæreditate inter mares aut foeminas, qui ad hæreditatem uocantur, quos communiter & ex æquo ad hæreditatem uocari definiuimus, siue per masculinã, siue per foemininã personam defuncto coniungantur. **Quin in omnibus successioneibus ad-**

B ij gnatorum

* pugnant hoc loco cõ uulgata cũ græcis sup. eod s. si igitur cõ. et. s. si cũ asen dentibus. Sed cui potius habenda fides, pronunciant e quidem nõ ausim. certo græca uide tur æquatis ratione nulli, quod consi dera.

gnatorū pariter & cognatorū differentiā aboleri iubemus, siue per causam fœmineæ personæ, siue per causam emācipationis, siue alio quocūq; modo prioribus tractatū est legibus: & omēs absq; aliqua huiusmodi differentia secundum cognationis suæ gradum ad cognatorum ab intestato successionem uenire iubemus. ENIMVERO ex his, quæ de hæreditate diximus ac disposuimus, manifesta existunt & ea, quæ tutelam concernunt. Sancimus enim, ut eo quicq; gradu ac ordine, uel soli, uel cum alijs tutelæ munus subeant, quo & ad hæreditatem uocantur: nulla neq; hac parte differentia introducenda per adgnationis & cognationis iura, sed omnibus, qui impuberem uel masculino, uel fœminino genere contingunt, ex æquo ad tutelā uocandis. Hæc autem dicimus, si mares & perfectæ ætatis sint, & nulla lege prohibeatur ad tutelam accedere, neq; competere sibi utantur excusatione. Mulieribus etenim & nos tutelæ munera subire interdiximus, nisi mater aut auia sit. Nam his solis pro successionis hæreditariæ ordine tutelam subire permittimus, si apud acta tam secundis nuptijs, q̄ Velleiani fenatus consulti auxilio renunciauerint. Hæc enim si obseruauerint: omnibus ex transuerso cognatis in tutela capessenda præferentur, eo quod mulieribus tantummodo tutorū munera subire interdicitū est, si mater aut auia nō sit, solis testamentarijs tutoribus eas anteuertentibus. siquidem defuncti uoluntatem atq; electionem præferri uolumus. Sed si multi eundem cognationis gradum tenentes, uocentur ad tutelam: iubemus, ut communi consilio magistratum, cui ea pars curæ est, adentes unum aut etiam plures ex se (quocūq; ad patrimonij gubernationem sufficiunt) deligant & nominent, qui pupilli res uel soli, uel cum adiunctis administrēt: periculo tutelæ omnibus, qui ad tutelam uocantur, ex æquo imponendo, & facultatibus eorū tacite huius administrationis nomine pupillo obligandis. Hæc autē omnia, quæ de successionibus generis sanximus, in illis obtinere uolumus, qui catholicæ existunt fidei. In hæreticis enim eas leges, quæ iam à nobis sunt propositæ, firmas esse iubemus, nullam innovationem aut deminutionem ex præsentem lege subituras. Quæ igitur per hanc in perpetuum obseruandam constitutionē nostra sanxit tranquillitas, in illis obtinere casibus uolumus, qui ex primordijs Iulij mensis præsentis sextæ indictionis contigerint, aut etiam postea contingent. Nam præteritos casus, qui usq; ad memoratum tempus euenerint, secundū neteres decedi leges præcipimus. Quæ igitur per præsentem à nobis legem disposita sunt, ea prouidentiam habeto gloria tua, ut ad omnium noticiam perueniant, in hac quidem urbe more solito propositis edictis, in prouincijs uero missis ad clariss. prouinciarum rectores iussionibus, ut nemini eorum, qui nostro subiecti sunt imperio, nostræ mansuetudinis circa hos incognita sit prouidentia. Ita tamen, ut absq; ullo dispendio ciuium & prouincialium, ubiq; locorum præsentis legis celebretur insinuatio.

VT DONATIO PROPTER NVPTIAS SPECIALIS
contractus sit, & de alijs capitulis. Constit. CXIX.

Imp. IVSTINIANVS A. Petro gloriosiss. prætoriorum præfecto.



VT propter nuptias donatio specialis contractus sit iuxta & iudicetur, neq; alijs connumeretur donationibus, per præsentem legem sancimus, quandoquidē pro hac tantundem offertur dotis. Siue igitur apud actorū monumenta insinuata fuerit, siue non: iubemus, ut per omnia propriam ipsa firmitatem obtineat, quantum ad mulierem, siue ab ipso marito, siue ab alio quopiam mulieri oblata sit, aut conscripta, siue etiā in personā uiri ea cōditione instituat donatio, ut easdē res in nuptialem donationem conscribat. Atq; hæc obtinere iubemus, cuiuscūq; quantitatis donatio sit, tamen si (ut dictum est) non insinuetur, quantum scilicet ad mulierem. Verū enim uero quia ex ipsa rerum experientia necessarium mulieribus esse depræhenditur, ut donationes ante nuptias apud acta publica insinuentur, quomagis instrumentorum exemplaribus forte deperditis, per actorum monumenta præ manu ipsis sint contractarum nuptiarum probationes: sancimus, ut ipsi mariti, aut qui donatiōes ante nuptias seu propter nuptias pro ipsis conscribunt, si quingentorum aureorum quantitatem excedat, necesse habeant eam insinutare apud actorum monumenta, in regia quidem urbe apud magistrōs census, in prouincijs uero apud singularum ciuitatum defensores, aut deniq; apud quos talium institui monumentorum confectio potest. Si minus eas insinuauerint: quantum quidem ad partem mulieris,

mulieris, iubemus & ita eas conualescere. Et si per occasionem donationis aut partis eius exactio obueniatur, ne mulieri opponatur, quod donatio insinuata non fuerit. Sin uero dotium instrumentorum pactioes & horum euentus parti mariti præbeant dotis, aut etiam partis eius exactio: nisi donationem (ut dictum est) apud actorum monumenta insinuauerit, ne quam ipse actionem habeat, iubemus. Nam cum uiri insinuandarum donationum potestatem habeant: absurdum nobis esse uidetur, non insinuatarum donationum periculum mulieribus incumbere. SED ET HOC per præsentem constitutionē sancimus, ut quo tempore minoribus ætate in alijs facultatibus suis testandi potestas permittitur, ab eo ipsis etiam in extremis uoluntatibus seruos suos libertate donandi licentia sit: nullum his impedimentū adferente ætate: lege uidelicet, quæ prius id prohibebat, abolita. IN SUPER & hoc præcipimus, ut si quis in instrumento aliquo alterius instrumenti mentionem faciat, nulla ex hac mentione nascatur exactio: nisi item & alterum instrumentū, cuius mentio in altero facta est, proferatur, aut alia secundū leges adhibeatur probatio, quod ea summa, cuius mentio habita est, reuera debeat. Id enim & in ueteribus legibus inuenimus. QVIN ET hoc sancimus, ut si quando insecuta appellatione, nouissimo exeuntium induciarum die, uel utraq; pars, uel is solus, qui appellatione usus est, occurrat, & sui præsentiam appellationis causam examinatum magistratui, aut eius consiliarijs, aut causas introducentibus manifestet, & iudex hūc intra deputatum tempus admittere differat: nullum omnino partibus, aut uni horum ex hoc oriatur præiudicium, sed & postea nihilominus huiusmodi appellationes examinentur, & legitima terminentur sententia. ALIUD AD HÆC capitulum, nostra indigens legislatione, ad meliorem formam erigere nobis uisum est. Ex quo enim leges nostræ definiunt, si quando præfecti sacrorum prætoriorum sententiam proferunt, ne qua contra eam offeratur appellatio: sancimus, ut quoties à gloriosiss. cuiuscūq; tractus præfectis proferatur sententia, & unus (ut potest fieri) litigatorum putet se grauatum: talis licentiam habeat ad monitorium eius rei libellum intra decem dierum spacium, q̄ prolata fuit sententia, sententiam proferentibus gloriosiss. præfectis, aut collaboratoribus eorū, aut causas introducētibus offerre: ne hoc insecuto, aliter sententia executioni mandetur, nisi prius uictrix pars in tā magnam quantitatem idoneas fideiussiones præberit, q̄ magnam complectitur condemnatio: ut si postea retractione legitimo more procedente, sententia subuertatur, res cū legitimis illi incrementis restituantur. Si uero intra memoratum decem dierum spacium, q̄ prolata fuit sententia, libellum is, qui se læsum putat, non obtulerit: iubemus, ut executio negocij sine fideiussione procedat: retractionis nihilominus iure illi reseruando, qui se grauatum putauerit.

AD HÆC sancimus, ut si minores contingat desistere uelle ab ea hæreditate, quæ ad ipsos deuoluta, & ab ipsis agnita fuit, & omnes creditores præsentem inueniantur in illis locis, in quibus petitur restitutio in integrum: creditores uocentur à magistratu, & omnibus ijs in præsentia constitutis, minores ab huiusmodi hæreditate desistant. Sed si uel omnes, uel quidam ex ijs absentes sint: iubemus, ut minores, qui id agere uolunt, ibi locorum, ubi hi degunt, magistratum adeant. ille uero creditores solitis edictis euocet. & si creditores intra triū mensium spacium prorsus non acceperint: liceat his absq; metu periculi ab eiusmodi hæreditate discedere: magistratu, apud quem in integrum restitutio tractatur, prouidentiam accommodante, ubi nam locorum res hæreditariæ mobiles iuxta & immobiles adseruari debeant: harum uidelicet quantitate apud actorum monumenta publico insinuanda inuentario.

VLTRA HÆC sancimus, ut si quis mala fide res possidens, aut per uenditionem, aut per donationē, aut aliter eas alienet: alius autem, qui eas res ad se pertinere putet, sciens prudensq; intra decē annos inter præsentem, & uiginti inter absentes, secundum leges emptorē, aut qui donationem acceperit, aut in quem alio quocūq; modo res translata fuerint, testatō nō conueniat: is, qui huiusmodi res adeptus fuerit, firmiter eas obtineat, post decennij uidelicet inter præsentem, inter absentes uero uicennij decursum. Cæterū si uerus rerū dominus ignoret, simul quod eas res ad ipsum pertineant, simul quod alienatio intercesserit: iubemus, ut non aliter, quā tricennij præscriptione excludatur: eo, qui res hoc modo possidet, dicere nequeunte, quod ipse bona fide possideat, quando à malæ fidei possessore hæcce perceperit.

Quantum uero ad præscriptionē decennij, & hæc decernere nobis uisum est, ut si unquam in prædicta aliquis temporali decennij præscriptione per aliquot annos præsens sit, per aliquot rursum absit: totidem illi ad decennium alij anni apponantur, quot ex ipso decennio absens fuit. Hæc autem omnia, quæ de longi temporis præscriptione finiuimus, non in præteritis, sed in futuris & his tantum cōtrouersijs ac negocijs ualere iussimus, quæ hanc legem secuta sunt

tura sunt. **Q**VIA VERO antehac legem in medium produximus, ut testatores uel manu propria, uel per testes heredum nomina in testamenti tabulis describant, cognouimus autem multa testamenta per exquisitam huiusmodi subtilitatem subuersa esse, nimirum testatoribus eiusmodi subtilitatem custodire nequeuntibus, aut etiam (quod licet conijcere) nolentibus, ut aliqui uoluntatem ipsorum cognitam haberent: iubemus, ut licentia quidem sit uolentibus ista in suis obseruare testamentis. Si tamen hæc non obseruauerint, & ex uetere consuetudine testentur: sancimus, ut nihilominus testamentum sic quoque ualeat, siue per se aliquis, siue per alteram personam hæredis nomen inscribat: modo reliquam omnino legitimam obseruationem testator in testamento suo custodiat. **L**E^GE^M uero, per quam sancimus, ne res, quæ à uenerabili ecclesia ad domum nostram perueniant, transferantur ad alios: aboleri sancimus, tam in his, quæ uel hoc tempore ad domum nostram legitime peruenierunt, quæ etiam his, quæ posthac peruenturæ sunt. **S**I Q^UIS V^NQ^UA^M testatus fuerit, & rem aliquam immobilem familiæ suæ aut alteri cuiuspiam personæ legati nomine reliquerit, & specialiter dixerit, ne quo tempore ea res alienetur, sed apud hæredes aut successores illius, cui relicta fuit, permaneat: in hoc legato iubemus, ut nullum penitus locum lex Falcidia habeat, quandoquidem alienationem eius ipse testator prohibuit. Hæc autem in his casibus ualere iubemus, qui nondum uel iudiciali sententia, uel amicorum interuentu, aut quocumque legitimo modo decisi sunt. **Q**uæ igitur per præsentem in perpetuum ualituram legem nostra sancit tranquillitas, excellentia tua propositis quidem in hac regia ciuitate edictis, emissa uero ad omnium prouinciarum præsidēs iussionibus, ad omnium peruenire noticiam efficiet.

DE ALIENATIONE, ET EMPHYTEUSI RERUM ecclesiasticarum. Constit. CXX.

Imp. IUSTINIANVS A. Petro gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto.

Cum multæ diuersæque leges de alienationibus, & emphyteusibus, & locationibus, & reliqua rerum ecclesiasticarum administratione promulgatæ sint: uisum nobis est omnia præfente complecti lege. Sancimus igitur, ut qui sacrosanctæ in urbe regia maioris ecclesiæ, aut orphanotrophij, aut xenodochij, aut ptochotrophij, aut nosocomij, aut alterius uenerabilis domus in regia ciuitate, aut eius territorio constitutæ (exceptis uenerabilibus monasterijs) res gubernant: hi nullam licentiam habeant uendere, aut donare, aut permutare, aut remunerandæ donationis gratia dare, aut quacumque alia forma alienare uel rem immobilem, uel ciuilem annonam, uel rusticum mancipium: nisi cum imperiali domo instituat permutatio, & quidem solum. Sed neque colonario iure dari aliquid permittimus. **E**mphyteuses uero à prædicta sacrosancta regia urbis maiore ecclesia & memoratis uenerabilibus domibus celebrari iubemus, tum in persona eius, qui accepit, tum in alijs duobus ordine hæredibus: ut tamen ultra sextam partem subsistentis canonis nihil ei, qui emphyteusim suscipit, indulgeatur. **D**e suburbanis autem, quæ ad sacrosanctam maiorem ecclesiam, & prædictas uenerabiles domos in urbe regia uel eius territorio constitutas pertinent: iubemus, ut siquidem suburbana integrum & solidum canonem habeant in reditu: ab his, qui ea ipsa uenerabilia loca gubernant, dentur prædicto modo in emphyteusim, tam suscipienti, quæ alijs duabus successionebus, neque aliqua in re fiat releuatio, sed potius augmentum. **S**i ea suburbana aliquem omnino reditum non habeant: licentiã præbemus uenerabiliu locorum dispensatoribus sub certa quantitate (uti prædictum est) dare ea in emphyteusim. **P**orro si quamlibet rem ab aliquo prædictorum uenerabilium locorum emphyteutico iure dari, uel ad domum imperialem, aut sacrum nostrum ærarium, aut ciuitatē aliquam, aut curiam, aut aliam quamcumque uenerabilem domum peruenire contigerit: licentiã præbemus uenerabiliu locorum dispensatoribus, à quibus initio celebrata fuit emphyteusis, quando ad unam aliquam prædictarum personarum huiusmodi peruenit emphyteusis, ut suam declarēt sententiã intra biennium, uelint ne apud illos eam rem relinquere, ad quos peruenit, & annum reditum, qui pacto comprehensus est, auferre: an resoluta emphyteusi, hanc recipere, si expediens hoc ipsis esse putauerint. **S**i qua uero loca sunt, uel ad sacrosanctam maiorem ecclesiam, uel ad aliquam prædictarum uenerabilium domuum pertinentia, in quibus antiquæ domus collapsæ existant, ex quibus nullus omnino reditus præbeatur, memoratæ autem uenerabiles domus, ad quas hæc loca pertinent, exædificare eas nequeant: licentiã damus, ut harum curatores ea loca perpetuo iure emphyteuseos tradant. ita tamen, ut emphyteusis aut in tertia parte pensionum, quæ ex ædibus adhuc stantibus colligebantur, ex primordijs emphyteutici temporis procedat: aut si emphyteuta ea cōditiōe loca accipere maluerit, ut prius ædificet, & dimidiam pensionum partem, quæ exinde æstimatione inita accedunt, præter ei uenerabili domui, à qua eaisa loca suscipit: & hoc fieri concedimus. **V**tatur autem istiusmodi emphyteuta ex dirutis etiã ædibus illic inuentis materiabus ac ruderibus. **C**eterum si quis uoluerit quamcumque rem immobilem usus nomine à sacrosancta regia urbis maiore ecclesia, aut una memoratarum uenerabilium domuum accipere: non aliter hanc percipito, nisi protinus alteram rem uenerabili domui, à qua eam rem suscipit, iure domini præbuerit, quæ & tantundem reditus habeat, quantum habet res, quæ illi datur, neque maioribus publicis prægrauata sit præstationibus: ita ut post mortem, aut illud tempus, in quod usus datio pacto conuenit, quod tamen accipientis uitam non transcendat, utraq; res in solidum, tam proprietate, quæ usufructu ad eam uenerabilem domum perueniat. **L**ocationes quoque ab istisdem uenerabilibus domibus contrahi concedimus, ad quocumque annos contrahentibus placuerit, qui tamen triginta annorum spacium non transcendant. **Q**uod si usu ueniat, ut aliqua prædictarum uenerabilium locorum nomine publicarum contributionum, aut ob quamlibet aliam uenerabili domui incidentem necessitatem indigeat pecunijs: licitum est huius dispensatoribus immobilem rem obligare, & in speciale pignus dare: ut creditor ipsam rem possideat, & inde fructus colligat, eosque sibi tam in ipsam creditam pecuniã reputet, quæ etiam in usuras, non ampliores quadrantibus legitimæ centesimæ. **S**i uero æs alienum eius uenerabilis domus antistites dissoluerint, aut creditori satisfactum sit ex fructibus: recurrato ea res denuo ad uenerabilem domum, unde & data fuit. **V**erum enim uero emphyteuses, & hypothecas, & quinquennium excedentes locationes contrahi uolumus, à sacrosancta quidem regia urbis maiore ecclesia, sententia & consensu beatis. huius archiepiscopi & patriarchæ: iurantibus ipso præfente & chartularijs, & dei amantibus. eius sacrosanctæ maioris ecclesiæ œconomis, quod is contractus non ad fraudem & circumscriptionem eius iurium fiat. **I**n alijs autem uenerabilibus domibus, siquidem chartularij sint, iurato & ipsi consimili modo præfente uenerabilis domus antistite. **S**i chartularij non sint: ipsi uenerabilium domorum antistites propositis sacrosanctis euangelijs contractum celebrant, describentes in talia instrumenta cum iureiurando, quod contractus ad læsionem aut circumscriptionem uenerabilis domus non fiat. **O**conomis certe, & orphanotrophis, & reliquarum uenerabilium domuum dispensatoribus, atque insuper omnium chartularijs, & horum parentibus simul & liberis, & alijs uel genere ipsis, uel iure adfinitatis coniunctis: interdiciamus, ne emphyteuses, aut locationes, aut hypothecas rerum istisdem uenerabilibus domibus competentium, uel per se, uel per interpositam personam percipiant: scituris ipsis, quod si quid eius generis factum sit: non solum hoc inualidum erit, sed etiam uniuersum patrimonium ipsorum, tam accipientium, quæ œconomorum, & chartulariorum, & dispensatorum, quibus hi prædicto modo coniuncti sunt, post ipsorum mortem ad uenerabilem domum, unde rem susceperunt, peruenire iubemus. **A**tque hæc quidē de sacrosancta maiore ecclesia, & prædictis uenerabilibus domibus in regia urbe & eius territorio consistentibus disposuimus. **C**onsequenter autem & in alijs sacrosanctis ecclesijs, & monasterijs, & xenonibus, & nosocomijs, ac reliquis uenerabilibus domibus in omnibus prouincijs nostræ reipublicæ positis, neque nõ etiã monasterijs tam in urbe regia, quæ territorio eius consistentibus definire nobis uisum est. **L**icentiã igitur præbemus prædictis uenerabilibus domibus, non solum ut rerum immobilium ad se pertinentium temporariam emphyteusim contrahant, sed etiam ut in perpetuum eas iure emphyteutico tradant uolentibus. **E**t quidem si sacrosanctæ sint ecclesiæ, aut aliæ uenerabiles domus, quarum gubernationem locorum episcopus uel per se, uel per uenerabilem eius clerum exsequatur: sententia ac consensu eius huiusmodi contractus perficitur: iurantibus præfente eo œconomis, & dispensatoribus, & chartularijs uenerabilis eius cleri, quod ex ea emphyteusi nihil damni uenerabili inferatur domui. **Q**uod si ptochia, aut xenones, aut nosocomia, aut aliæ uenerabiles domus sint, quæ propriam gubernationem habeant: siquidem sancta ibi contingat esse oratoria: sententia maioris partis clericorum illic ministrantium, neque non etiam locorum antistitem. **S**i solummodo xenon, aut ptochium, aut nosocomium, aut alia uenerabilis domus sit: antistes locorum contractum celebrato, iurantibus earum uenerabilium domorum dispensatoribus in præfentia dei amantibus, episcopi, à quo uel promouentur, uel ordinantur, quod nihil in eo contractu ad læsionem

tem uenerabiles domus, ad quas hæc loca pertinent, exædificare eas nequeant: licentiã damus, ut harum curatores ea loca perpetuo iure emphyteuseos tradant. ita tamen, ut emphyteusis aut in tertia parte pensionum, quæ ex ædibus adhuc stantibus colligebantur, ex primordijs emphyteutici temporis procedat: aut si emphyteuta ea cōditiōe loca accipere maluerit, ut prius ædificet, & dimidiam pensionum partem, quæ exinde æstimatione inita accedunt, præter ei uenerabili domui, à qua eaisa loca suscipit: & hoc fieri concedimus. **V**tatur autem istiusmodi emphyteuta ex dirutis etiã ædibus illic inuentis materiabus ac ruderibus. **C**eterum si quis uoluerit quamcumque rem immobilem usus nomine à sacrosancta regia urbis maiore ecclesia, aut una memoratarum uenerabilium domuum accipere: non aliter hanc percipito, nisi protinus alteram rem uenerabili domui, à qua eam rem suscipit, iure domini præbuerit, quæ & tantundem reditus habeat, quantum habet res, quæ illi datur, neque maioribus publicis prægrauata sit præstationibus: ita ut post mortem, aut illud tempus, in quod usus datio pacto conuenit, quod tamen accipientis uitam non transcendat, utraq; res in solidum, tam proprietate, quæ usufructu ad eam uenerabilem domum perueniat. **L**ocationes quoque ab istisdem uenerabilibus domibus contrahi concedimus, ad quocumque annos contrahentibus placuerit, qui tamen triginta annorum spacium non transcendant. **Q**uod si usu ueniat, ut aliqua prædictarum uenerabilium locorum nomine publicarum contributionum, aut ob quamlibet aliam uenerabili domui incidentem necessitatem indigeat pecunijs: licitum est huius dispensatoribus immobilem rem obligare, & in speciale pignus dare: ut creditor ipsam rem possideat, & inde fructus colligat, eosque sibi tam in ipsam creditam pecuniã reputet, quæ etiam in usuras, non ampliores quadrantibus legitimæ centesimæ. **S**i uero æs alienum eius uenerabilis domus antistites dissoluerint, aut creditori satisfactum sit ex fructibus: recurrato ea res denuo ad uenerabilem domum, unde & data fuit. **V**erum enim uero emphyteuses, & hypothecas, & quinquennium excedentes locationes contrahi uolumus, à sacrosancta quidem regia urbis maiore ecclesia, sententia & consensu beatis. huius archiepiscopi & patriarchæ: iurantibus ipso præfente & chartularijs, & dei amantibus. eius sacrosanctæ maioris ecclesiæ œconomis, quod is contractus non ad fraudem & circumscriptionem eius iurium fiat. **I**n alijs autem uenerabilibus domibus, siquidem chartularij sint, iurato & ipsi consimili modo præfente uenerabilis domus antistite. **S**i chartularij non sint: ipsi uenerabilium domorum antistites propositis sacrosanctis euangelijs contractum celebrant, describentes in talia instrumenta cum iureiurando, quod contractus ad læsionem aut circumscriptionem uenerabilis domus non fiat. **O**conomis certe, & orphanotrophis, & reliquarum uenerabilium domuum dispensatoribus, atque insuper omnium chartularijs, & horum parentibus simul & liberis, & alijs uel genere ipsis, uel iure adfinitatis coniunctis: interdiciamus, ne emphyteuses, aut locationes, aut hypothecas rerum istisdem uenerabilibus domibus competentium, uel per se, uel per interpositam personam percipiant: scituris ipsis, quod si quid eius generis factum sit: non solum hoc inualidum erit, sed etiam uniuersum patrimonium ipsorum, tam accipientium, quæ œconomorum, & chartulariorum, & dispensatorum, quibus hi prædicto modo coniuncti sunt, post ipsorum mortem ad uenerabilem domum, unde rem susceperunt, peruenire iubemus. **A**tque hæc quidē de sacrosancta maiore ecclesia, & prædictis uenerabilibus domibus in regia urbe & eius territorio consistentibus disposuimus. **C**onsequenter autem & in alijs sacrosanctis ecclesijs, & monasterijs, & xenonibus, & nosocomijs, ac reliquis uenerabilibus domibus in omnibus prouincijs nostræ reipublicæ positis, neque nõ etiã monasterijs tam in urbe regia, quæ territorio eius consistentibus definire nobis uisum est. **L**icentiã igitur præbemus prædictis uenerabilibus domibus, non solum ut rerum immobilium ad se pertinentium temporariam emphyteusim contrahant, sed etiam ut in perpetuum eas iure emphyteutico tradant uolentibus. **E**t quidem si sacrosanctæ sint ecclesiæ, aut aliæ uenerabiles domus, quarum gubernationem locorum episcopus uel per se, uel per uenerabilem eius clerum exsequatur: sententia ac consensu eius huiusmodi contractus perficitur: iurantibus præfente eo œconomis, & dispensatoribus, & chartularijs uenerabilis eius cleri, quod ex ea emphyteusi nihil damni uenerabili inferatur domui. **Q**uod si ptochia, aut xenones, aut nosocomia, aut aliæ uenerabiles domus sint, quæ propriam gubernationem habeant: siquidem sancta ibi contingat esse oratoria: sententia maioris partis clericorum illic ministrantium, neque non etiam locorum antistitem. **S**i solummodo xenon, aut ptochium, aut nosocomium, aut alia uenerabilis domus sit: antistes locorum contractum celebrato, iurantibus earum uenerabilium domorum dispensatoribus in præfentia dei amantibus, episcopi, à quo uel promouentur, uel ordinantur, quod nihil in eo contractu ad læsionem

ad læsionem aut circumscriptionem earum uenerabilium domuum fiat. In uenerabilibus autem monasterijs præfules eorum cum maiore parte monachorum illic ministeria obeuntium contractum perficiunt. Atque in prædictis sanè omnibus iubemus, ut cum iureiurando describatur in instrumento, quod non ad læsionem aut circumscriptionem uenerabilium domuum negocii cõficiatur: & ea obseruatione sic procedere, releuatio nõ ultra sextã redditus partẽ fiat, quẽ res in emphyteusim data habet. Quæ uero de collapsis ædibus ad uenerabiles domus in hac regia urbe positas pertinentibus superius disposuimus: ea & illic in uenerabilibus domibus obtinere uolumus. Sed & hoc de uenerabilibus domibus disponere nobis uisum est, ut si quæ ex ipsis, siue pro tributis publicis, siue ex alia necessaria ei domui causa, debitum reddantur obnoxia, neque fieri possit, ut ex mobilibus rebus ea debita dissoluantur: primo quidem loco creditori res immobilis in speciale pignus dator, ut collectis eius fructibus, reputet eos sibi partim in ipsam creditã pecuniã, partim in usuras non maiores quadrantibus legitimæ cõtestimã. Si eo modo debitum dissoluere nequeant: iubemus, ut ab his quidem, qui à sanctis, ordinantur patriarchis: siue metropolitanis, siue episcopis, siue archimandritæ fuerint, siue orphanotrophis, siue prochorotrophis, siue xenodochis, aut nosocomis, aut aliarum uenerabilium domuum dispensatores: apud ipsos sanctis, patriarchas, à quibus ordinantur, aut promouentur, actorum monumenta cõficiantur, & cum iureiurando dispensatorum & consensu maioris partis eorum, qui in his obeunt ministeria, debitum insinuatur, quodque ex re mobili id ipsum dissolui nequeat. Hi uero, qui à metropolitanis episcopis ordinantur: siue episcopi sunt, siue archimandritæ, siue orphanotrophis, siue prochorotrophis, aut aliarum uenerabilium domuum dispensatores: consimiliter apud ipsos metropolitanos episcopos huiusmodi monumenta cõscribunt. Apud illos item episcopos, qui uel à patriarchis, uel metropolitanis episcopis ordinantur, & habent sub iurisdictione sua aut monasteria, aut prochia, aut xenonas, aut nosocomia, aut alias uenerabiles domos, consimili modo monumenta cõficiuntur. Ita tamen, ut siue apud patriarchas, siue apud metropolitanos, siue apud alios episcopos id genus monumenta cõficiantur, nullum pro ijs dispendium aut sumptum uenerabiles domus sustineat. Propterea enim nolumus, ut de cætero apud prouinciarum præfides, aut locorum defensores à memoratis personis seu domibus eiusmodi monumenta cõficiantur, ne quod exinde sustineant dispendium. Simulatque uero hæc ita apud memoratos sanctis, patriarchas, & metropolitanos, aut alios episcopos secuta fuerint: tunc prædicti ære alieno oppressæ uenerabilis domus dispensatores per uiginti dies scriptum aliquod in publico ciuitatis loco proponunt, & eo modo rem immobilem emere uolentes prouocant, ut qui plus præbiturus est, is cæteris præferatur. Quæ si omnia ita processerint: celebrator uenditio, precio rei omnibus modis pro ære alieno dando, ut emptor non aliter eã rê firmiter tenere possit, nisi premium pro ipso soluatur debito, & hoc expresse cum iureiurando in syngropham emptionis describatur, quodque nihil ad læsionem aut circumscriptionem uenerabilis domus fiat. Si prædicto modo eius rei uenditor non fuerit inuentus: iubemus, ut cui ab aliqua prædictarum domuum debetur, is eo iure, quod pro soluto dicitur, hæc ipsam possessionem capiat, iusta & ex qua sita æstimatione inita, addita item precio decima parte totius æstimationis ad eandem quantitatem: capiatque rem creditor pro soluto, firmo eam dominio possessurus. Ita tamen, ut dispensatores debito oppressæ uenerabilis domus, & maior pars in ea ministrantium huiusmodi uenditionibus cõsentiant. Quæ uero immobilis res in hoc traditur: ea nõ ad optionem creditoris, sed æquabili mediocritate partim inter fertiles, partim inter steriles uenerabilis domus possessiones, & harum redditus, neque non tributorum, & reliqui status ac qualitatis detur. At si quis episcopus, aut œconomus, aut dispensator cuiuscunque uenerabilis domus, siue in regia urbe, siue in prouincijs positæ, pecunias mutuo desumpserit, aut posthac desumeret: iubemus, ut neque ipsi uenerabili hoc domui imputetur, nisi prius ostenderit, quod in usus præfate uenerabilis domus hæc processerint: neque creditor, aut hæredes eius aliquam pro ijs contra uenerabilem domum actionem habeant, nisi prius ostenderit, quod in causas uenerabili domui competentes hæc pecuniæ profecerint: sed actiones suas contra eum moueant, qui pecunias mutuo sumpserit, aut hæredes eius. Hoc quoque iubemus, ut excepta sacrosancta regia urbis maiore ecclesia, & uenerabili orphanotrophio, & xenonibus, & prochijs in urbe regia aut territorio eius existantibus: liceat omnibus sacrosanctis ecclesijs, & uenerabilibus domibus, neque non etiam monasterijs, tam in urbe regia, quam in diuersis prouincijs positis, permutationes inter se rerum facere, cum utriusque uenerabili domui conseruatur indemnitas: consentientibus in hunc contractum, siue interueniente scriptura, siue per confessiones apud sancta dei eloquia propositas,

propositas, nõ solum utriusque uenerabilis domus dispensatoribus, sed etiam maiore parte eorum, qui ibi ministerium habent. Quæ uero à domo imperiali ad quamcunque uenerabilem domum peruenerunt, aut posthac peruenturæ sunt: eas nullo modo uendere, aut pignori opponere, aut permutare, aut omnino alienare concedimus, neque si uenerabiles id domus inter se faciant. Quia uero cognouimus, quod ab aliquibus monasteriorum quoque alienationes fiant in hoc, ut à sacrata forma ad priuatam & profanam transformentur conuersationem: & hoc omnibus modis prohibemus. Quod si tale aliquid factum inueniatur: præbemus licentiam religiosiss. eius loci episcopo, ut id monasterium uindictet, & ad ueterem formam reducat. Porro si qua prædictarum uenerabilium domuum tum in regia urbe, tum in prouincijs existentium, excepta sacrosancta regia urbis maiore ecclesia, possessionem habeat multis præstationibus publicis grauata, ex qua nullus redditus inferatur uenerabili domui: licentiã præbemus eius uenerabilis domus dispensatoribus, ut talem possessionem, quocunque uelint modo, ad eius uenerabilis domus utilitatẽ alienent: monumentis uidelicet & in hac alienatione apud eos cõficiendis, à quibus huiusmodi locorum dispensatores promouentur, aut ordinantur: & ad sanctas scripturas iurantibus, tã eiusmodi uenerabilis domus antistitibus, quam maiore parte eorum, qui ibi ministeria obeunt, quod neque per prodicionem, neque ad gratiam, neque qualibet circumscriptione fiat alienatio, sed ut indemnitas ei uenerabili domui cõseruetur. Atque œconomis, & dispensatoribus, & chartularijs quarumcunque uenerabilium domuum, neque non eorum patentibus, ac liberis, & alijs, qui genere, aut ad finitatis iure illis cõiuncti sunt, locationes, uel emphyteuses, uel emptiones, uel hypothecas rerum immobilium ad eas uenerabiles domos pertinentium subire uel per se, uel per interpositam personã, quemadmodum & in ijs, qui in regia urbe sunt, iisdem pœnis interdiciamus. Si quis uero colonus, aut emphyteuta ex rebus uel ad sacrosanctam maiorem ecclesiam, uel aliam uenerabilem domum ubicunque locorum nostræ reipublicæ positam pertinentibus aliquam, quam accepit, aut posthac acceperit, deteriorem fecerit, uel per biennium confessum & pacto conuentum emphyteuticum, aut pensionarium canonem non intulerit: damus licentiã uenerabili domui, à quo locatio aut emphyteusis celebrata fuit, ut tam præteriti temporis debita, & ueterẽ statum ac qualitatem locatæ seu in emphyteusim datæ rei exigat, quam emphyteusi aut locatione depellat eum, qui neque meliorationum nomine contra uenerabiles domos actionem aliquam mouere possit. Cæterum si depellere eum dispensatores harum nolint: exigi quidem ab eo præcipimus ea, quæ ex conductione, aut emphyteusi debere cognoscitur, tantisper autem, dum præfinitum tempus exeat, datam sibi rem is obrineat, si pacto conuenta præstet. At si diffugiã licentiã præbemus earum uenerabilium domuum antistitibus, ut uenerabilibus domibus ex illius bonis indemnitas asserant: neque uentẽ eo ne hac quidem parte aliquid de meliorationibus proponere. Sacrosanctis ecclesijs Odesi & Tomensis ciuitatum permittimus, ut res immobiles pro captiuorum redemptione alienent: nisi ea conditione quæpam ipsis possessiones datæ sunt, ne ullo pacto alienentur. Hoc quoque cõcedimus, ut sacrosancta Hierosolymorum ecclesia licentiã habeat domos ad se pertinentes, & in ipsa sancta ciuitate positas uendere: sed nõ minore precio, quam quantum ex ipsis pensionibus per quinquaginta annos possit colligi, ut ex harum precio meliores redditus comparentur. Enim uero si qui cuiuscunque uenerabili domui, siue in regia ciuitate, siue in prouincijs positæ steriles possessiones donauerint, aut uendiderint, aut alio modo præstiterint, aut reliquerint: iubemus, ut nullum pro ijs rebus damnum uenerabilis domus, ad quam talis peruenit possessio, sustineat, aut tributorum nomine, uel quacunque alia de causa prægrauetur: sed omne id onus in eos, qui dederunt, hæredes uero eorum deuoluatur, cogendos recipere huiusmodi possessiones, & de patrimonio suo omne dispendium uenerabili domui ex hac illi causa proueniens restituere. Sed & si huiusmodi dolus in ea re subsequatur, ut pro eo uenerabili domui certa detur pecuniæ summa: iubemus, ut & hanc sibi ea uenerabilis domus lucro habeat. steriles autem res ei, qui dedit, aut omni modo hæredibus eius restituant. Ad hæc iubemus, ut nulla sacrosanctis ecclesijs, aut alijs uenerabilibus locis, tam in regia urbe, quam in omnibus reipublicæ nostræ prouincijs positis, necessitas inducatur, ut steriles aut fertiles possessiones ubicunque locorum sitas emant: ne per hanc occasionem uel eas, quas habent, obligare deprehendantur. Insuper si quis rem immobilem uelit usus nomine ab aliqua prædictarum uenerabilium domuum (quemadmodum & superius de uenerabilibus domibus in regia urbe positis disposuimus) capere: non aliter hanc capito, nisi protinus alteram rem uenerabili domui, à qua eam rem capit, iure domini præbeat, quæ & tantundem redditus habeat, quantum res habet, quæ ipsi datur, neque grauioribus

gravioribus præstationibus publicis grauata sit: ut post illius mortem, aut tempus, ad quod datum usum durare placuit, non transcendens uidelicet accipientis uitam, utraq; res tam proprietas, quam usufructu ad eandem uenerabilem domum perueniat. Atq; hæc quidem de immobilibus rebus præcepimus. De sacris uero uasis, quæ ad eandem sacrosanctam regiarum urbis maiorem ecclesiam, aut ad alia oratoria ubicunq; locorum nostræ reipublicæ posita pertinent, generaliter disponimus: ut non aliter hæc uendantur, opponanturq; pignori, quam pro captiuorum redemptione.

Sanè si plura uasa in una aliqua memoratarum uenerabilium domuum sint, quæ necessarium de se usum non præbeant, & usu ueniat, ut eiusmodi uenerabilis locus ære alieno grauetur, neq; suppetant aliæ res mobiles, ex quibus æs alienum restitui debeat: licentiam eis damus, ut consecris (sicut superius dictum est) actorum monumentis, quæ uasa superuacua inueniuntur, ea aut alijs uenerabilibus locis, quæ his opus habent, uendant, aut consentent, & similiter uendant, preciumq; eorum ad dissoluendum æs alienum conferant, ne res immobiles alienentur. **S I C O N T R A** ea, quæ præsertim à nobis lege interdicta sunt, contractus aliquis in rebus mobilibus, quæ ad unam aliquam prædictarum uenerabilium domuum pertinent, celebretur: non tantum sacrosanctæ ecclesiæ, aut uenerabili domui ea res, in qua tale quid subsecutum est, cum medij temporis fructibus restituitor: sed etiam precium, aut quod rem uerandæ donationis, aut permutationis, aut alterius cuiuscunq; causæ nomine datum est, apud ipsam remaneto.

Quod si emphyteusis contra interdicta nostra peracta sit: iubemus, ut & sacrosanctæ ecclesiæ, aut uenerabilibus locis ea res reddatur: *et præterea emphyteuticæ, secundum quod placitum est, præstetur, sinaturq; pactum secundum uirtutem emphyteuticalium instrumentorum.* Si res ecclesiastica, aut alterius uenerabilis domus donata sit: tam ipsa eidem sacrosanctæ maiori ecclesiæ aut alijs uenerabilibus domibus cum medij temporis fructibus reddatur, quam etiam alterum tantum, quod æstimatione eam rem æquet. Si hæc contra pignus datum fuerit: creditor & debitum amittito, & eam rem uenerabili domui restituitor. Tabellionibus, qui contra hanc nostram legem talibus inseruire instrumentis præsumpserint, perpetuo cõdemnandis exilio.

Postremo si quid ante hanc legem secundum ueteres constitutiones factum est: iubemus, ut hoc omnibus modis suum robur obtineat. Omnia uero, quæ contra ueteres facta sunt leges, subuerti sancimus: & res, quæ contra earum tenorem datæ fuerunt, uenerabilibus domibus restitui. De cætero autem omnia secundum præsentem fieri legem decernimus: uacantibus posthac omnibus alijs cõstitutionibus, quæ in huiusmodi casibus antea promulgatæ sunt.

Quæ igitur per præsentem in perpetuum ualituram legem nostra sanxit tranquillitas, ea studeto excellentia tua in saucia & inconuulsa conseruare, edictis consuetis & solennibus locis per decem dies proponendis, nullis tamen iustionibus per hanc causam in prouincias destinandis. Nos enim prouidebimus, quomodo absq; subditorum collatorumq; læsione omnibus præsens nostra generalis constitutio insinuetur.

**UT PARTICVLARES VSURARVM SOLVTIONES IN
duplum computentur. Constit. CXXI.**

Imp. IVSTINIANVS A. Basilio præfidi Tarfi.



Cum decuriones uideamus nobis instare precibus, & libenter ijs indulgeamus: merito sanè legibus contrarias artes, & per fraudem excogitatas confessiones ualere non concedimus. Docuerunt enim potentiam nostram Eusebius & Aphthonius, qui Demetrio nepotes exstiterunt, nati ex Palladio Demetrii filio: quod is Demetrius Artemidoro per causam mutui quingentos aureos debuerit, in quam summam etiam usuras stipulatus sit. Nuper uero sacram prodijisse formam, quæ uoluerit, si duplum debiti soluatur, ut nulla contra ipsos secundum leges nostras super sit exactio. Artemidori autem creditoris successores Epimachus & Artemonem dixisse, mentitos ipsos in precibus, neq; nostro dignandos auxilio: cum debito plene satisfactum non fuerit, sed soli nongenti quadraginta nouem aurei perfoluti sint. Aiunt enim supplices, patrem suum Palladium unam cum Demetrio patre eius & Paulo octingentos sexaginta septem soluisse aureos. Sed Artemonem & Priscianam Artemidori filios, qui Epimachi & Artemonis illius alterius auus fuit, dixisse particularem se solutionem forti non adiungere, sed omnia uelle reputare in usuras, hæc item innuere sententiam prouinciæ præfidis, & propterea exegisse Palladium

ladium pro priore quingentorum aureorum sceneraticia syngrapha alteram aureorum sexingentorum. Soluisse autem ipsi (inquunt) diuersis temporibus & Palladium aureos septuaginta duos, & Eusebium atq; Aphthonium decem, ut inde colligatur nongentorum quadraginta nouem aureorum summa. Eum uero, qui controuersia audientiam præbuerat, cum in animo non reuolueret, quod totius accusationis eadem causa esset: non admisisse ipsos, sed uoluisse in sexingentos eos aureos fortis condemnare. Petieruntq; ut hac necessitate eximerentur: & collecto uniuerso debito quingentorum aureorum, si quinquaginta unum adhuc soluerent, qui reliqui essent ad mille solidorum quantitatem, tam uniuerso debito liberarentur, quam sceneraticiam sexingentorum aureorum syngrapham reciperent. Cum igitur leges nostræ nihil ultra duplum solui uelint: & nos in hoc tantum differentiam habeamus cum prioribus, quod illæ quidem debita constituent usq; ad duplum, si nulla particularis facta fuisset solutio: nos uero recipimus, ut particulares etiam solutiones debita dissoluant, si usq; ad duplum pertingant: sancimus, ut secundum hoc fiat computatio, & si tantum hi perfoluerint, quantum adhuc ad mille aureos deest, recuperent etiam sceneraticiam sexingentorum aureorum syngrapham: ne debitum ex hac causa multipliciter exigi depræhédatur. Quæ itaq; nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur formam, ea studeto magnificentia tua effectui & fini tradere: tam ea interpretatione, quæ de hac causa in sententijs, quorum supplices meminerunt, facta est, abolita: quam omnibus, quæ per obreptionem & ex una tantum parte confecta sunt, aut conficientur, uacantibus.

EDICTVM DE FORMVLA ARTIFICVM. Cõstit. CXXII.



Omnis artifex, aut mercenarius, aut mercator, secundum auctionis formulam operas locato, merces uendito. Nam si quid amplius acceperit: pœnæ tripli subiacet.

**DE ECCLESIASTICIS DIVERSIS CAPITVLIS.
Constit. CXXIII.**

Imp. IVSTINIANVS A. Petro gloriosiss. magistro sacrorum nostrorum officiorum.



De dispensatione, & priuilegijs, alijsq; diuersis capitulis earum rerum, quæ ad sacrosanctas ecclesias & alias uenerabiles domos pertinent, nonnulla iam ad certam redegitur formam. In præsentia uero ea, quæ religiosiss. concernunt episcopos, clericos, & monachos, in diuersis pridem disposita constitutionibus, hac lege cum competente nobis correctione completi uisum est. Nam si leges ciuiles, quarum potestatem fidei nostræ deus pro suo erga homines amore cõcredidit, per omnia firmas ac stabiles conseruari ad subditorum securitatem studemus: quanto plus studij debemus circa sacrarum regularum & diuinarum legum obseruationem reponere, quæ pro salute animarum nostrarum definitæ & constitutæ sunt? Qui enim sacros obseruant canones, hi domini dei potiuntur auxilio: & qui in hocce præuaricantur, ijs seipfos condensationi subiiciunt. Maiori autem condemnationi obnoxij erunt religiosiss. episcopi, quorum fidei commissa est canonum inquisitio & custodia, si quid in his transgressum inultum reliquerint. Sacris sanè canonibus non obseruatis, uarias contra clericos, & monachos, ac nonnullos episcopos interpellationes suscepimus, quod secundum sacros canones uitam non instituant. alij etiam ne ipsas quidem sacræ oblationis & sacri baptismatis preces scire dicuntur. Dei itaq; iudicium renouentes in animo, in unoquoq; horum, quæ renunciata nobis sunt, quæstionem & correctionem canonice iustissimum procedere. Nã si generales leges ea, quæ perperam admittuntur à laicis, non cõcedunt sine quæstione & uindicta relinqui: quomodo ea, quæ à sanctis apostolis & patribus ad fidelium hominum salutem regulariter disposita sunt, despici sustineamus? Multos præterea ex hoc depræhendimus in peccata incidisse, quod synodi religiosiss. sacerdotum secundum ea, quæ à sanctis apostolis & sanctis patribus præfinita sunt, non celebrentur. Nanq; si id obseruatum fuisset: unusquisq; reueritus subeunda à se in synodo redargutionem, studuisset utiq; & sacra edicere ministeria, & honeste uiuere, ne condemnationi subijceretur sacrorum canonum.

Sed & illud pleriq; non paruam delinquendi occasionem præbuit, quod episcopi ac præ-

C ij sbyteri,

byteri, neque non diaconi, & reliqui clerici sine examinatione & de recta fide & uitae honestate testimonio ordinentur. Nam si illi, quibus negocium datum est orandi pro populo, indigni ministerio dei inuenti fuerint: quomodo pro populi delictis placare deum poterunt? Quod uero ordinationes sacerdotum conueniat cum summa fieri diligentia: docet nos inter sanctos habitus Gregorius Theologus, sanctos apostolos & sacros secutus canones. ita enim dicit in magno Apologetico. Quis autem ad Pauli se regulas & praescripta dimetiens, quae de episcopis & presbyteris fecit, ut sobrii sint, modesti, non uiolenti, non percussores, instructi ad docendum, irreprehensibiles in omnibus, & nihil cum improbis habentes commercij: non deprehendat, multum se ab hac regularum rectitudine discrepare? Et rursus idem sic dicit. Mundum prius esse oportet, deinde mundare: instructum sapientia, atque ita ad sapientiam instruere: lucem fieri, & illuminare: appropinquare deo, & alios ad deum adducere: sanctum esse, & sancti ficare: deducere, sed cum manibus: dare consilium, sed cum prudentia. Et rursus idem in sanctis habitus Gregorius de iisdem in eadem oratione hoc scribit. Quis obsecro quasi signum uno eodemque die fingat ueri ministerij antistitem, qui cum alijs angelis stationes habeat, cum archangelis laudes deo dicat, cum Christo sacerdotali fungatur munere? Et per haec quidem ostendit Theologus, quales ad sacerdotium promoueri oporteat. De his uero, qui indigne ordinantur, idem haec dicit in eadem oratione. Qui cum nihil antea in sacrum dei alueare intulerint, nihil antea laboris ad id, quod pulchrum est, assequendum sustinuerint: simul discipuli & magistri pietatis designantur, & prius, quam purgantur ipsi, purgant: heri sacrorum direprores, hodie sacerdotes: heri a sacris alieni, hodie sacrorum principes: ueterani malicia, tyrones pietate, beneficio humanae gratiae, non spiritus. Quod autem eos, qui alteram duxerunt uxorem, sacri canones clericos esse prohibeant: in sanctis etiam habitus Basilius docens, ita inquit. Eos, qui nuptias iterarunt, canon exclusit ministerio. Atque haec quidem inter sanctos habitus Basilius. In tantum autem sancti patres pro sacerdotio gesserunt curam, ut hi, qui Nicæ conuenerunt, ita se habentem canonem ediderint. Interdixit in uniuersum magna Synodus, ne cui uel episcopo, uel presbytero, uel diacono, uel qui omnino in clero constitutus sit, liceat adlicitiam secum uxorem habere, praeter matrem, aut amitam, materteram uero, aut quae solae personae suspicionem effugiunt. SEQUENTES igitur ea, quae sacris definita sunt canonibus, pragmaticam legem facimus, per quam sancimus, ut quoties opus fuerit ordinare episcopum, coeant in unum clerici & primates ciuitatis, cui episcopus ordinandus est & propofitis euangelij, de tribus personis decreta faciant, & quisque eorum iuret per sacra eloquia, idque ipsis decretis inferant, quod neque per largitionem, neque promissionem, aut amicitiam, aut gratiam, aut quamcunque aliam affectionem, sed quod sciant ipsos rectae & catholicae fidei, ac honestae uitae, esse & supra tricesimum quintum aetatis annum, hos elegerint: & quod neque uxorem, neque filios quempiam ipsorum habere sciant: aut concubinam, aut naturales liberos nouerint ipsos habuisse, aut habere: sed etsi quis ipsorum prius uxorem habuerit, tamen eam solam, & neque uiduam, neque seiunctam a uiro, neque sacris canonibus interdictam habuerit: sed neque curiae muneribus addictum, neque cohortalem esse aliquem ex his nouerint, qui decretis electus est: praeterquam si curiae muneribus addictus, aut cohortalis, non minus annis quindecim, monachicam in monasterio uitam extra omnem calumniam transegerit: uidelicet obseruatione, quae prius a nobis dicta est, per faciendam de ipsis decreta & in his personis custodienda: ut ex tribus illis personis, quae decretis hoc modo eliguntur, melior ordinetur, electione & iudicio eius, qui ordinandi ius habet. Curialis uero uel officialis, qui (sicut dictum est) quindecim annis in monasterio conuersatus est, & ad episcopatum promotus, liber a propria fortuna sit: ita tamen, ut liberatus a curia, quartam substantiae suae partem sibi retineat, reliquis eius rebus secundum nostram legem curiae & publico uindicandis. Danus autem licentiam decreta facientibus, si quempiam laicorum dignum memorata electione esse putat: ut hunc cum alijs duobus clericis aut monachis eligant: quomodo si laicus hoc modo ad episcopatum eligatur, non repente episcopus ordinetur: sed primo clericis non minus tribus mensibus conuenerit, & in sanctas regulas & quotidianam ecclesiae ministerium edoctus, episcopus ordinetur. qui enim alios debet docere, post ordinationem ab alijs doceri non debet. Si uero (ut euenit) in quibusdam locis non inueniantur tres personae ad talem electionem oportunae: licet decreta facientibus in duabus & in una persona decretum facere: omnes tamen dicta a nobis habentes testimonia. Si uero, qui debent episcopum eligere, cito ipsa decreta intra menses sex id ipsum non faciant: tunc periculo propriae anime ille, quem ordinare conuenit episcopum, ordinetur: omnibus alijs, quae praediximus, obseruandis. Exigatur autem prius ab eo, qui ordinandus est, per eum, qui ordinat, libellus cum propria illius subscriptione, quae rationem rectae eius fidei comprehendat. Pronunciet autem is sacram etiam oblationem, quae in sancta sit communione, & cum ceteris precibus eas quoque, quae in sacro profertur bap-

smate.

smate. Subeat insuper is, qui ordinatur, iusiurandum per sanctas scripturas, quod neque per se, neque per aliam personam quidquam dederit, aut promiserit, aut postea daturus sit, uel ei, qui ipsum ordinat, uel his, qui pro ipso decreta confecerunt, uel cuiquam alij omnium, conferenda in ipsum ordinationis nomine. Si quis contra memoratam obseruationem episcopus ordinatus fuerit: tam ipse omnibus modis episcopatu eiiciatur, quam etiam is, qui haec contra ordinare praesumpserit, segregetur a sacro ministerio, & omnis eius substantia, quae quolibet tempore aut modo in eius dominium deducta est, propter adpam, quam fecit, dominio ecclesiae, cuius episcopus est, uindicetur. CAETERVM si quis contra eum, qui episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut alius clericus, aut etiam praeful monasterij ordinandus est, accusationem aliquam instituat quacunque de causa, quae possit fecerit leges aut canones eius impedire ordinationem: differtor huiusmodi ordinationis, & interponitor prius examinatio accusationis, praesente etiam accusatore, & ea, quae ab ipso in crimen delata sunt, ad terminum usque persequente. Imo quamuis accusator se absentet, aut moras neccat: nihilominus sic quoque is, qui ordinationem facturum est, intra menses tres exactis sima ea de re quaestione habeto. & siquidem eum, qui accusatione in crimen uocatus fuit, siue secundum sacros canones, siue secundum nostras leges obnoxium inuenerit: prohibetor ordinatio.

Si uero innoxius apparuerit: celebrator ordinatio, siue praesente, siue absente accusatore. Accusator autem, siue praesens non probauerit, siue institutam accusationem deseruerit: si quidem clericus sit: proprio gradu depellitor. si laicus: competentem coercionem sustinet. At si quis accusatum ante examinationem ordinauerit: tam qui ordinauit, quam qui ordinatus est, uterque sacerdotio depellitor. PRAE OMNIBVS autem illad custodiri sancimus, ut nemo per largitionem auri, aut aliarum rerum ordinetur episcopus. Si quid tale delinquitur: tam qui dant, quam qui accipiunt, & mediatores eorum, ipsi seipsum condemnationi secundum diuinas scripturas & sacros canones subiiciunt. Ac propterea ita is, qui dat, quam qui accipit, & mediator existens, a sacerdotio, aut clericali honore remouetur. Quod uero per hanc causam datum fuerit: illi ecclesiae uindicatur, cuius sacerdotium uoluit redimere. Si mundanus sit, qui per hanc causam accipit, aut mediator in negotio factus est: datas res in duplum ab eo exigi iubemus, uindicandas scilicet ecclesiae. Non solum autem quae hoc modo data sunt, uindictari praecipimus: sed etiam omnem cautionem pro hoc quocunque modo expositam, & pignorum ac fideiussoris obligationem, omnem denique aliam quamcunque actionem uacare sancimus. atque insuper qui promissionem acceptauit, non solum confessionem reddito: sed etiam alterum tantum, quantum confessione continetur, exigitur, quod ipsum dari debet ecclesiae.

Si quis tamen ex episcopis, siue ante ordinationem suam, siue post ordinationem, uoluerit proprias res suas, aut ex ipsa parte ecclesiae, cuius sacerdotium suscepit, offerre: non solum id non prohibemus, & omni eum condemnatione ac poena praesentis legis liberum esse sancimus: sed etiam omni laude dignum iudicamus: quandoquidem id non emptio, sed oblatio est. PRO CONSVETVDINIBVS uero illa solum ab his, qui episcopi ordinantur, praebere concedimus, quae ordine deinceps praesente comprehendantur lege. Iubemus igitur, ut beatis, quidem archiepiscopi & patriarchae, hoc est senioris Romae, Constantinopolis, Alexandriae, Theopolis, & Hierosolymorum: si consuetudo habeat, ut episcopis aut clericis in eorum ordinatione minus, quam uiginti librae auri dentur: ea sola praebent, quae consuetudo agnoscit. Si plus ante hanc praebatur legem: ne quid ultra uiginti librae auri praebatur.

Metropolitani uero, qui a synodo sua, uel a beatissimis ordinantur patriarchis, neque non omnes alij, qui aut a patriarchis, aut a Metropolitanis ordinantur: si quidem eius ecclesiae, qui ordinatur, non minus in reditu habeat, quam triginta librae auri: dent pro enthroniastico quidem, solidos centum. notarijs uero ordinantis & alijs, qui illi in ministerio sunt, & ex more capiunt, solidi 300.

Si uero ecclesiae reditus minus quidem in annum conferunt, quam triginta librae auri, non minus autem libris decem: pro enthroniasticis quidem, solidi 200. alijs autem omnibus, qui ex more capiunt, solidi 100. Sin minus, quam decem, non minus autem quinq; auri libris ecclesiae reditus esse contingat: dent pro enthroniasticis quidem, solidi 50. omnibus autem alijs, qui ex more capiunt, solidi 75. Si minus, quam quinq; non minus autem tribus libris auri in reditu habeat: praebent quidem pro enthroniasticis, solidi 18. omnibus autem alijs, qui ex more capiunt, solidi 24. Si minus tribus, non minus autem duabus libris in quantitate redituum ecclesiae inueniatur: dent pro enthroniastico quidem, solidi 12. pro omni uero alia consuetudine, solidi 6. Episcopum enim ecclesiae, quae minus in reditu habet, quam duas auri libras, neque pro enthroniasticis, neque pro quacunque alia consuetudine dare aliquid concedimus. Haec autem, quae praebere disposuimus, primus presbyter ordinantis episcopi & archidiaconus suscipietes,

C iij inter

inter eos, qui ex more capiunt, diuidunt. Hæc igitur iubemus omnibus obseruari modis, ne per huiusmodi occasiones ecclesiæ prægrauentur debitis, & sacerdotia fiant uenalia.

Certe si quis ultra quantitatem à nobis definitam, enthroniasticorum aut consuetudinum nomine, quocumque modo capere aliquid præsumperit: iubemus, ut quod amplius acceperit, id in triplum ex bonis eius uindiceretur ecclesiæ illius, qui dedit. Atque hæc quidem de ordinatione episcoporum dicta sunt. **POST** ordinationem uero tam seruili, quam adscripticia fortuna episcopos liberos esse iubemus: nisi decurio aut cohortalis præter prædictam obseruationem ordinatus sit. Eiusmodi enim remotos ab episcopatu, curiæ aut cohorti suæ restitui iubemus, ne qua ex tali fortuna sacerdotio oboriatur contumelia. Illos autem, qui ante hanc nostram legem ex curiali fortuna ordinati inueniuntur episcopi: sancimus quidem, ut huiusmodi fortuna liberi sint, sed legitimam partem ex bonis suis assignent curiæ & publico. ita sanè, ut nullum ecclesiastica iura detrimentum sustineant in rebus, quas post episcopatum insuper quaesitas, ad eorum ecclesiam pertinere disposuimus. **QUOD** si contingat, ut is, qui ordinatur episcopus, sub partis sui potestate sit: ex ipsa ordinatione sui iuris esto.

PORRO dei amatiss. episcopos & monachos nulla lege tutores aut curatores cuiuscumque personæ fieri concedimus. Presbyteros autem, & diaconos, & subdiaconos, si iure ac lege cognationis ad tutelam aut curam uocentur, eiusmodi munus suscipere concedimus: si tamen intra menses quatuor exinde numerandos, ex quo uocati sunt, apud competentem iudicem scripto declarauerint, id se munus propria uoluntate suscepisse. Et si (ut probabile est) eorum aliquis hoc fecerit: nullum ex hoc præiudicium circa aliam tutelam aut curam sustinet. Sed neque susceptor, aut exactorem publicarum contributionum, aut conductorem uectigalium, uel alienarum possessionum, aut curatorem familiæ, aut dispensatorem, aut procuratorem litis, aut fideiussorem pro his causis esse episcopum, aut œconomum, aut cuiuscumque gradus alium clericum, aut monachum concedimus, siue suo, siue ecclesiæ, aut monasterij nomine id subeat: ne per hæc causam sacris ædibus infligatur damnum, & diuina impediatur ministeria. **CÆTERUM** si ecclesijs aut monasterijs aliqua adiacere inueniantur possessiones, uelintque uenerabilium domuum dispensatores in conductione aut emphyteusi eas accipere: tunc si omnes clerici & monachi de huiusmodi causis, aut in ipso instrumento, aut sub actorum confessione, & consentiant, & declarent, ad utilitatem uenerabilium domuum hoc fieri: procedere & id genus conductionis seu emphyteuseos concedimus.

Sed & ipsis sacrosanctis ecclesijs & reliquis uenerabilibus domibus licentiam damus, ut conductiones & emphyteuses inter se celebrent: consimiliter & clericis, ut suarum ecclesiarum possessiones conducant & gubernent, sententia tamen episcopi & œnomy, concedimus: exceptis personis, quas per alteram legem hoc facere prohibuimus. Si quis contra prædicta aliquid egerit: si quidem episcopus sit: omnes res eius, quæ ex quacumque causa, aut persona, siue ante episcopatum, siue post episcopatum ad ipsum peruenierunt, ecclesiæ eius uindictam sancimus. Si uero œnomy, aut alij clerici sint, qui in hoc deliquerunt: poena ab ipsis pecuniaria, quam episcopus eorum probauerit, exigitor uindictam ecclesiæ: quando & hi, qui uectigalium aut cuiuscumque possessionis conductionem, aut publicorum tributorum susceptionem profligationemque, aut curam familiæ illorum fidei crediderunt, aut pro memoratis causis fideiussores eos acceperunt, nullam contra ecclesiam, aut monasterium, aut res eius, aut dispensatores, aut etiam contra eas personas, quarum fidem securæ sunt, aut facultates, aut fideiussores earum actionem habituri sint. **Quin** si quid publico damni obuenerit: illi, qui publicarum contributionum aut uectigalium susceptionem, aut conductionem, aut profligationem memoratis personis crediderunt, aut fideiussores eos susceperunt: hoc ipsum ex propria substantia restituere compellentur.

PRÆTEREA nulli magistratu licebit dei amatiss. episcopos cogere, ut perhibendi testimonij causa in ius prodeat: sed iudex mittito ad eos aliquos ex personis ipsi apparentibus, ut propositis sanctis euangelij, prout sacerdotes decet, dicant, quæ nouerunt. Sed neque ut episcopus pro pecuniaria aliqua aut criminali causa ad civilem militaremque magistratum inuitus perducatur, sistatur sine imperiali iussione concedimus: sed magistratus, qui hoc uel scripto, uel sine scripto mandare præsumperit, post cinguli detractionem uiginti librarum auri poenam persoluit, dandam ecclesiæ, cuius episcopus perductus, aut sisti iussus est: consimiliter executore quoque post cinguli detractionem tam tormentis subiiciendo, quam in exilium mittendo. **INTERDI-**

CIMS autem dei amatiss. episcopis, ne proprias deserant ecclesias, & in alias proficiscantur prouincias. Sed et si huius agendi necessitas aliqua incidat: non aliter, nisi cum literis beatiss. eorum patriarchæ aut metropolitani, aut imperiali uidelicet iussione hoc faciât: ita sanè, ut ne

ut ne illis quidem episcopis, qui sub beatiss. archiepiscopo Constantinopolitano & patriarcha constituti sunt, sine eius mandatu, aut nostra iussione ad regiam uenire urbem liceat. **QUOD** si eo modo episcopus quocumque loci peregrinetur: non amplius uno anno ecclesiam suam relinquit. Episcopi uero, qui ad regiam (ut dictum est) urbem accesserint: cuiuscumque dioceseos sint, ante omnia beatiss. archiepiscopum Constantinopolitanum & patriarcham adeunto, atque ita per ipsum ad nostram ingrediuntur tranquillitatem.

Qui uero contra nostram dispositionem uel peregrinantur, aut ultra præfinitum anni tempus extra ecclesiam suam alibi commorantur: his primum quidem non subministrantur ab ecclesiæ suæ œconomis sumptus: de inde citantur sacerdotum literis, sub quibus censentur, ut ad ecclesias suas reuertantur. Si reuerti differant: secundum sacros euocantur canones. Et nisi intra tempus à sacerdotibus præfinitum ad ecclesias suas reuertantur: ipsi quidem ab episcopatu depelluntur, alij autem meliores in ipsorum locum ordinantur pro tenore præsentis legis. Eodem hoc obtenturo & in clericis, cuiuscumque gradus fuerint, seu ministerij. **QUIA** uero quod à sacris dictum est canonibus de sanctiss. episcoporum synodis, quæ per singulas celebrari debent prouincias, hucusque obseruatum non est: maxime necessarium fuerit ad rectam id denuo uiam reducere. Ac sancti quidem apostoli & patres definierunt, ut bis per singulos annos religiosiss. sacerdotum seu episcoporum in quaque prouincia celebrarentur synodi, & quæ suppullarent, examinarentur, potirenturque competenti correctione: hoc est altera quidem, quarta feria sanctæ pentecostes, altera uero in mense Septembri. Nos autem cum ex huiusmodi negligentia multos uarijs implicitis peccatis inuenerimus: iubemus, ut omnibus modis in quaque prouincia per singulos annos, uel in mense Iulio, uel Septembri una synodus celebretur: coeantque in unum apud beatiss. quidem patriarchas illi, qui ab ipsis ordinantur, neque ius habent alios ordinare episcopos: apud religiosiss. uero cuiuscumque prouinciæ metropolitanos hi, qui ab ipsis ordinantur: quomagus mota causa, & quæ ab aliquibus denunciantur uel occasione fidei, uel canonicarum quaestionum, uel administrationis rerum ecclesiasticarum, uel de episcopis, aut presbyteris, aut diaconis, aut alijs clericis, uel de monasteriorum præfulibus, aut monachis, uel de reprehensibili uita, aut alijs, quæ correctionem desiderant, agitentur iuxta, & conuenienter examinentur, neque non correctio ipsis adhibeatur, quæ sacris canonibus & nostris cõueniat legibus.

Non tantum autem hæc querantur in synodis per singulos annos celebrandis: sed etiam quotiescumque aliquis uel sacerdotum, uel clericorum, uel præfulum, uel monachorum, uel de fide, uel de turpi uita, uel quod contra sacros aliquid canones peregerit, accusatus fuerit. Et si quidem is, qui accusatur, episcopus fuerit: huius metropolitanus ea, quæ proferuntur, examinato. Si uero metropolitanus: beatiss. archiepiscopus, sub quo censetur. Si presbyter, aut diaconus, aut alius clericus, aut præful monasterij, aut monachus: religiosiss. episcopus, sub quo hi censentur, delata in accusationem examinato. Et ueritate comprobata, uniusquisque pro modo delicti canonicis censuris subiicitur iudicio eius, qui causæ examinationem accomodat.

Atque hæc omnia non tantum obtineto in ipsis episcopis, & clericis, neque non præfulibus, qui posthac ordinabuntur: sed etiam in ipsis, qui modo sunt, si quis (quod licet conijcere) de certis causis per sacros canones nostrasque leges prohibitis accusetur. His enim ita obseruatis, laici quoque magnum circa rectam fidem & honestam uitam profectum, atque in melius emendationem promerebuntur. **AD** HÆC iubemus, ut omnes episcopi pariter & presbyteri non tacito modo, sed clara uoce, quæ à fidei populo exaudiatur, sacram oblationem & preces in sancto baptisinate adhibitas celebrent: quò maiore exinde deuotione in depromendis domini dei laudibus audientium animi efferantur. Ita enim & diuus apostolus docet, dicens in prima ad Corinthios epistola. Enim uero si solummodo benedicas spiritu, quomodo is, qui priuati locum implet, dicet ad gratiarum actionem tuam deo ipsum Amen: quandoquid quid dicas, non uidet? Tu quidem pulchre gratias agis, alter autem non ædificatur. Et rursus in epistola ad Romanos sic inquit. Corde quidem creditur ad iusticiam, ore autem fit confessio ad salutem.

His igitur de causis conuenit, ut inter cæteras preces & ea, quæ in sancta oblatione dicuntur, clara uoce à religiosiss. episcopis & presbyteris domino nostro Iesu Christo deo nostro cū patre & sancto spiritu proferantur: scituris religiosiss. sacerdotibus, quòd si quid horum neglexerint: & in horrendo iudicio magni dei & seruatoris nostri Iesu Christi de his rationem reddent, neque nos hæc cognoscentes conuiescimus, relinquemusque inulta. Iubemus autem & prouinciarum præfides, si quid eorum, quæ à nobis sancita sunt, negligenter haberi uiderint: ut primum quidem metropolitanos & alios episcopos urgeant ad celebrandas prædictas synodos: & ut omnia impleant, quæ per synodos præfente lege præcepimus.

QUOD si eos moram

moram neſtere & ſegnius ea peragere uiderint: tunc per ſuggeſtionem nos ea de re certiores reddant, quomagis contra eos, qui ſynodos celebrare differunt, conueniens à nobis procedat correctio. ſcituris tam iſtis præſidibus, quàm cohortibus, qui illis obtemperat, quòd ſi hæc minus obſeruauerint: extremis ſubiiciantur ſupplicijs.

I N S V P E R interdiciamus religioſis. epiſcopis & preſbyteris, neq; non diaconis, & ſubdiaconis, ac lectoribus, & cuiuſcunq; alij cuiuſlibet uenerabilis ordinis & gradus conſtituto clerico, ne ad tabulam ludant, aut tali ludo utentibus ſe aſſociant, aut ſpectatores ſint, aut ad quocunq; ſpectaculum ſpectandi gratia accedant.

Si quis aut eorum in hoc deliquerit: iubemus, ut in tres annos ab omni ſacro miniſterio prohibeatur, mittaturq; in monaſterium. Quòd ſi condignum erroris ſui poenitentiam medio tempore oſtenderit: licentia eſto ſacerdoti, ſub quo collocatus eſt, & tempus minuire, & proprio hunc denuo reſtituere miniſterio: ſcituris item religioſis. epiſcopis, qui ea uindicare debent, quòd ſi huiuſmodi aliquid edocti non uindicauerint: ipſi rationem deo pro hac cauſa redduri ſunt. Nemo tamen epiſcopus compellitor inuitus, qualemcunq; clericum ſub ipſo conſtitutum, ſuo dimittere clero.

O M N I B V S uero epiſcopis & preſbyteris interdiciamus, ne quempiã à ſacra cõmunione prius ſegregent, quàm cauſa monſtretur, quam ob re eccleſiaſtici hoc canones fieri iubent.

Si quis autem hæc contra à ſancta cõmunione aliquem ſeparauerit: ille quidem, qui iniuſte à cõmunione ſeparatus fuit, reſoluta ſeparatione per maiorem ſacerdotem, ſancta dignus habeatur cõmunione. Is uero, qui iniuſte aliquem à ſancta ſeparare cõmunione auſus fuerit: omnibus modis per ſacerdotem, ſub quo collocatus eſt, à cõmunione ſeparabitur, quantocunq; tempore illi uiſum erit: ut quòd iniuſte alij fecit, ipſe iuſte ſuſtineat.

Ac neq; proprijs aliquem manibus epiſcopo uerberare licet, ſiquidem hoc alienum à ſacerdotibus eſt. Certe ſi quis epiſcopus, cum ſecundum eccleſiaſticos canones ſacerdotio eiectus eſt, ingredi ciuitatem auſit, ex qua eiectus, aut locum derelinquere, in quo degere iuſtus eſt: iubemus hunc in monaſterium in alia prouincia conſtitutum tradi, ut quæ in ſacerdotio deliquit, ea degens in monaſterio corrigat.

C L E R I C O S A V T E M non aliter ordinari cõcedimus, niſi literas ſciant, & recta fide ac honeſta uita ſint, & neq; concubinam, neq; naturales habuerint aut habeant liberos, ſed qui uel cælibem uitam agunt, uel uxorem habuerunt aut habent legitimam, & eam unam & primam, neq; uiduam, neq; diuortio ſeparatam à uiro, neq; alioqui legibus aut ſacris interdictam canonibus.

Preſbyterum uero minore annis triginta quinque fieri non concedimus. Sed neq; diaconum, aut ſubdiaconum minorem uiginti quinque: neq; item lectorem minorem annis decem & octo. Diaconiſſa autem in ſancta eccleſia non ordinator, quæ minor quadraginta annis ſit, aut ad ſecundas peruenit nuptias.

Cæterum ſi tempore ordinationis contra clericum cuiuſcunq; ordinis aut gradus, accuſator aliquis exortus fuerit, qui dicat, indignum eum eſſe ordinatione: differat ipſa ordinatione, & omnia, tam in examinatione, quàm in cenſuris procedunt, quæ quidem in epiſcoporum ordinationibus ſuperius ſanxiſimus.

Enim uero ſi is, qui ordinandus eſt diaconus, uxorem (quemadmodum ſuperius dictum eſt) ſibi iunctam non habeat: non aliter ordinator, niſi prius ab eo, qui ipſum ordinar, interrogatus profiteatur, poſſe ſe poſt ordinationem uel ſine legitima uxore caſte uiuere: neque uente eo, qui ordinar, ordinationis tempore diacono permittere, ut poſt ordinationem uxorem ducat. Sin uero hoc fiat: epiſcopus, qui id permiſit, epiſcopatu eiſcitor.

Quòd ſi poſt ordinationem preſbyter, aut diaconus, aut ſubdiaconus uxorem duxerit: eiſcitor è clero, & curiæ ciuitatis, in qua clericus erat, cum bonis ſuis traditor. Item ſi lector ſecundam uxorem duxerit, aut primam quidem, ſed uiduam, aut diuortio ſeparatam à uiro, aut legibus, aut ſacris interdictam canonibus: non amplius ad alium eccleſiaſticum gradum procedito. Et ſi quocunq; modo ad maiorem gradum prouehatur: deſiciatur ab eo, & priori reſtituatur.

Sed neq; cohortales, neq; decuriones clerici ſiunt: ne qua exinde uenerabili domui inferatur contumelia. Si uero tales perſonæ referantur inter clericos: perinde quaſi ordinatione facta non eſſet, ita propriæ fortunæ reſtituuntur: dempto, ſi (ut licet conſpicere) monachicam aliquis ex ipſis uitam non minus quindecim annis tranſegerit. Tales enim ordinari iubemus: legitima uidelicet portione à decurione aſſignanda curiæ & rei publicæ. Sed & in clerum alleſti, monacho decentem uitam ad finem uſq; præſtando. Nam ſi poſt cleri honorem adeptum uxorem aliquis eorum duxerit, aut concubinam habuerit: curiæ, aut cohorti, aut fortunæ, cui erat obnoxius, redditor: ut maxime in eum gradum eccleſiaſticum alleſtus fuerit, in quo conſtitutus aliquis, à ſacris canonibus & legibus uxorem ducere non prohibetur.

Eademq; hæc & in alijs omnibus monachis ualere ſancimus, qui è monaſterio ad quemcunq; gradum eccleſiaſticum tranſferuntur, eſſi nulli fortunæ obnoxij fuerint.

Et gene-

Et generaliter lege promulgamus, ne cui liceat in quocunq; eccleſiaſtico gradu conſtituto ab eo decedere, & ſecularem fieri: ſcituris hiſ, qui ita egerint, quòd & cingulo (ſi quod illis attributum erit) aut dignitate, aut militia denudabuntur, & cohorti ciuitatis ſuæ tradentur.

Qui uero ante hanc noſtram legem è curiali fortuna ordinati ſunt clerici: patrimonia- lia munera per ſubſtitutas perſonas implent, à perſonalibus liberi conſeruantur.

Sed neq; clericum cuiuſcunq; gradus dare aliquid illi, à quo ordinatur, aut cuiuſcunq; alij perſonæ cõcedimus: ſed ſolas præbere ipſum conſuetudines, ex more percipiendas ab hiſ, qui ordinanti in miniſterio ſunt: quæ tamen unius anni diaria non excedant. Certe in ſacroſancta eccleſia, in qua conſtituitur, ut diuinum impleat miniſterium, omnino ne tantillum quidem collegis ſuis pro inſinuatione ſua dato: neq; propter hanc cauſam ſolatijs ſuis aut alijs diſtributionibus defraudator. Sed neq; xenodochus, aut prochorophus, aut noſocomus, aut cuiuſcunq; alterius uenerabilis domus xenodochus, qui qualẽcunq; eccleſiaſticam ſollicitudinem tractat, dato aliquid illi, à quo promouetur, aut cuiuſcunq; alij perſonæ pro credita ſibi diſpenſatione.

Qui autem contra hæc, quæ diſpoſuimus, uel aliquid dederit, uel acceperit, uel mediator factus fuerit: ſacerdotio, ſiue clero, ſiue credita ſibi qualicunq; adminiſtratione denudabitur: hiſ, quæ data ſunt, uindicanſis uenerabili domui, cuius ordinationem, aut ſollicitudinem, aut diſpenſationem talis perſona acceperit.

Si ſecularis ſit, qui acceperit, aut mediator exſtitit: quòd datum eſt, in duplum exigetur: & uenerabili domui, in qua ordinationem, aut ſollicitudinem, aut diſpenſationem acceperit, præbetor.

Si quis uero cuiuſcunq; gradus clericus, aut cuiuſcunq; uenerabilis domus diſpenſator, uel ante ordinationem, creditam ſibi qualemcunq; diſpenſationem, aut ſollicitudinem, uel poſtea, uoluerit aliquid rerum ſuarum offerre eccleſiæ, in qua ordinatur, aut loco, cuius diſpenſationem aut ſollicitudinem ſuſcipit: non ſolum id fieri non prohibemus, ſed etiam cohortamur eos, ut pro ſalute animæ ſuæ talia faciant. Nos enim ea ſola dari prohibemus, quæ ſpecialibus aliquibus præbentur perſonis, non quæ ſanctis eccleſijs, aut alijs uenerabilibus locis offeruntur.

S I S E R V V S ſciente domino & non contradicente, in clerum allegatur: ex ipſa alleſtione liber & ingenuus eſto. Nam ſi ignorante domino celebretur ordinatione: licentiam habeto dominus intra anni ſpacium, & quidem unius tantum, fortunam comprobare, & ſeruum ſuum recipere.

Quòd ſi ſeruus, ſiue ſciente, ſiue ignorante (ut diximus) domino, alleſtione in clerum liber factus, eccleſiaſticum miniſterium relinquat, & ad ſecularem uitam tranſeat: domino ſuo in ſeruitutem traditor. Adſcripticios uero in hiſ ſolis poſſeſſionibus, quarum adſcripticij ſunt, clericos citra uoluntatem dominorum fieri concedimus: ea tamen conditione, ut clerici facti nihilominus impoſitam ſibi agricolationem adimpleant.

S I Q U I S oratorium exſtruxerit, uolueritq; in eo promoueri clericos, uel ipſe, uel hæredes eius: ſi ſumptus ipſi clericis ſubminiſtrant, & dignos nominauerint: nominati ordinantur. Si uero qui ab ipſis electi ſunt, eos tanq; indignos ordinati ſacri prohibebunt canones: tunc locorum ſacratifs. epiſcopus eos, quos præſtantiores putauerit, promoueri curam agito.

Sancimus autem, ut reuerendiſ. clerici ſuas obeant eccleſias, & omne eccleſiaſticum miniſterium ipſis competens impleant: hoc requirentibus tam uniuſcuuſq; ciuitatis religioſis. epiſcopo, quàm eccleſiaſticis, qui in quocunq; gradu primatum habent, atq; hæc nõ obſeruantibus ſub canonicam redigentibus cenſuram.

E N I M V E R O neq; effuſas de cætero fieri reuerendiſ. clericorum ordinationes conuenit. nam quòd uſq; adhuc obtinuit, tametsi emendatum oportuit, tamen propter tempus relinquimus. de cætero autem non temere id fieri, neq; in damnum ſacroſanctarum eccleſiarum cedere ſancimus.

Quæ igitur in huiuſmodi caſibus circa ſacroſanctam regiæ huius noſtræ urbis eccleſiam & ſacroſanctas eccleſias ſub ipſa, neq; non alias hic poſitas, fieri oporteat: ea ſpeciali lege comprehendimus. In omnibus autem forenſibus locis ſancimus, ut ſiquidem is, qui initio inſtituit exædificauitq; eccleſiam, definiert ordinandorum modum, nimirum ad eum etiam ſumptus accommodans: non prius aliquis in eam eccleſiam ordinetur, quàm ad numerum initio definitum eorum menſura redacta ſit.

Si minus factum ſit, ipſa autem ciuitatis eccleſia annonas ſibi cæterisq; eccleſijs ſuppeditet: tunc non temere clericorum illic numerum augeat: neq; propter aliquas forte affectiones animi, aut gratiam, ſumptibus ipſam inde prouenientibus oneret. neq; enim talia pietati conſentanea ſunt, aut ſacerdote digna: ſed ex ijs, quæ dominus deus dederit, pro facultatibus erogationes faciat, aut ueterem ſaltem conſuetudinem obſeruet, nihil penitus innotans.

Vnde conuenit, ut dei amantiſ. patriarchæ & metropolitani in eam rem prouidentiam collocent: & tam eos clericos, qui modo ſunt, ea forma relinquant, qua ſunt: quam etiã cuiuſq; inter ſe eccleſiæ uixes metiantur. Atq; ita tum ipſi religioſis. patriarchæ ſub ſe poſitas ec-

D eccleſias

clesias in ordinem cogant, tum metropolitani de hoc à religiosiss. patriarchis admoniti, & idem faciant, & omnes alios sub se constitutos episcopos ad hanc commensurationem adigant, quo magis operam dent, ne ultra modum census clericorum ordinationes celebrent. Scimus enim, quàm multæ ex hac ordinandorum & sumptus effusa immensitate sacrosanctæ ecclesiæ inopia oppressæ sint: quòdque nonnullas ex ipsis, licet ægre, seruauimus tamè: quædam uero etiamnum onustæ iaceant, neque untes ex tanta se rerum angustia efferre. Quapropter prouidentiam in hanc rem adhibebunt sanctiss. patriarchæ, & metropolitani, neque non reliqui dei amanti episcopi, ut nos de his, quæ ab ipsis facta sunt, edocti eos amplexemur, quòd legem nudis compræhensam literis, ipsis factis administratâ ostenderint.

PREBYTERI autè, & diaconi, neque non subdiaconi, & lectores, ac cantores, quos omnes clericos appellamus, ut res quocunq; modo ad ipsorum dominiu deuoluras sub potestate sua habeant ad instar castrensium peculioru, præcipimus: ut & donare eas possint, & de his testari, tamen sub potestate parentum sunt. Ita tamen, ut horum filij, aut his non subsistentibus, parentes eorum legitimam portionem ferant.

REVERENDISS. presbyteris, & diaconis, si pro pecuniaria causa falsum dixisse testimonium depræhendantur: satis erit, si tormentorum loco per tres annos à sacro ministerio separent, & in monasteria tradant. pro criminalibus autè causis, si quis falsum testimoniū dixerit: præcipimus, ut clericali dignitate nudatus, legitimis pœnis subdat. Cæteri uero, qui in alijs ecclesiasticis recenseantur ordinibus, si falsum testimoniū in quocunq; negotio, siue criminali, siue pecuniario, dixisse depræhendantur: non solum clerico & ordine ecclesiastico deiciantur, sed etiam subijciantur tormentis.

SI QVIS CONTRA quempiam uel clericum, uel monachum, uel diaconissam, uel monastriam, uel ascetiam habeat aliquam actionem: instruito prius religiosiss. ea de re episcopum, cui unusquisq; horum subditus est. hic aut negotium inter ipsos disceptato. Et quidem si utraq; pars iudicatis ad quietem iubeamus, ut per loci magistratum ea plenariè tradantur executioni.

Si quis uero litigatorum intra decem dies iudicatis contradicat: tunc locorum magistratus negotiū examinato. Et si compererit rectè iudicationem interpositam: sua etiam sententia hanc firmato, & iudicata executioni tradito: neque licitum esto ei, qui uictus fuit, iterum in eiusmodi negotio prouocare. Quòd si magistratus sententiâ contraria sit his, quæ à dei amanti episcopis iudicata sunt: tunc contra magistratus sententiam locum habeto prouocatio, atq; ea secundum ordinem legum referatur & exercetur.

Cæterum si episcopus ex iussione imperialis, uel iudiciali mandato inter quascunq; personas iudicet: appellatio ad maiestatem imperatoriam, aut eum, qui causam delegauit, referatur. At si contra quascunq; memoratas reuerendiss. personas crimen inferatur: si quidem apud episcopum aliquis accusatus fuerit, & is ueritatem potuerit depræhendere: honore siue gradu hunc secundum ecclesiasticos canones de iure: tuncq; competens iudex hunc compræhendito, & secundum leges causam examinato, & finem ei imposito.

Si uero accusator prius ciuilem iudicem adeat, & crimen legitima disceptatione comprobari poterit: tunc locorum episcopo actorum monumenta intimator. Et si ex ijs innotuerit, proposita eum crimina deliquisse: tunc episcopus eius hunc ab honore siue gradu, quem tenet, secundum canones separato: iudex autem uindictam ei infero legibus competentem.

Verum si episcopus putauerit acta non iuste constituisse: tunc licitum esto, ad accusatam personam honore seu gradu denudandam, moram interponere: sic tamè, ut ea persona sub legitima constituatur fideiussione, atq; ita causa tam per episcopum, q̄ etiã per iudicem ad nos referatur, ut hanc cognoscentes nos, quæ nobis uideantur, iubeamus.

Certe si quis pro pecuniaria causa contra aliquam memoratarum personarum quampiam actionem habeat, & episcopus inter ipsos iudicare differat: licentiam habeto actor, ut ciuilem iudicem adeat. ita tamen, ut accusata persona nullo modo cogatur fideiussorem dare, sed solum confessionem absq; iuramento cum oppigneratione rerum suarum exponere.

Si pro criminali causa accusatio contra aliquam memoratarum personarum proponatur: persona, quæ accusatur, sub legitima fideiussione constituatur. Si ecclesiasticu negotium sit: nullam communionem habento ciuiles magistratus cum ea disceptatione, sed religiosiss. episcopi secundum sacros canones negotio finè imponunto.

PRÆTEREA si qui eiusdem synodi religiosiss. episcopi aliquam inter se controuersiam habeant, siue de iure ecclesiastico, siue de quibusdam alijs rebus: prius metropolitani ipsorum cum alijs duobus de sancta synodo episcopis re iudicato. Et nisi utraq; pars iudicatis insistat: tunc beatiss. patriarcha illius dioceseos audientiam ipsis accommodato: & illa definitio, quæ ecclesiasticis canonibus & legibus concinunt, neutra parte sententiæ eius contradicere queunt.

Sed & si

Sed & si à clerico, aut quocunq; alio contra episcopum quacunq; de causa fiat interpellatio: primum religiosiss. metropolitani secundum sacros canones & nostras leges negotium diiudicato. Si quis iudicatus reclamet: causa ad beatiss. illius dioceseos archiepiscopum & patriarcham defertor, & ille secundum canones & leges huic finem adhibeto. Quòd si contra metropolitani istiusmodi interpellatio procedat, siue ab episcopo, siue à clerico, aut quacunq; alia persona: dioceseos illius beatiss. patriarcha consimili modo negotium disceptato.

Pro quibuscunq; causis deniq; episcopi conueniuntur, siue apud suum metropolitanum, siue apud patriarcham, siue apud alios quoscunq; iudices: nulla ab ijs fideiussio aut confessio de lite exigitor. ita tamen, ut & ipsi studeant illatis sibi accusationibus se eximere.

OECONOMOS uero, aut ptochotrophos, aut xenodochos, aut nosocomos, & aliaru uenerabilium domuu dispensatores, neque non omnes alios clericos iubemus, ut pro administrationibus ipsis concreditis apud episcopum suum, cui subsunt, respondeant, & administrationis suæ rationes reddant, & exigantur, quod ex ipsis debere comprobati fuerint, illi uenerabili restituendum domui, cui ex administratione debitum apparuerit.

Si se in exigendo grauatos putauerint: metropolitani negotium examinato. Si metropolitani sit, qui contra aliquam prædictarum personarum istiusmodi causas examinauit, & debitum exegit, & à quo exactum est, is putet se grauatum: dioceseos illius beatiss. patriarcha negotium disceptato. Neque enim prædictis personis concedimus, ut de memoratis causis ante examinationem & exactorem debiti suos refugiant episcopos, & ad alia se conferant iudicia.

Quòd si quis ex ecclesiasticis, cui eiusmodi aliqua administratio concedita est, ante expositas rationes & debita persoluta moriatur: iubemus, ut eius hæredes consimili modo & reddendis rationibus, & exactoribus obnoxij sint.

SI QVIS episcopus, aut clericus ex quacunq; prouincia Constantinopoli reperiat, & uoluerit aliquis contra ipsum actionem proponere: siquidè litis contestatio in prouincia de ea controuersia facta est: illic lis impletor. Si lis uero nondum cœpit: apud solos gloriosiss. præfectos prætoriorum Orientis, aut sacros iudices, qui à nobis deputati fuerint, his, qui eum conueniunt, respondero.

Reuerendiss. autem apocrisarij cuiuscunq; sacrosanctæ ecclesiæ, qui in regia urbe uersantur, aut ad beatiss. patriarchas siue metropolitanos à suis mittuntur episcopis: neque pro suis episcopis, neque pro negotio ecclesiæ suæ, aut debito publico, seu priuato actionem aut exactorem aliquam sustinento: nisi mandatum habeant à suis episcopis, aut œconomis, ut aliquos conueniant. Tunc enim solis his, qui ab ipsis conueniuntur, licentiam damus, ut si quam actionem contra ecclesiam aut episcopum habeant, contra ipsos proponant. Sed & si de certis rebus aut actionibus se ipsos reddiderint obnoxios eo tempore, quo respondent munerè & legatione defungitur: eas etiam actiones, quæ pro ijs intentantur, excipiunt.

Item & si episcopi aut clerici pro ciuitate per legationem, aut ordinandi episcopi in regia urbe, aut ubicunq; locorum peregrinantur: iubemus, ut nullam ipsi molestiam aut inquietudinem à quacunq; persona sustineant: licentia existente his, qui se putant illos habere obnoxios, postq̄ reuersi sunt in prouinciam, ipsos conueniendi: nullo his, qui se putant illos habere obnoxios, præiudicio generato circa longi temporis præscriptionem propter id tempus, quod in huiusmodi peregrinatione produxerint.

SI QVANDO causa emerferit, q̄ sobrem clerico, aut monacho, aut monastriæ, aut ascetriæ cuiuscunq; tandem monasterij, & maxime mulierum, pro quacunq; pecuniaria causa, siue publica, siue priuata, citatio uel executio inferatur: iubemus, ut citra contumeliam & cum honore, quo decet, citatio uel executio expediatur. nulla tamen monastria aut ascetria è monasterio abstrahatur, sed procurator ab ijs constituatur, qui de eo negotio respõdeat.

Monachis uero licitum esto, proprias, aut monasterij causas, siue per se, siue per procuratorem agere. Scituro iudice aut executore, qui in hæc præuaricatus fuerit, quòd & cingulo denudabitur, & per magnificentiss. comitem rerum priuatarum ab eo quinq; librarum aurij pœna exigetur: executore uidelicet ultra hæc & tormenta subituro, & in exilium mittendo. Religiosiss. locorum episcopis prouidentiam adhibituris, ut nihil his contrariu fiat: aut si quid delinquatur, ut prædicta ultio procedat. Sed si magistratus ultionem irrogare differat: episcopus eam rem ad nostram scientiam refero.

SPORTVLARVM autem nomine nullam personam, quæ in quocunq; ecclesiastico recenseatur ordine, insuper neque diaconissam, neque monachum, neque ascetiam, neque monastriam, in ulla criminali & pecuniaria causa, cuiuscunq; quantitatis fuerit, siue à clerico, siue ab aliquo in militiam allecto citationem suscipiant, siue in regia urbe, siue in prouincijs, in quibus degunt, ultra quatuor siliquas dare concedimus.

Sed si quis executor nostra iussione, aut magistratus, aut beatiss. patriarchæ missus in alias prouincias,

D ij alicui

alicui memoratarum personarum citationem inferat: non ultra unum solidum aufertor.

Quod si in una & eadem causa multos ex memoratis personis citari contingat: unicæ tantummodo personæ sportulas pro omnibus auferrî sancimus. Episcopus autem pro rebus ecclesiæ suæ nullam aggressionem aut inquietudinem sustinet. Sportulæ uero ab eo, neq; si rerum suarum nomine citeretur, exiguntor. actiones scilicet, quæ contra ecclesiam proponuntur, excipientibus œconomis, aut illis, quibus id negocij commissum est.

Qui uero hæc contra exigere sportulas præsumperit: in duplum id, quod accepit, personæ, à qua exactum est, reddere compellitor. Et si quidem militiam habet, etiam cingulum amittito: si clericus fuerit, è clero eiicitor.

PREBYTERIS sanè, & diaconis, & subdiaconis, & omnibus alijs, qui in clero collocati sunt, qui uxores secundû sacros canones non habent, interdici-mus & nos pro tenore sacrorum canonum, ne mulierem aliquam domi suæ adscitiam habeant: excepta tamen matre, & filia, & sorore, & alijs personis, quæ omnem suspicionem effugiunt.

Si quis uero contra hanc obseruationem mulierem domi suæ habuerit, quæ possit suspicionem contra ipsum inducere, & semel atq; iterum uel à suo episcopo, uel à collegis suis admonitus, ne cum tali muliere habitet, domo eam sua eiicere noluerit, aut emergente ac cusatore probatus fuerit, inhoneste cum tali muliere conuersari: tunc episcopus eius secundû ecclesiasticos canones clero ipsum eiicito, curiæ eius ciuitatis, in qua clericus fuit, tradendum. Episcopum autem nullam omnino mulierè habere, aut cum ea habitare concedimus. Sed si id minus obseruasse comprobatus fuerit: episcopatu deiicitor. Ipse enim seipsum episcopatu indignum commonstrat.

Diaconissam quoq; nulla ratione cû uiro, ex quo inhonestæ uitæ suboriri potest suspicio, habitare concedimus. Quod si hæc non obseruauerit: sacerdos, cui subdita est, hanc admoneto, ut omnibus modis talem uirum domo sua eiiciat. Si hoc face re differat: ecclesiastico ministerio & suis spoliata diarijs, in monasterium traditor, & illic omne uitæ suæ tempus ad finè usq; transigito: bonis eius, si filios habeat, inter ipsam & illos pro personarum numero diuidendis: ut portionem, quæ ipsi mulieri competit, monasterium percipiat, & eam alat. Si filios nò habeat: omnis eius substantia inter monasterium, in quod conijci-tur, & ecclesiam, in quam prius ordinata fuit, æquis portionibus diuiditor.

SI QVIS cum diuina mysteria, aut alia sacra ministeria celebrantur, sanctam ingressus ecclesiam, uel episcopo, uel clericis, uel alijs ministris ecclesiæ, contumeliæ aliquid intulerit: iubemus, ut is tormenta sustineat, & in exilium mittatur.

Quod si ipsa etiam diuina mysteria, aut sacra ministeria turbauerit, aut celebrari prohibuerit: capitali supplicio afficitor. Eodem hoc & in supplicationibus publicis, in quibus episcopi aut clerici inueniuntur, custodiendo: ut quidem, si duntaxat contumeliā fecerit, tormentis & exilio tradatur: si supplicationem publicam dissipauerit, periculum capitis sustineat. Atq; hæc uindicare iubemus, non tantum ciuiles, sed etiam militares magistratus.

Omnibus autem laicis interdici-mus, ne supplica-tiones publicas peragant sine religiosiss. episcopis, & qui sub eis sunt, reuerendiss. clericis. *Quomodo enim supplicatio publica esse potest, in qua sacerdotes non inueniuntur, qui solennes preces peragant? Sed & uenerabiles cruces, cum quibus sacerdotes in supplicationibus ingrediuntur, non alibi, quam in uenerabilibus locis reponuntor: & si quando usus postulauerit ad celebrandas supplicationes, tunc solum ipsas cruces hi, qui ex more eas portare solent, accipiunt, & cum episcopis ac clericis supplicationes celebrant. hæc astodientibus sanctiss. locorum episcopis simul & ipsis clericis, neq; non ibi locorum magistratibus.* Si quis uero in hoc capite præsentis nostræ legis uigorem uel transgressus fuerit, uel non uindicauerit: prædictas pœnas sustinebit.

RELIQVVM est nobis & de uenerabilibus monasterijs & de reuerendiss. monachis certam formulam præscribere. Illud igitur ante cætera dicendum, ut per omne æuum, & ubiq; terrarum nostri imperij, si unq; aliquis uenerabile monasterium ædificare uoluerit: non prius eius agendi licentia sit, q̄ dei amanti. locorum episcopum accersat, qui & manus in cælum protendat, & prece sua locum deo consecret, fixo in eo salutis nostræ signo (nempe adorandâ illâ & uere preciosam crucè dicimus) sicq; ædificationi detur initium, cû præclarum illud & condecès fundamentum iecerit. Atq; hoc quidè principiū piæ uenerabilium monasteriorum exstructionis esto.

Iubemus autem, ut abbas siue archi-mandrita, qui in singulis existunt monasterijs, nò per omnia secundum gradus monachorū, sed secundû actiones uitæ creentur: sed & quem omnes monachi, qui meliore opinione sunt, elegerint, propofitis sanctis euangelijs aientes, quod non per amicitiam, aut quamcumq; aliâ gratiam ipsum elegerint, sed quod eum & fide rectum nouerint, & uita honestum, & administratione dignum, quodq; monachorum scientiam & omnem monasterij disciplinam ac statum utiliter conseruare possit, religiosiss. episcopo, sub quo monasterium cõstitutum est,

omnibus

omnibus modis præfulem, qui eo modo electus est, promoturo. Atq; omnia hæc, quæ de præfulum promotione à nobis disposita sunt, præcipimus item ualere in uenerabilibus monasterijs & asceterijs mulierum.

Cæterum si quis ad monasticam uenire uitam uoluerit: iubemus, ut si quidem de eo constet, quod nulli seruili conditioni obnoxius sit: præful monasterij habitum illi, quando sibi uisum fuerit, adhibeat.

Si de eo non constet, cui nam conditioni obnoxius sit: intra tres annos habitum is monasticum non assumat, sed intra prædictū tempus monasterij præful periculum facito, si pedem referre uelit.

Et si intra triennium emergat aliquis, qui hunc uel seruum, uel colonum, uel adscripticium suum esse dicat, quodq; uel agricolationis laborem fugiens, uel aliquid furatus, uel propter aliquod delictum in monasterium ingressus sit, & hæc comprobata fuerint: restitutor is domino suo cum rebus, quas in monasterij intulisse probatus fuerit: data prius & accepta fide, quod nihil à domino suo mali perpetietur.

Si nemo intra triennium contra aliquam prædictarum personarum actionem & controuersiam mouerit: monasterij præful post triennij decursum tunc illi habitum præbeto, si istiusmodi hominem dignum iudicauerit: neq; postea quisq; ei negocium de statu ac conditione sua facefito, quamdiu tamen in monasterio degit. res uero, quas in monasterium intulisse uidebitur, probanti id domino restituntor.

At si quis prædictarum personarum reliquerit monasteriū, & ad secularem uitā transferit, siue in urbibus, siue per agros oberrās: suæ fortunæ ac conditioni redditor.

Porro in omnibus monasterijs, quæ quidè cenobia appellantur, iubemus, ut secundû præscripta & formulas monasticas omnes in una domo habitent, omnes in commune alantur, omnes in una domo consimili modo separati cubent, ut uicissim alter alteri honestæ conuersationis testimonium præbeat.

Nisi quidam tamen ex eis aut propter longæuam in monasterio conuersationem, quiete uolentes uiuere, aut senectutis atq; corporis infirmitatis causa in remotis cellulis intra monasterium constitutis degant, & hoc cum conscientia & uoluntate abbatis fiat.

His omnibus & circa monasteria & asceteria mulierum conseruandis. In nullo reipublicæ nostræ loco concedimus, ut in uno monasterio monachi simul & monastriæ cohabitent, & (ut appellatur) duplicia sint monasteria. Quin sicubi tale monasterium inuētum fuerit: iube-mus, ut uiri à mulieribus separentur, & hæc quidem tanq; imbecilliores in eo monasterio maneat, in quo sunt: uiri autem aliud sibi monasterium exstruant.

Si uero plura eiusmodi monasteria existant, neq; necesse sit noua exædificare monasteria: religiosiss. locorum episcopus monachos cum monachis, mulieres cum mulieribus separatim in alijs atq; alijs monasterijs colligere curæ habeto. quas uero res communes inter se habent: hæc pro eo, quantum cuiq; iuris competit, diuiditor.

Mulieribus autem, quemcumq; ipse elegerint, siue presbyterū, siue diaconum, ut pro ipsis respondeat, aut sanctam eis communionē deportet, religiosiss. episcopus, sub quo sunt, quasi ductis sortibus attributo, si rectæ fidei & honestæ uitæ hunc esse cognouerit.

Quod si presbyter aut diaconus non sit, qui ab ipsis electus est, dignum autem tali ministerio episcopus iudicet: ordinatione ei imposita, qua dignus esse uidebitur, re spondendi (ut dictū est) muneris eū pro monasterio attributo. ita tamè, ut neq; qui eo modo ad ea, quæ pro mulieribus respōdenda sunt, electus est, in monasterio cōmaneat.

SI QVIS & VB conditione nuptiarum, aut susceptorum filiorum, uel dotis, aut nuptialis donationis gratia, uel donauerit, uel reliquerit filijs suis, aut cuicumq; alij personæ, uel hæreditatē, uel legatū, aut si initio pure ipsis relinquat, postea sub una aliqua memoratarum conditionum substitutione aut restitutione eos prægrauet: iubemus, ut si mares aut foeminae, qui talibus conditionibus obnoxij sunt, monasterium ingrediantur, aut clerici, diaconissæ uel, aut ascetriæ fiant: istiusmodi conditiones inualidæ, & pro non scriptis sint.

Hoc autem auxilio tam clerici, q̄ diaconissæ ecclesiarum perfruuntor, si usq; ad finem uitæ suæ ijs insistant, & res ea conditione donatas aut relictas in pios usus insumperint, aut reliquerint. Nam in personis, quæ in monasterium, aut asceterium ingrediantur, & huiusmodi castam conuersationē relinquunt: iubemus, ut res, quæ ea conditione donatæ aut relictæ sunt, cum alia eorum substantia ad monasteriū aut asceterium, in quo initio erant, cum ingrederentur, pertineant.

Si tamen ad redemptionem captiuorum, aut exhibitionem pauperum prædictis conditionibus substitutio aut restitutio fiat: nullo prædictorum modorum hanc excludi concedimus.

SI MULIER aut uir monasticam uitam elegerit, & monasterium ingrediatur: filijs non existentibus, bona eius ad monasterium, quod ingressus est, pertinere iubemus.

Si huiusmodi persona filios habeat, neq; prius, q̄ monasterium ingrediatur, de filijs suis uoluntatem suam exprimat, & legitimam portionem illis deputet: sic quoq; licitum ei esto, uel post monasterij ingressum, ut patrimonium suum in filios suos diuidat. ita tamen, ut nulli ex eius filijs legitimam por-

D iij tionem

tionem minuatur. quæ uero pars filijs data non erit, ea ad monasterium pertinet. Quod si omnem substantiam inter filios diuidere uoluerit: propria eius persona filijs connumerata, unâ sibi partem omnibus modis referuato, quæ ad ius monasterij pertinere debeat. Si cum in monasterio degat, antequam inter filios bona sua distribuat, moriatur: legitimam partem filij capient, reliquum patrimonium ad monasterium pertinet. Porro legitimis inter aliquos sponsalibus contractis: siue sponsus in monasterium ingrediatur, recipito ea, quæ pro sponsalibus arræ nomine data sunt: siue sponsa monasticam uitam eligat, illa sola reddito, quæ similiter arræ nomine accepit: pœna utriusque personæ per indulgentiam remissa. Quod si constante adhuc matrimonio uel maritus solus, uel uxor sola monasterium ingrediatur: dissoluitur matrimonium uel sine libello repudij: simulatque tamen persona, quæ monasterium ingreditur, monasticum habitum susceperit. Et quidem si maritus monasticam uitam delegerit: restituito mulieri tam dotem, & si quid aliud ab ea percepit, quæ in super ex nuptiali donatione tam magnam partem, quam mulieri competisset ex morte mariti secundum pactum conuentum, quod dotalibus instrumentis insertum est. Sin mulier monasterium ingressa sit: consimili modo maritus nuptialem sibi donationem retinet, & casum dotis, qui ex morte mulieris pacto conuenit. reliquum dotis mulieri restituere præcipimus, & si quid aliud ex rebus uxoris apud ipsum inuentum erit. Si utriusque uero monasticam uitam deligant: iubemus, ut dotalibus instrumentis uacantibus, maritus nuptialem donationem retineat, & uxor dotem suam, & si quid aliud præterea marito dedisse probabitur, recipiat, ut unusquisque rebus suis sine damno perfruarur: nisi sponsus sponsæ, aut sponsa sponso, aut maritus uxori, uxorue marito aliquid donare aut remittere uoluerit, quando neque ex pactis nuptialibus uiro aut mulieri quidquam lucrari conuenit. Nullam autem licentiam damus aut parentibus, ut liberos: aut liberis, ut parentes, qui secularem conuersationem relinquunt, tanquam ingratos hæreditate sua excludat per causam aliquam, quæ monasticam uitam præcesserit. Interdicimus item parentibus, ne filios suos, simulatque monasticam uitam elegerint, è uenerabilibus monasterijs abstrahant.

SI MONACHVS monasterium suum reliquerit, & aliud ingressus fuerit, aut res aliquas per id tempus, dum monasterium reliquit, habere uideatur: ad primum monasterium, in quod initio ingressus fuit, has pertinere iubemus. Porro religiosi. locorum episcopi prouidentiam adhibent, ne monachi, nêue monastria per urbes oberrent: sed si quid habeant, de quo cogantur respondere, per apocrisarios id suos peragunt, ut ipsi in suis permaneant monasterijs. Quod si monachus monasterium reliquerit, & ad secularem uitam transferit: hic militia primum & honore, si quem habet, denudatus per locorum episcopum & prouinciam præsidem, in monasterium remittitur: & res, quas postea habere monstratus fuerit, ad monasterium, in quod immittitur, pertinet. Si denuo quoque monasterium relinquat: tunc præses eum prouinciam, in qua inuentus fuerit, detineto, & subiecta sibi cohorti connumerato.

SI QVIS ascetiam, aut diaconissam, aut monastriam, aut aliam mulierem, quæ sanctimonialē uitam colit, habitumque gestat, rapuerit, aut sollicitauerit, aut constuprauerit: iubemus, ut tam huius res, quam eorum, qui in eiusmodi se scelere huic sociarunt, uenerabili loco, in quo talis mulier habitabat, per religiosi. locorum episcopos & eorum œconomos, neque non & cuiusque prouinciam præsides, ac cohortes eorum uindictentur. Qui uero talia deliquerunt, aut sceleris cum ipsis societatem habuerunt: periculum, quod ex lege irrogatur, sustineant. Eiusmodi quoque mulier ubique requiratur, & cum rebus suis conijciatur in monasterium, in quo cautius adseruari possit, ne rursus in eodem deprehendatur crimine. Planè si diaconissa sit, & filios habeat legitimos: legitima pars dator filijs. Si intra annum, quæ eiusmodi scelus innotuit, istiusmodi res à uenerabilibus domibus uindictæ non erunt: iubemus, ut omnibus modis comes rerum priuatarum nostro eas fisco addicat. præside locorum, qui ut eas res uindicaret, ad sollicitudinem suam non reuocauerit, cingulo spoliando, multatque ab eo quinque librarum auri per comitem rerum priuatarum exigenda. In uniuersum autem omnibus, qui in seculari uita conuersantur, & maxime his, qui in scenam prodeunt, uiris iuxta & mulieribus, neque non etiam prostitutis interdiciamus, ne habitu monachi, uel monastria, uel ascetria utantur, aut quocumque modo eum imitentur: scituris omnibus, qui uel tali habitu uti, uel eum imitari, uel in quemcumque ecclesiasticum statum illudere præsumperint: quod & corporis supplicia sustinebunt, & in exilium tradentur. prouidentiam in huiusmodi rem accommodantibus non solum religiosi. locorum episcopis, & subditis eis clericis, sed etiam ciuilibus militaribusque magistratibus, & obtemperantibus illis cohortibus, neque non locorum defensoribus. Pœnas denique, quæ præsentem legi insertæ sunt, quæ quidem prioribus quoque legibus cognitæ fuerunt,

non

non solum in futuris, sed etiam in præteritis casibus siue delictis ualere, & omnibus modis irrogari sancimus. Quæ uero per præsentem legem recenter expressa, & ad certam formulam redacta sunt: futuris solummodo temporibus conseruari iubemus. Confirmamus item per præsentem legem omnia reliqua, quæ à nobis in diuersis constitutionibus sancita sunt, tam de episcopis, & presbyteris, ac reliquis clericis, quæ etiam de xenodochis, prochorophis, orphanotrophis, & cæteris, qui uenerabilibus præfunt domibus. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc nostram declarantur legem, ea per programmata solitis locis in regia urbe propofita, excellentia tua ad omnium noticiam perducere, & prouinciarum rectoribus manifesta facere studeto.

DE LITIGATORIBVS. ET DE SPORTVLIS, ET VT

quæ iubentur, referendarij compleant, neque se cause immiscant, & per se exsequantur.

Constit.

CXXIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Petro gloriosissimo, sacrorum prætoriorum præfecto.

Præsentem legem proferimus, ut & iudicum integritas elucescat, & litigatores non ualeant largitione leges circumscribere. Iubemus igitur, ut quotiescunque apud ullos iudices uel magistratus lites aut appellationes examinantur: ante omnia principales litigantium personæ, aut illi, ad quos (ut potest fieri) medio tempore lis deuoluta est, in præsentia iudicum, tactis sanctis euangelijs, iurent, quod nihil penitus uel iudicibus patrocini gratia, uel cuiuscunque alij personæ ex eadem causa quocumque modo dederint, promiserint, aut postea dabunt, uel per se, uel per quamcumque aliam personam: exceptis his, quæ aduocatis suis pro aduocatione præbent, aut alijs personis, quibus leges nostræ dari præscripserint. Hoc autem obseruari præcipimus & in sacro nostro consistorio, cum consultationes introducuntur, ut in præsentia sacri senatus memorata iuramenta præbeantur. Quod si (ut solet fieri) aliqui litigantium nequeant ad iudices accedere: tunc iubemus, ut præsentem quidem prædictum iusiurandum subeant. ad absentes uero mittantur cum aduersa parte ex apparentibus cohortibus aliqui, ut consimiliter præsentibus ijs, prædicta iuramenta præbeantur. Si mulier sit, quæ propter honestatem uitæ extraneis se uiris ostendere non consueuit: tunc & absente aduersario missi cohortales memorata iuramenta suscipiant. Si partes in alijs abesse locis contingat, aut unâ ex ijs: iubemus, ut absens in prouincia, in qua degit, quo à nobis dictum est modo, iuramenta apud actorem monumenta coram prouinciam præside aut locorum defensore præbeat. Illo utique generaliter obseruando, ut si quis litigantium, uel præfens, uel absens, huiusmodi iuramentum præstare noluerit, & hoc innotescat iudici: in sententia eius, actor quidem casum & amissionem actionis, reus uero condemnationem sustineat. Si quis litigantium dixerit, dedisse alicui se, aut promississe, & personam proferat, & hoc comprobauerit: ipse quidem sub euentum lites ueniam promeretur. is uero, qui uel largitionem, uel promissionem acceptasse commonstratur, siquidem pecuniaria causa est: id quidem, quod datum est, in triplum: quod uero promissum est, in duplum ab eo per comitem rerum priuatarum exigitor: simul & dignitatem, seu magistratum, quæ gerit, utroque casu amittito. Sin uero criminalis accusatio sit: is, qui per acceptas largitiones alienum in se crimen transferre studuit: publicatione substantiæ suæ sustineto, & in exilium mittitor. Cæterum si largitionem aut promissionem factam litigator ostendere non potuerit: iusiurandum præfato persona, quæ largitionem, aut promissionem acceptasse dicitur, quod neque per se, neque per alienam personam, uel aliquid acceperit, uel de aliquo promissionem habuerit. Atque eo iureiurando præfato, ipse quidem liber esto. à litigatore autem, qui id probare nequit: in pecuniarijs causis per comitem rerum priuatarum æstimatio lites exigitor, lite nihilominus suum euentu præstolatura. in criminalibus uero, publicatione bonorum suorum sustineto, & negocium apud competentes iudices secundum legum ordinem terminator. Sed si persona, quæ à litigatore manifestatur, memoratum iusiurandum recuset: tam in criminalibus, quam pecuniarijs causis, memoratis pœnis subiacteto. Enim uero si quis litigantium iurauerit se non dedisse, aut promississe, intra quatuor aut tem menses, post prolata sententiâ numerados probetur aliquid uel dedisse, uel promississe: prædictæ pœnæ tam contra eos, qui dederunt, quæ qui acceperunt, locum habebunt. In litibus uero, qui per tutores aut curatores agitantur: iuramenta quidem tutores aut curatores subeunto: sed nullo ex hoc

ex hoc præiudicio generando ijs, qui sub tutela aut cura degere noscuntur. **SEDET**
HOC iubemus ubicunq; locorum nostræ reipublicæ ab omnibus iudicibus obseruari, ut neq;
magisterianis, neq; præfectianis, neq; cuiq; alij executori concedant, q; magis ab ulla persona
amplius aliquid sportularum nomine accipiat, q; nostris promulgatū est legibus, neq; si sacram po-
tentia nostræ iussionem proferant. Quin si quem depræhenderit, qui amplius aliquid exi-
gat: licentiam habento & compræhendere eum, & carcere includere, & quadruplū eius, quod
amplius acceperit, exigere: ut simplum quidem ei, qui damnum sustinuit, detur: triplum uero
inferatur fisco. Cæterum si civilis aut militaris magistratus, siue ea de re aditus, siue qua-
cunq; ratione id cognoscens, uindicare eum, qui damno affectus est (quemadmodum dictum
est) neglexerit: ex eius substantia quadruplum prædicto modo exigetur. Eandem etiam pœnā
exigi iubemus per comitem nostrarum rerum priuatarum & à competētibus magistratibus,
si quos de cohortibus suis executores cognouerint sportularum nomine aliquid contra le-
ges nostras exegisse, & id uindicare superfederint. **Damus** item licentiam ijs, qui aggressi-
sione ea de re patiunt, ne quid executoribus amplius, q; nostra cōstitutione definitū est, præ-
beant: & si quid amplius ab ipsis uelint hi exigere: licentiā habento ijs resistere. **QVIA**
uero tam pietatis, principis patris nostri, q; nostræ tranquillitatis lege dispositum est, ne quo
modo iudices in sententijs suis adscriberēt, imperiali se uerbo sine scriptis prolato iussos esse,
ut certos homines in ius producerent, aut sisterent iudicio: item ut spectabiles referendarij
iussiones nostras, uti decet, insinuarent: eandem legem confirmantes, iubemus, ne spectabiles re-
ferendarij in causis, quas exponunt aut referunt ad nostram tranquillitatem, uel ipsi, uel ipso-
rum adiutores, per se, uel per quamcunq; aliam personam, quempiam præhendendi, aut ad
fideiussionem dandam adigendi, aut ab aliquo exigendi, cogendiue, ut transactiōes aut pacta
aliqua cum aduersarijs suis faciat, aut cuiusq; negotio se immiscendi licentiam habeant.
Nihil em̄ aliud eos facere concedimus, præter q; ut iussiones nostras in quacunq; cōtrouersia,
siue scripto, siue absq; scripto prolatas, competentibus aut deputatis insinuent iudicibus.
Quod si præsentī aliquid legi contrarium ex ipsis quispiam peragere ausus fuerit: is qui
dem, qui damnum aliquod aut circumscriptionem in rebus suis sustinuit, nullū omnino præ-
iudicium circa ius suum sentiet. Qui uero tale quid egerit: per competentem iudicem com-
pelleretur damnum oblatæ personæ illatum ex suo patrimonio restituere: & ultra hæc cinguli
& dignitatis amissionem excipiet. Hæc autem omnia iubemus, ut non tantū in futuris
negocijs, sed etiam in iam cœptis & nondum finitis ualeant. **Excellentia** igitur tua præ-
sentem legem in perpetuum ualituram, edictis more solito in regia urbe propositis, ad omniū
noticiam peruenire procurato, ut omnes cognoscant, quæ ut communi eos beneficio afficeret
mus, à nobis disposita sunt.

DE IUDICIBVS. Constit. CXXV.

Imp. IVSTINIANVS A. Gabrieli gloriosiss. prætoriorum præfecto.

Quoniam quidam iudicum post longa litium certamina, & plurima damna liti-
gatoribus illata, in causis apud ipsos motis, ad nostram tranquillitatem denuo
utuntur suggestionibus: uisum nobis est & hoc præsentē generali lege corrigere,
quo minus ex his dilatio procreetur in negocijs, & aliud rursus exordiū exami-
nationes capiant. Iubemus igitur, ne quis iudicum ullo modo aut tempo-
re in causis apud ipsos propositis, relationem per suggestiones ad nostram tranquillitatem
instituat: sed perfecte negotium examinet, & secundum quod ipsi iustum & legitimū uisum
fuerit, iudicet. Et si quidem partes iudicatis acquieuerint: sententia pro tenore legum etiam
executioni tradatur. **Quod** si quis ex definitiua se sententia oblatam putauerit: legiti-
ma utatur appellatione: & ea secundum ordinem à legibus definitum exerceatur, perfectūq;
suscipiat terminum. Si duo aut plures sint litis disceptatores, & inter ipsos oriatur disso-
nantia: iubemus sic quoq; unumquenq; horum, prout sibi uisum fuerit, suam dare sententiā.
Quæ igitur per præsentem legem in perpetuum ualituram à nostra tranquillitate defi-
nita sunt: tam excellentia tua, q; omnes alij iudices maiores iuxta ac minores conseruare stu-
dendo, tum edictis in hac regia urbe more solito ab excellentia tua propositis, tum iussioni-
bus ad prouinciarum præsides dimissis: ut omnes cognoscant, quæ pro litigantium utilitate à
nobis

nobis lege promulgata sunt. ita tamen, ut uniuersis interdictis per propria præcepta, quatenus sine ullo iniu-
sto dispendio nostris collaboribus insinuatio præsentis legis fiat.

EXEMPLVM SACRAE FORMAE DE APPELLATIO-
nibus. Constit. CXXVI.

Imp. IVSTINIANVS A. Petro gloriosiss. prætoriorum præfecto.



Manifeste Theodosius & Valentinianus sacratiss. principes lege expresserunt, ut
causas appellationum quæstor sacri palatij unā cum præfecto Orientalium præ-
toriorum, qui pro tempore thronum regat excellentiæ tuæ, secundum formā
sacrarum consultationum examinaret. Inuenimus autem in huiusmodi exa-
minationibus aliquid euenire, quod & republica & nostro indignum sit impe-
rio. Litigatores enim & procuratores, & horum aduocati, & omnes, qui in huiusmodi causis
ministerium suum adhibent, quasi nobis ipsis præsentibus & audientiam præsentibus, tam
ueste, q; calcamentis, & uerbis apud nostros magistratus utuntur, quibus solummodo uti
conuenit eos, qui ad maiestatem ingrediuntur imperatoriam. **Quin** & ipsi iudices non ex pro-
pria persona, sed quasi nobis ipsis præsentibus & interloquentibus, ita suas proferunt senten-
tias. **Quod** de cætero in quocunq; iudicio fieri prohibemus: sancientes, ut sacri quidem
nostri palatij pro tempore quæstor quidē unā cū tua excellentia, siue pro tempore sacrorū præ-
toriorum præfecto huiusmodi causas examinet: non autem ex nostra, sed ex proprijs personis
interlocutorias proferant, & legibus cognitam edant sententiam: solitis uidelicet scrinijs in hu-
iusmodi cognitionibus suum adhibentibus ministerium. scientibus quoq; magistratibus, qui
id genus causas dijudicant, quod si quid hæc cōtra quocunq; modo de cætero delicti fuerit
admissum, crimini perduellionis subiacebūt. **IN** omnibus præterea appellationibus hoc
nalere iubemus, ut quotiescunq; appellatiōe interposita, intra præfinitum tempus utraq; pars
fatalem diem obseruauerit: absq; omni dilatione iudices, tum acta causæ, tum iudicata exami-
nare studeant, & legi ac iuri consentaneam depromere sententiam. **Sin** uero solus is, qui
prouocauit, fatali die ingressus fuerit: iubemus, ut iudices sub extremum fatalem diem,
si uel requisitus uictor non inuentus fuerit, examinatis actis causæ legitimum adsignent termi-
num. **Si** solus is, qui uictorem retulit sententiā, ingrediatur, qui uero prouocauit, requisit-
us inuentus non fuerit: præstolentur iudices non solum ad extremum usq; fatalem diem, sed
etiam per tempus reparationis, hoc est tres menses. **Quod** si ne tūc quidē inuentus fuerit, qui
prouocauit: non amplius decursu temporis corroboretur sententia, sed uel una tantum parte
præsentē iudices actitata in causa, & iudicata examinent. **Et** si quidem recte prolatam sen-
tentiam inuenierint: eam confirmant. **Si** quid in ea per negligentiam omisum est: id corri-
gant, & legitimam edant sententiam. **Simulatq;** uero semel appellationis causa intra eos
dies, qui dilatiōis causa præfiniti sunt, siue ab utraq; parte, siue ab una tantū introducta fuerit:
non amplius biennij decursu firmitatem de cætero capiat sententia, sed attentis oculis uerita-
te ac iure considerato, terminum huiusmodi causis legitimum adhibeant, siue una, siue utraq;
parte præsentē. **Ac** propterea iubemus, ut i hoc genere causarū nō amplius, quæadmodū
in præsentem usq; diem obtinuit, in primam appellationem omnes cognitiones conferantur,
sed una quæq; cognitio suum diem præscriptum habeat. **AD** HÆC sancimus, ut oēs
iudices appellationem quidem, quæ intra deputatos dies offertur, neq; interdicta est legibus,
omnibus modis suscipiant. **Intra** triginta uero dies, q; oblata fuit appellatio, actitata in causa
cum propria subscriptione præbeant litigatoribus, ut illi pro suo hæc auxilio competenti pos-
sint insinuare magistratui. **Quod** si quis iudicum hoc facere superfederit: sententia qui-
dem temporis decursu confirmabitur. ipse uero iudex, qui ista non obseruauit, quiq; huic ap-
parent, omne damnum, quod per causam non editorum actorum litigator sustinuerit, ex pro-
prijs facultatibus ei refarcire compellentur, & denarum librarum auri pœnam nostris inferen-
dam rebus priuatis persoluent. **Gloria** igitur, & magnis rebus gerendis nata authoritas
tua præsentem legem & in regia urbe proponere studeto, & alibi manifestum facere procurato, ut o-
mnes cognoscant, quid obseruare debeant.

VT FRATRVM FILII SVCCEDANT PARITER AD
imitationem

* que hac
constitutio-
ne promul-
gantur, ea
penè omni-
a leges in-
serta in gr.
co supr. cō-
stit. 113. &
constit. 119.

218

Ut fratrum filij succedant ad imitationem fratrum. &c. Constit. CXXVII.

imitationem fratrum, * ascendentibus etiam extantibus. & ut mulieres non insinuata antenuptiali donatione non lædantur: non insinuans autem uir, uel si competat nuptiale lucrum, eo non fruatur. Et rursus ut mulieres non secundo nubentes dominæ sint partis sponsaliciæ largitæ, quantum pars facit unius filij: & ut similes sint pœnæ utriusque sexus, dum sine causâ rationabili repudium mittitur.

Constit. CXXVII.

Idem A. præfecto præfectorio.

Nostros leges emendare non piget nos, ubique utilitatem subiectis inuenire uolentes. Minimus igitur scripsisse legem, per quam iussimus, ut si quis moriatur relinquens fratres, & alterius fratris filios præmortui, ad similitudinem fratrum & præmortui fratris filij ad hæreditatem uocentur, paterni adingredientes gradum, & illius ferentes portionem. Si uero moriens relinquat aliquos ascendentiū, & fratres ex utrisque parentibus coniunctos sibi & filios ex præmortuo fratre: fratres quidem iussimus per ipsam legem cum parentibus uocari: fratris uero filios exclusimus. Hoc itaque iuste corrigentes sancimus, ut si quis moriens relinquat ascendentiū aliquem, & fratres, qui possint cum paribus uocari, & alterius præmortui fratris filios: cum ascendentiū & fratres uocentur, & præmortui fratris filij tantam accipiant portionem, quanta eorum futurus erat pater accipere, si uixisset. Hoc uero sancimus de illis filijs fratris, quorum pater ex utroque parente iungebatur defuncto. & absolute dicimus ordinem, quando cum solis uocantur fratribus, eundem eos habere iubemus, & quando cum fratribus uocantur aliqui ascendentiū ad hæreditatē, hoc iubentes ex Kal. Ianuar. præsentis indictionis undecimæ. Illud quoque dignum correctione aliqua esse iudicantes, partem hoc præsentis facimus legis, ex ipso enim rerum inuenientes experimento, necessarium esse mulieribus, actis monumentorum antenuptiales donationes insinuari, ut si principalia instrumenta pereant (quod facile est) per monumenta matrimonij eis probatio maneat: sancimus necessitatem habere uiros ipsos, aut etiã qui pro eis antenuptialem donationem scribunt: si quingentorum solidorum transcendit quantitatem, insinuare eam in actis monumentorum, in regia quidem ciuitate apud magistrum census, in prouincijs autē apud uniuersumque ciuitatis defensores, aut apud quos omnino talia documēta confici possunt. Si uero non insinuent eas, quantum quidē ad partem mulieris, etiam sic eas ualere iubemus. & si tempus fiat exactionis donationis, & partis eius: non opponi mulieri non insinuata fuisse donationē, si uero dotalia pacta, & hoc euentus parti uiri contedunt actionē dōris, aut etiã eius partis: nullā eum habere iubemus actionē, si non donationē insinuauit in actis monumentis, sicut dictū est. uiris enim habentibus potestatem insinuare donationes, pro non insinuatis periculum mulieribus imminere, ineptū nobis esse uidetur. Quia uero & mulieres ad secundas nuptias non ueniētes, portione aliqua dignas ultra eas, quæ secundo nubunt, esse putamus: si qua amisso uiro alterius abstineat nuptijs, habere quidē eam usum antenuptialis donationis, sicut prius sancimus. habere uero eam & proprietatis tantum, quantum filiorum quantitas faciat, ut secundum proprietatis rationē unius & ipsa filij personam obtinere uideatur. Hoc uero ualere non in matribus solis iubemus, sed etiã in patribus, & alijs ascendentiū uolumus ad secundas nuptias non ueniētiū bus. Quia uero interdiximus dudum per nostram legem & uiris & mulieribus repudia mittere, & transigere matrimonia: nisi tamē quædam sit causa nostræ legi cognita, & pœnas hoc faciētibz & uiris & mulieribus impoluimus: mutationē quandā circa pœnas uiri ac mulieris faciētes, & ad melius hoc transformātes, sancimus nullā esse differentiā, quātum ad pœnā inter uirū & mulierē hoc præsumētes, sed ipsē pœnis, quæ cōtra mulieres à nobis definitæ sunt, si sine causâ nostræ legi cognita matrimonia distrahūt, etiã uiros subdi hoc præsumentes: & similes pœnas esse in uiro & in muliere: in dicto e m æquali proximas eis imminere pœnas iustū esse putamus. Præsentē igitur generalē legem nostrā manifestam tua gloria faciat per edicta solennia, & his, qui hanc maximā ciuitatem, & qui prouincias habitant, ut nullus hominum, quæ ad salutem cōmuniem à nobis sancita sunt, ignoret.

DE PUBLICIS TRIBVTIS EXPEDIENDIS, ET SOL-
uendis, neq; non alijs capitulis. Constit. CXXVIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Petro gloriosiss. sacrorum prætoriorum præfecto.

Quia sedulo efficere studemus, quæ ad collatorum nostrorum utilitatem respiciunt: ideo & præsentem legem proponimus, per quam sancimus, ut per unam quancq; indictionem, Iulio uel Augusto mense, in foro cuiusque dioceseos gloriosiss. nostrorum præfectorum, apud acta publica particulares cōtributionū delegationes futuræ indictionis insinuentur, quæ significant, quantum in quacq; prouincia, siue urbe, cuique iugorum, uillarum uel, aut centuriarum, aut aliorum quorumcunq; nomine, tam in specie, quæ auro, publicorum tributorum titulo impositum sit: quæ item declarēt, tum

De publicis tributis expediendis, & soluendis, atq; alijs capit. Constit. CXXVIII. 219

tum specierum æstimationem apud mensam & secundum consuetudinem ubicunq; locorū obtinentem, tum quid ex ijs in arcam inferri, aut in quacq; prouincia præstari infumitū conueniat. Atq; huiusmodi delegationes ita compositæ protinus prouinciarum mittantur præsidibus in cuiusque indictionis primordijs, ut per ipsos in constitutis sub se urbibus intra mensem Septembrem aut Octobrem proponantur. Sed & harum exempla uolentibus absq; ulla dilatione ex foro gloriosiss. præfectorum edantur: ut collatores cognoscant, quomodo debeant contributiones inferre. Quod si collatores tributa publica ante insinuationem in alios titulos, quæ qui particulari eius anni delegatione cōprehenduntur, persoluant, aut in prouincia expendant: iubemus, ut hæc in eius indictionis cōtributiones reputent, ne ullū ipsi damnum sustineant. Si uero particulares huiusmodi delegationes intra tempus à nobis præfinitum non mittantur: & qui pro tempore nostra gubernant prætoria, triginta librarum auri pœnam persoluent: & à tractatoribus cuiusque prouinciæ uiginti librarum auri pœna exigetur. Si præses eas particulares delegationes ad se missas in prouincia nō proposuerit: decē librarū auri pœna multabitur, & amissionē cinguli sustinebit, ab eius item cohorte quinq; librarum auri pœna exigenda. Porro iubemus, ut specierum quidem illatio protinus ex primordijs cuiusque indictionis incipiat, tituli uero argentarij statis temporibus. Insuper definimus, ut pro publicis contributionibus apochæ siue securitates, particulares iuxta ac plenariæ, omnibus modis ab his, qui publica tributa suscipiunt, conficiantur, quæ & pecuniæ numeratæ, & specierum, neq; non iugorum, seu uillarum, siue etiam centuriarum quantitatem, præterea possessionū nomina, pro quibus contributiones suscipiant, significant. Quod si apochas aut securitates prædicto modo non fecerint: iubemus, ut ab ijs decem librarum auri pœna exigatur, & tormenta sustineant. consimiliter & à præside prouinciæ decem librarum auri pœna exigenda, si ea de re aditus, uindictam non irrogarit, neq; compulerit eos apochas seu securitates conscribere, quo definiuimus ordine. Sed & hoc obseruari iubemus, ut si quis collatorum (prout potest fieri) de possessione, pro qua publica exigunt tributa, aut de publicorū tributorum quantitate ambigat: omnibus modis publicarum tabularū custodes cōgantur à prouinciæ præside, uel illo negligentius agente, à locorum religiosiss. episcopo, has proferre, & pro tenore descriptionis ac tabulæ publicæ publicorum tributorum quantitatem ostendere, atq; eo pacto possessorem exigere. Quin & in hoc collatoribus nostris operam ferre nobis uisum est, ne qua possessoribus inducatur necessitas, ut aurariæ contributionis susceptores nominent, atq; ex hoc aliquam ipsi læsionem sustineant: sed hi, quibus in quacq; prouincia seu urbe tributariæ profligationis periculum imminet, siue præsidēs sint, siue decuriones, siue exactores, siue uindices, siue canonicarij, siue alij quidam: suo periculo pecuniæ suscipiant, & trāsmittant, atq; in eos usus insumant, in quos deputatæ sunt. Hoc quoque obseruari præterea iubemus, ut eiusmodi canonicarius in prouinciam mittatur, qui periculo designantiū ipsum possit publica tributa exigere, ne qua de causa necesse sit post eum denuo expilatorem emittere, & collatoribus damnum inducere. Nam expilatoris ipsam etiam appellationem de cætero tollimus. Si uero canonicarius parum idoneus inueniatur: nō expilatorem emittit, sed illo remoto, alius dimittitur canonicarius. Atq; eum ipsum canonicariū iubemus, ut ijs consuetudinibus contentus sit, quæ definitæ sunt, nec collatoribus nouam aliquam læsionem inducat. SI QUANDO usu uenerit, ut alicuius possessionis de numero earum, quæ eidem seruitutum & censuum oneri alligatæ sunt, adiectio fiat: iubemus, ut ab eo, qui adiectionē suscepit, ex illo dūtaxat tempore publica exigantur tributa, ex quo adiecticia possessio ei tradita fuit. Non aliter autem fiat adiectio, nisi scriptura interueniente de hoc celebretur examinatio apud præsidem prouinciæ, & sententia eius procedat definiens, qui adiectionem suscipere debeat. Si quis se oblætum putauerit: licitum ei esto prouocare, ut in iudicio gloriosiss. præfectorum appellatio examinetur, & secundum legem terminum suscipiat. Atenim si cōtingat, ut cuiuscunq; possessionis dominus uel non appareat, uel ad publicorum tributorum solutionem nō sufficiat, & ex hoc necessitas adiectionis oboriatur: iubemus extemplo eam his tradi, qui eidem seruitutum aut censuum oneri illigata prædia possident, cum omnibus agricolis, qui inibi inueniuntur, & peculijs eorum, eiusque prædij dotibus, fructibus, animalibus, ac omni alio instructo & instrumento illic inuenito. Cæterum si aut per sona, quæ ipsam debeat secundum leges suscipere, non inueniatur, aut quocunq; alio modo adiectionem differri contingat: iubemus, ut actorum monumenta apud prouinciæ præsidem conficiantur, quæ & qualitatem, & eius possessionis statum, & omnia, quæ in ea reperiuntur, declarent: sicq; uel defensores eam, uel decuriones, siue exactores, aut uindices, aut cohortales

E ij suscipiant.

fuscipiant. Vnde si postea inueniantur, qui secundum leges eam fuscipere debeant: non aliter hoc fiat, q̄ fuscipienti eam restitutum fuerit, quiddid per causam exactorum, aut decurionū, aut uindicū, aut cohortalium, minus deterius factum est. **I V B E M V S** & hoc insuper, ne pro pecunijs aut speciebus in prouincijs consumptis exigantur à collatoribus ea, quæ para-pompica, quasi transmissoria dicuntur: neue pro transmissis speciebus aut pecunijs amplius præbeant, q̄ initio in quaq; prouincia dispositum est. **Q**ui uero ad quæcunq; publica tributa profliganda diriguntur in prouincias: hi non aliter, & prius exactionem ordiantur, q̄ in prouinciali iudicio inunctas ipsis de hoc iussiones insinuauerint, quominus qui publica tributa persoluunt, alicui pro his periculo aut damno subiaceant. Eodem hoc & in priuatis causis obseruando. **H O C Q V O Q V E** iubemus, ut qui publicorum tributorum exactionem tractant, nullam priuatarum rerum exsecutionem in fidē suam recipiant. **Q**uin etsi eius generis aliquid tractādū ipsis cōmittat: nulla tamē ratione audeant id facere, ne sub prætextu publicorum contributionum collatores nostri oblādantur. **S**ed & si quis, cum reuera publicas cōtributiones debeat, exsecutori dicat, quendā aliū sibi debitorē esse: nō liceat exsecutori molestiæ aliquid nominato inducere, nisi prior debitor nullo penitus modo ad publicas contributiones soluendas comprobetur esse idoneus. Et sanē hoc prius apud prouinciæ præsidem in disquisitionē deducitor, an nominatus reuera debitor sit: sicq; denuo legitimo more in utroq; casu celebratur exactio. **A**t si quis exsequi aut exigere contra præscripta nostra præsumpserit: & cingulo denudabitur, & publicatione bonorum multatus, tradetur in exilium. **M**agistratus uero, qui iniunxit, præcepit, ab eo decem librarum auri poena exigitor: cohors quoq; eius quinq; librarum auri poena obnoxia esto. **N V L L I** autem penitus eorum, qui publica tributa exigunt, sed neq; censualibus, neq; logographis, neq; alijs quibuspiam fisco ministerium præbentibus, licitum est ex locis sacris impunitatis ius querere contra eos, qui in publicorum tributorum exactione ab ijs se læsos dicant. **I**tem nemo pro prædiorum contributione, quæ non possedit, inquietudinem & molestiam fuscipito. **S**ed & si contingat, ut ad aliquem pertinentes agricolæ & adscripticij propriam possessionem habeat: publicæ pro ea cōtributiones ab illis exigantur, nullam pro ijs inquietudinem sustinente eorum domino, nisi (quod licet cōscire) ipse sua se sponte huiusmodi contributioni obnoxii fecerit. **E**os uero, qui publica exigūt tributa, iubemus, ut iustis pōderibus iuxta & mēsuris utantur, ne qua collatores nostros in hoc afficiant iniuria. **C**erte si collatores putauerint se ponderibus seu mensuris grauatos esse: habent licentiam, ut specierum quidem pondera simul & mensuras à gloriosiss. præfectis, auri uero à gloriosiss. pro tempore comite sacrarum nostrarum largitionum percipiant. quæ mensuræ & pondera in sacrosancta ciuitatis ecclesia adseruentur, ut secundum hæc absq; ullo collatorum onere, & publicorum tributorum illatio, & militares aliæq; expensæ fiant. **A C C V M** de urbibus nostræ reipublicæ, & earum incolis summopere geramus prouidentiam: iubemus, ne quo modo licentia sit publicorum tributorum exactoribus, ut cum pecunijs, quæ in opera & frumentationes ciuitatum, aut aquæeductus, aut quæcunq; alia solennia seu salaria deputatæ sunt, communionem habeat, aut ex ijs aliquid detineant, aut in suum lucrū referant: sed sine ulla dilatione aut deminutione eas præbeant, ut in eos usus proficiant, ad quos initio deputatæ sunt. **S**ed neq; possessores seu incolæ urbū ullo modo ex ijs pecunijs aliquid detrahere, aut descriptionū nomine, uel pro sportulis aliquid ex his præbere expenderēue ausint. **Q**uod si quis uel dare, uel accipere aliquid ex ijs ausit: iubemus, ut ipse de suo hoc ciuitati conduplicata quantitate restituat. **S**ed neq; prouinciarum præfides, aut horum cohortes, aut quisq; alius omnino communionem cum prædictis pecunijs habeat, aut harum gubernationi se immittat. cuiusq; uero ciuitatis religiosiss. episcopus, & ciuitatis primates, neq; non eius possessores patrē ciuitatis, & frumētatorem, & alios eius generis administratores designēt. **E**t singulis annis exactis, religiosiss. episcopus cum quinq; primatibus urbis rationes ab his, quos ipsi designarūt, repetant. **A**c si quid ex huiusmodi ratiocinijs deberi, aut residere in reliquis uisum fuerit: id ab huiusmodi administratoribus exigatur periculo eorum, qui eos designarunt: & in eos usus, ad quos deputatū est, referretur. **Q**uod si quis prædictorum administratorum parum inueniatur idoneus: ex templo hunc remoueri iubemus, & alium in locum eius, tam à religiosiss. episcopo, q̄ cæteris possessoribus (ut dictū est) designari: sciētibus his, qui eos nominant, quod si detrimētū aliquid capiat respublica, ex suis facultatibus hoc refarcient. **S**ed neq; eorum alicui, qui uel in cohorte gloriosiss. præfectorū, aut alia cohorte, seu schola recēsent, huiusmodi ratiocinia cōmittere, cuiuspiam licitū esto, ne ex iussione quidē præfecturæ tuæ, aut alterius magistratus, neq; si pragmaticam

pragmaticam, aut aliam formam, aut sacrum commonitorium acceperit, quod huiusmodi aliquid illi demandet. **S**ed si quid tale fiat: licentiam habeat religiosiss. cuiusq; ciuitatis episcopus & huius primates, ne de prædictis capitulis istiusmodi personis respondeant. referat autem ad nos, ut re comperta, & damnum ciuitatibus illatum ex ipsorum substantia restitui iubeamus, & cōpetentē talibus irrogemus uindictam. **A**d hæc iubemus, ut neq; scriuarij operum, qui sub præfectis sacrorum prætoriorum censentur, ullam omnino communionē cum huiusmodi ratiocinijs habeant: uacantibus omnibus, per quæ huiusmodi aliquid ipsis, uel generaliter, uel specialiter prius concessum est, aut postea impetretur. rationes enim ad prædictas causas pertinentes neminem committere uolumus: nisi nos ex utilitate ciuitatum fore rati, uirum bona opinione præditum & dignitate ornatum elegerimus, qui & scriptā à nobis sacram iussionem percipere debet, quæ per pieratis nostræ adnotationē præ se ferat illius nomen iuxta ac dignitatem, & causas, atq; tēpora, in quæ rationes ei committimus. **A** quibus uero per tales personas rationes exiguntur, eos summam habere securitatem præcipimus, nullatenus aliam sustinentes quæstionem. **A**d hæc sancimus, in nullo reipublicæ nostræ loco eundem episcopum & iudicem esse loci seruatores gloriosiss. præfectorum, aut magistrorum militaris cinguli. sed neq; aliquā exactionem fiscalium tributorum agentem loci seruatores esse gloriosiss. præfectorum aut magistrorum militum. **E**t simpliciter dicendum est, nullum in prouincijs fieri loci seruatores præfectorum, nisi per nostram iussionem in expeditionibus, ubi utilitas exigit loci seruatores mlti eiusdē præfecturæ, qui debeat prouidere militaribus expensis. **S**iquidem autem extra hoc delinquatur & committatur: qui quidem loci seruatores suum fecit, triginta librarum auri poena exigatur: restitutus omne damnum, quod per eum, qui ab eo directus est, aliquis pertulerit. **Q**ui uero fieri præsumpserit: proprio cingulo, & dignitate, & militia priuabitur, & decem librarum auri poena multabitur. **A**d hæc prohibemus & in prouincijs existentes iudices ciuiles & militares in ciuitatibus aut castris loci seruatores in commissis sibi prouincijs facere, ex quo uidelicet in prouinciam aesserint, & in quantum in ea administrant: quinq; librarum auri poena imminente tam facienti loci seruatores iudicis, quam fieri præsumenti. **A**nteq; uero in prouincijs ueniant iudices: damus eis licentiam uias agentes suos instituire, qui debeant omnia usq; ad sui præsentiam agere, quæ possunt ibi iudicari: citra tamen nouissimum supplicium aut membri incisionem. **S**ed si quis ex iudicibus secundum iussionem nostram in aliam regionem mittatur: licet ei per similem modum loci seruatores suum facere. **I**ubemus autē, ut omnes magistratus, tam militares, q̄ etiam ciuiles, per se requirant eos, qui latrocinia, aut uolentias, raptusue rerum, aut mulierum, aut quæcunq; alia flagicia in prouincijs delinquit, legitimāq; ipsis irrogent supplicia, neq; pro his causis quidē consuetudinum nomine perferant, ut collatores nostri ex omni parte conferuentur illæsi. **N**eq; enim ulli maiori aut minori, militari aut ciuili magistratui concedimus, ut uel latruncultores, uel uolentij cohobendis præpositos, uel huiusmodi de causis tribunos, aut qui ullis debeant arma detrahere, in prouincijs designent, ne per eiusmodi occasiones prouincialibus plures uolentia inferantur. **S**i quis uero magistratum ista non obseruauerit: cognoscito non solum fidei eius concredito se magistratu spoliatum iri, sed etiam decem librarum auri poenam soluturum: illo, qui id negocij fuscipere ausus fuerit, post tormenta, & substantiæ publicationem, mittendo in exilium. **V L T R A H A E C** iubemus, ut prouinciarum præfides & cohortes eorū, si quando de ciuitate proficiscantur in ciuitatem, neq; angarijs, neq; descriptionibus, neq; alijs expensis collatores prægrauent, sed ex annonis è publico ipsis deputatis sumptus faciāt. **P R A E T E R E A** sancimus, ut prouinciarum præfides omnibus modis post magistratum depositū quinquaginta dies uertentur in prouincijs, & actiones contra ipsos intentare uolentibus respōdeant. **Q**uod si causa intra quinquaginta dies terminata non fuerit: si quidem pecuniaria exstiterit, procuratorem dato: si criminalis, ad terminū usq; maneto controuersia: his, qui iudicandi munus habuerint: siue magistratus sint, siue à præfectis dati fuerint: nisi intra uiginti dies, q̄ cœpta est agi, eā litē terminauerint, decē libris auri multādis, lite nihilominus secundū prædicta procedente. **S**ed si contingat, ut ex ijs aliqui antea prouinciam relinquunt, q̄ quinquaginta dies impleuerint: iubemus, ut omnes, qui damnum aliquod per ipsos sustinuerunt, religiosiss. eius prouinciæ metropolis episcopum adeant, & quisq; pro se apud acta monumentorum tactis sanctis euangelijs declaret, quæ sibi damna illata sint: atq; ex illius substantia, contra quem talia monumenta confecta sunt, omne damnum oblatis reddatur, prouidentia & periculo ipsorum pro tempore præfectorum, & tractatorum eius prouinciæ: scituris ipsis, quod si eius rei satagere neglexerint, ipsi de suis facultatibus omnia damna oblatis compellētur restituere. **C**æterum si quis prouinciæ præsidem uel ad alium magistratū, aut usum auocetur, uel alia ei prouincia concredita fuerit: iubemus, ut legitimo procuratore instituto, his, qui d damnis acceptis actiones proponunt, respondeat. **Q**uod si minus fecerit: sancimus,

ut & actorum monumenta apud religiosiss. episcopum (ut superius dictum est) conficiantur, & his, qui de damnis sibi illatis iurauerint, pro tenore actorum cōsimiliter omne damnum red datur prouidentia & periculo ipsorum pro tempore præfectorum, & cuiusq; prouinciæ tra ctatorum. Omnes autem pecuniarias pœnas, quæ præsentem comprehenduntur lege, ab his, qui præsentem legem uiolauerint, per ipsum pro tempore comitem rerum priuatarum exigi, & fisco nostro uindicari sancimus, qui nisi has ita uindicauerit, ipse unâ cum apparente schola de propria sua substantia earum quantitatem soluere compelleretur. Quæ igitur per præsentem salutarem legem, in perpetuum ualituram, pro utilitate & meliore statu no strorum collatorum disposuimus, ea studeto excellentia tua absq; temporis præfinitione inui olata atq; immota conseruari: & ad omniū peruenire noticiâ procurato, edictis quidem in hac regia urbe more solito propositis, iussionibus uero ad clariss. prouinciarum præfides missis, ut per eas omnibus manifesta fiant.

DE TRANSITV MILITVM.

Constit.

CXXXIX.

Imp. IVSTINIANVS A. Petro gloriosiss. sacrorum prætoriorum præfecto.

Ræcipuam multoq; maximam reipublicæ nostræ conciliationem in hoc confi stere arbitramur, si quâ nos transit exercitus, ut ibi citra omnē alatur querimo niam, & incolumitas atq; indemnitas nostris conseruetur collatoribus. In de adeo iubemus, ut quotiescunq; transitus sit nostrorum ducum & exercitu um * delegatores, comitenturq; eos hi, qui militariū alimentorum curam gerunt. Singularum uero prouinciarum præfides, per quas transitus fit, in parato habe ant, unde expensæ fieri possint, ut in quaq; prouincia exercitus noster, cum transit, citra que relam alatur. Et cuiusq; ordinis optiones tam species absq; ulla distorsione suscipiant, & an nonas, quæ suppeditantur in specie, erogent in præfectos legionum & milites: quâ etiam ipsi deputatâ sibi solatiij occasionem habeat decimam quintâ partē. De his etiam, quæ ab ipsis expendantur, optiones collatoribus solita recauta faciât, periculo eorum, qui cum ipsis sunt, præfectorum legiōis, & tribunorum, & comitū, & prouisorū exercitus, ac delegatorū, & cuiusq; ordinis primatū. Neq; ullo modo milites apud collatores nostros gratis sumptus faciât, siue occasione eius, quod (ut fieri potest) nihil in parato habeatur, siue introituū nomine, quo rum penitus ipsam etiam appellationem tollimus, quo magis ex omni parte collatores no stros illæfos indemnesq; conseruemus. Eas etiam species tantummodo, quæ in singulis reperiuntur locis, milites capiant: neq; alias requirant, quæ in ea prouincia non reperiuntur, & distorsionem atq; damnum nostris inferant collatoribus. Qui uero sumptus à possesso ribus in milites factus est, & per recauta declaratur: iubemus, ut à throno excellentiæ tuæ sine ulla distorsione, damno, aut uastro commento, in contributionem ab ipsis publico inferendâ illius indictionis reputet, in qua is sumptus factus est. Quod si plures species, q̄ ab his, qui eas dederunt, contribui solet, depræhendantur in sumptæ: iubemus, ut ex uniuerso publi corum eius prouinciæ tributorum corpore his, qui ultra propriæ contributionis modū sum ptus fecerunt, satisfiat. Si ea uero prouincia tantum publicorum tributorum nō habeat, quantum ad sumptum factum sufficiat: uel his, qui eum sumptum fecerunt, satisfiat à genera li mensa, quæ ab excellentia tua gubernat: uel ea ex his, quæ sequente ab ipsis indictione contri buuntur, ipsi sibi retineant, & ab his, qui publica tributa profligant, omni ipsis modo reputen tur. His omnibus procedentibus & obseruâdis periculo gloriæ tuæ & cuiusq; prouinciæ tractatorum, neq; non præfidum, & obtemperantium ipsis cohortium, susceptorum quoq; & decurionum, & omnibus, qui publica tractant tributa. Sed & hoc obseruari iubemus, ne quisq; aut ex præfectis legionum aut militibus, uel ab urbibus, uel prædijs occasione transitus, per cōcussionē exactæ aliquid pecuniæ percipiat. Si quis uero depræhensus fuerit, qui per cōcussionē exactæ aliquid pecuniæ pceperit: iubemus, ut ab eo, qui tale aliquid perpetrat, du plū omnino eius, quod pro hoc accipere ausus fuerit, exigat. Si qui uero ex nostrarū le gionū præfectis, aut exercitibus, aut optionibus eorū de facto ab ipsis sumptu recauta non cō posuerint: iubemus, ut collatores, qui sumptū suppeditarūt, actorum monumenta confici pro curent, siquidem præses in ijs locis inuentus fuerit, coram ipso & religiosiss. ciuitatis episcopo: si præses in ijs locis inuentus non fuerit, coram religiosiss. ciuitatis episcopo, aut defensorē lo corum,

corum, in quibus possessio sita est, unde sumptus factus est, perq; eam monumentorum conse ctionem manifestum reddant, & qui nostrorum ducum, aut cum quo exercitu transitum faci entes, recauta non composuerint, & quâ magnam summam insumpserint. Atq; hoc genus actorum transmittant ad tuam gloriam: ut gloria tua perinde, quasi recauta sint composita, tam ipsis collatoribus (quemadmodum superius diximus) sumptum ab ipsis factum uel præ fter, uel reputet: quâ ex his, quæ ex tributis publicis legionum præfectis & militibus, qui sunt ptus fecerunt, delegantur, eam quantitatem, quæ per actorum confessionem declaratur, reti neat. Ad hæc iubemus, ut nostrarum legionum præfecti, siue etiam conseruatores exer citus, & delegatores, cum transitus fiunt, antea in illum locum, ubi exercitus noster debet oc currere, mittat, & in sumeda præparent, neq; ad alias urbes, aut possessiones, aut prædia mittat, quasi necesse habeat illic manere exercitus, perq; hanc causam à possessionibus ac prædijs ex torqueant pecunias. Quod si quis eo nomine aliquid ausus fuerit accipere: iubemus, ut eo quoq; modo prædicta actorum monumenta conficiantur, quæ declarent, & quid datum, & cui quidq; datum sit: neq; non quo superius à nobis modo dictum est, tam damno affectis à glo ria tua reputentur, præsenturq; omnia, quæ per huiusmodi actorum confessionē declarata fuerint: quâ legionum præfecti, & qui quocunq; modo exercitum nostrum conseruant, & de legatores in duplum quantitatem eorum, quæ accipere per hanc causam præsumpserint, red dant: prometatoresq; tormenta iuxta & exilium sustineant. Porro si qui ex prouinci arum præsidibus nonnunq; cum exercitus nostri prouisoribus conspirantes, sumptus nō præ parauerint, & per hoc in diuersas hosce urbes & loca perduxerint: iubemus, ut tales magistratu abdicati, cum obtemperantibus sibi cohortibus publicationi bonorum & exilio subijciantur. nostri uero collatores sic quoq; indemnens conseruentur, uel ex datis recautis, uel ex actorū no numentis, quæ prædicto debent modo confici. Hæc autem custodiri præcipimus non solum in transitu nostrorum ducum & militum, sed & aliorum, qui ex quacunq; gente ad au xilium nostræ à nobis mittuntur reipublicæ, ut neq; per metatorum præbitionem contume lijs afficiatur collatorum nostrorum libertas. Sancimus item, ut nemini omnino nostro rum militum liceat metata sibi in primarijs habitationibus desumere, in quibus ædium do mini habitare depræhenduntur: sed illæ quidem dominis suis conseruentur omni molestia & inquietudine liberæ, milites uero in alijs sibi cœnaculis metata desumât. Quæ igitur no bis placuerunt, & per præsentem declarantur legem, ea tam in urbe regia, q̄ religiosiss. locorū episcopis, & clariss. prouinciarum præsidibus, neq; non omnibus nostris in quacunq; prouin cia & urbe collatoribus excellentia tua manifesta constituito: ut collatores nostri sciant, quæ pro incolumitate ipsorum à nobis disposita sunt, & cognoscant, quod si hæc cōtra factum ali quid fuerit, & qui iniuria afficiantur, silentio admissum tradiderint, ipsi eiusmodi sibi dāni au thores existent.

DE VSVRIS NAVTICIS.

Constit.

CXXX.

Imp. IVSTINIANVS A. Petro gloriosiss. præfecto sacrorum prætoriorum.

Nuncium audiuius à tua celsitudine, cui occasionem nos ipsi præbuimus. Duos enim istos Petrum & Eulogium supplicasse nostræ sacræ potestati, & per se explanasse dicen tes, quod consueuerunt naucleris seu negociatoribus mutuare, & maxime in mari ne gicia facientibus, & hanc uitæ habere occasionem. Ipsa uero marina credita uocare no stra consueuit lex traiectitia, & metuere eos, utpote dubitationibus hinc eis exortis, oportere propterea fieri manifestum, quæ ualeat super his consuetudo, ut & sacra nostra in hæc procederet iussio, quæ consuetudinem ad certissimam duceret formam. Itaq; nos delegantes tibi dubitationis naturam cognoscere, & hanc ad nos deducere, quatenus manifesta nobis facta, quod uide retur, lege compræhēderetur perpetua, tuâq; gloriâ ut à nobis iussa perageret, cōuocasse naucleros, qui bus hæc mutua curæ sunt: & interrogasse, quæ aliquando antiqua consuetudo fuit. Illos autem & iuliu randum adijcētes testimonio, perhibuisse modos esse uarios talium mutuatorum: & siquidem placue rit creditoribus in singulis solidis pecuniarum, quas dederint, unum tritici modium aut hordei impo nere, qui mercedem publicis præberent pro telonearijs: sed quantū ad ipsos sine teloneo nauigare na ues: & hunc habere fructum, & harum, quas crediderint pecuniarū, & insuper etiam pro .X. aureis unū percipere solidum pro usuris, in ipsos autem creditores respicere exeuntibus periculum. Si uero non erumpant hanc uiam creditores: octauam partem percipere pro singulis solidis nomine usurarū, non in tempus aliquid certum numerandum, sed donec naues reuertatur saluæ, secundum hoc autem schema contingit forsan & in annum extendi tempus, si tamē foris moretur nauis, ut & annum aut ter minos suos sumat, aut etiam transcendat citius: aut ea remeante tempus in unum solum aut duos tra hi menses

hi menses, & ex tribus siliquis utilitatē habere. uel si ita breue sit tempus, uel si apud alterum extra debitorē maneat debitum, hoc idem ualere. aliam rursus negociatoribus profectioem assumptibus, & per unumquodq; onus definiri schema, secundum quod competit mutui, aut manere, aut permutare secundum pactum, quod ob hoc conuenerit partibus. Si tamē post reuersionem nauis saluæ, & nequaquā nauigare propter tempus ualentes reuertantur: triginta solum dierū inducias dari à creditoribus debitoribus, & nihil pro debitis usurarum causa exigere, donec uendi contingat onus, parcentes apud alium esse debitum non reddendum duas partes centesimæ dominis pecuniarum dare usuras & mutuare, & mox mutuum in terrenum transponere modum; nequaquā maritimis periculis creditorem molestandis, & hæc omnes dixisse cum iureiurando perhibentes testimonium, quæ ad nos nunciasti, ut nos sanciremus, quod nobis uideat: et super his dicebas hoc nostræ nunciare potestati. Nos igitur & ipsa legentes gesta & causam edocti, sancimus secundum quod testatum est coram tua celsitudine, ita nunc & deinceps in omne tempus tenere; eo quod nequā iam positus repugnet legibus, ut oporteat nunc & de cætero secundum quandam propriam legem in naucleris aut negociatoribus super talium causarū hæc seruari litibus. & secundum dictum modum prædictarum pactioem ita fieri etiam euentus: & alia omnia, quæcunq; in prioribus testata sunt, apud sedem tuam, unde secundum propriam legem teneat in naucleris aut negociatoribus. Quod enim longis ita seruatum est temporibus, & tenuit immutabili liter, sicut testimonia apud tuam gloriam definirunt: quomodo non est iustum et in alijs omnibus ualere, quæ postea erūt, & esse hanc eis rerum transactionem ex propria lege ualentem, & altera quadam dispositione non egentem, sed in naucleris seu negociatoris occasioibus in omni tempore ualentem, ut puta generalem existentem legislationem: & naucleris seu negociatoribus & eorum cōtractibus expositam, quæ debet etiam pars fieri iam à nobis positarū legum, & iudicantes ad hæc respicientes proferre sententiam. Quæ igitur placuerunt nobis tua celsitudo iugiter seruare festinet.

DE ECCLESIASTICIS CANONIBVS, ET PRIVILEGIIS,
quæ sacrosanctas respiciunt ecclesias. Constit. CXXXI.

Imp. IVSTINIANVS A. Petro gloriosiss. præfecto sacrorum prætoriorum.

Resentem legem de ecclesiasticis canonibus, & priuilegijs, neq; non alijs capitulis, quæ sacrosanctas ecclesias, & reliquas uenerabiles domos concernunt, profectioem. Sancimus igitur, ut sancti ecclesiastici canones, qui à sanctis quatuor concilijs (hoc est Nicæno decem trecentorum & octo, Constantinopolitano centum quinquaginta sanctorum patrum, Ephesino primo, in quo Nestorius cōdemnatus est, & Calchedonensi, in quo Eutyches cum Nestorio anathemate percussus est) expositi & confirmati sunt, uicem legum obtineant. Prædictorum etenim sanctorum conciliorum decreta perinde, ut sacras scripturas suscipimus: & canones, ut leges custodimus.

Ac propterea sancimus, ut secundum eorum definitiones sanctis, ueteris Romæ Papa primus omnium sacerdotum sit, beatiss. uero archiepiscopus Constantinopolis nouæ Romæ secundum locū post sanctam apostolicam ueteris Romæ sedem obtineat, cæterisq; omnibus præferatur. Beatiss. autē pro tempore archiepiscopus * Iustinianæ primæ patriæ nostræ semper sub iurisdictione sua habeat episcopos prouinciarum Daciæ mediterraneæ, & Daciæ ripensis, item * Triballæ, ac Dardaniæ, & Mysiæ superioris, & Pannoniæ, & ab ipso hi ordinentur, ipse uero à propria ordinetur synodo, & in prouincijs ipsi subiectis locum teneat apostolicæ sedis Romanæ secundum ea, quæ sanctus papa Vigilus constituit. Consimili modo & archiepiscopale munus, quod episcopo Iustinianæ Carthagini Africanæ dioceseos dedimus, ex quo deus nobis hanc restituit, conseruari iubemus. Sed & aliæ ciuitates atq; horum episcopi, quibus passim in diuersis locis ius metropoliticum concessum est, in perpetuum hoc priuilegio perfruuntur. Omnia autem priuilegia & solatia, quæ ex imperiali liberalitate, aut etiā quocunq; alio modo sanctis ecclesijs aut alijs uenerabilibus locis concessa sunt: firmiter ipsis per omnia conseruantur. Ad hæc sancimus, ne ullarum sacrosanctarum ecclesiarum, & aliarum uenerabilium domuum possessiones sordida munera & extraordinarias descripiōes sustineant. Si tamen sternendæ uix, aut exstruendorū renouandorumq; pontium necessitas incidat: sacrosanctæ ecclesiæ atq; aliæ uenerabiles domus eiusmodi opus ad instar cæterorum possessorum impleant, cum quid in ea ciuitate possederint, in qua opus tale perficitur.

Quod si res aliqua ex curialibus patrimonijs ad quamcunq; sacrosanctam ecclesiā aut aliam uenerabilem domum secundum leges peruenerint, aut posthac peruenient: liberas has esse sancimus à lucratiuorum descriptione. Item pro temporalibus decem, & uiginti, & triginta annorum præscriptionibus præcipimus, ut sanctis ecclesijs & alijs omnibus uenerabilibus domibus quadraginta duntaxat annorum præscriptio opponatur. Eodem hoc custodi-

endo

endo & in petitione legatorum & hæreditatum ad pias causas relinquitur. Præterea si quis uoluerit uenerabile ex ædificare oratoriū aut monasteriū: non aliter ædificationem incipito, nisi locorū religiosiss. episcopus preces illic profuderit, & preciosam crucē fixerit. Certe qui semel cœpit uel nouum oratorium exstruere, uel uetus renouare, omnibus modis à beatiss. locorum episcopo, & œconomis eius, magistratūq; civili compellitor, uel ipse, si super sit, uel eo mortuo, hæredes eius cœptum opus perficere. **SI QVIS** domi suæ, aut in suburbio, prædioue ecclesiasticum celebrare ministerium præsumperit, aut alijs celebrare sine clericis religiosiss. locorum episcopo subditis concesserit: iubemus, ut ea domus, aut suburbium, aut prædiū, ubi tale quid admissum fuerit, sacrosanctæ eius loci ecclesiæ per dei amantiss. episcopum & œconomum eius, ciuilemque magistratum, uindictetur. Quod si ignorante locorum domino procuratores eius, aut coloni, inquiliniue, aut emphyteutæ huic contrarium aliquid fecerint, aut fieri concesserint: dominus quidem loci nullum præiudicium seu damnū sustineat. qui uero id uel fecerunt, uel fieri cōcesserunt, ex prouincia, ubi hoc admissum fuit, eijciant, rebus ipsorum sacrosanctæ eius loci ecclesiæ uindicandis. **SI QVIS** in nomine magni dei & seruatoris nostri Iesu Christi hæreditatem aut legatū reliquerit: iubemus, ut eius loci ecclesia, in quo testator domicilium habuit, relictum capiat. Si quis unum aliquem è sanctis hæredem scripserit, aut legatum illi reliquerit, neq; specialiter locum nominauerit, in quo ueneranda domus sit, inueniantur autem in eodem loco aut urbe plura oratoria eiusdem sancti: illi potius ædiculæ, quæ pauperior sit, relictum præbetor. Sin uero in ea urbe nulla ædes noīati sancti sit, inueniantur autē aliqua in territorio eius: illi dator. Si neq; in territorio eiusmodi ædes reperiat: tunc ecclesiæ ciuitatis, in qua testator domicilium habuit, relictum præbetor.

SI QVIS uenerabile oratoriū, aut xenonem, aut prochium, aut orphanotrophium, aut nosocomium, aut aliam uenerabilem domum exstrui in ultima uoluntate disposuerit: iubemus, ut oratorium intra quinq; annos perficiatur, prouidentia locorum episcopi & ciuilis magistratus. Xenon uero, aut prochium, aut alia uenerabilis domus intra unum annum exstruatur. Si intra annum hæredes xenonem, aut quamcunq; uenerabilem domum, quam testator exstrui disposuit, non fecerint: iubemus, ut domum ipsam uel emant, uel conducant, ubi iussa queant exsequi, tantisper dum eiusmodi uenerabilis domus absoluatur. Ac si quidem ipse testator finierit, qui nam xenodochi, aut prochorophi, aut id genus alij dispensatores fieri debeant, aut hæredibus suis huius rei optionem præbuerit: iubemus, ut omnibus modis hæredes ipsius, his, quæ ab ipso disposita sunt, satisfaciāt: beatiss. locorū episcopis inspecturis, an dispensatio pulchre procedat: & si depræhēderint eos, qui dispensationē habēt, nequā hoīes & nullius bonæ rei esse, licentiā habituris, ut sine dāno alios in illorū locū magis idoneos sufficiant.

SEDET SI QVIS pro redemptione captiuorum, aut alimonia pauperum hæreditatem uel legatum, in rebus mobilibus, aut immobilibus, siue semel, siue annum reliquerit: & hoc modis omnibus secundum testatoris uoluntatem per eos, qui id exsequi iussi sunt, præfator.

Si specialiter non dixerit, cuius loci pauperibus hæc reliquerit: iubemus, ut religiosiss. ciuitatis episcopus, in qua testator domicilium habuit, eas res ad se recipiat, & inter pauperes eius ciuitatis distribuat. Item si pro redemptione captiuorum aliquid relictum sit, neq; testator nominatim dixerit, per quem redemptionem fieri oporteat: itidem iubemus, ut res in hoc relicta locorum episcopus & huius œconomus capiat, & huiusmodi pium opus impleat. In omnibus em̄ istis pijs uoluntatibus uolumus etiam ipsos religiosiss. locorū episcopos prouidentiam accommodare, ut omnia secundum testatoris uoluntatem procedant, et si maxime à testatoribus aut donatoribus interdictum ipsis sit, ne quid in ipsis habeant cōmercij.

Certe si illi, qui hæc exsequi iussi sunt, semel atq; iterum à beatiss. locorum episcopo, & eius œconomis per publicas personas admoniti, ea, quæ disposita sunt, implere distulerint: iubemus, ut ij omne lucrū, quod ab eo, qui ista iussit, ipsis relicta sunt, amittāt. religiosiss. uero locorum episcopi omnes res, quæ quibuscunq; (ut dictum est) pijs causis deputatæ sunt, cum fructibus & medijs temporis accessionibus, atq; item memorato lucro uindictent, & quæ testator disposuit, adimpleant: scituri, quod si ipsi negligentius egerint, pro oībus his rationem deo reddituri sint. Sanē si religiosiss. locorum episcopus aliquid eorum, quæ à nobis dicta sunt, prætermiserit: licitum esto religiosiss. eius metropolitano hæc exigere, atq; implere. sed & cuius alij licētia erit, ea de re quaestione mouere, dareq; operā, ut oībus modis id genus piæ causæ exsequatur. Si uero hæres ea, quæ in pias causas relicta sunt, non impleat, dicens, non sufficere ad has relicta sibi patrimonium: iubemus, ut omni lucro, quod ex Falcidia prouenit, uacante: quidquid in eius facultatibus inuentum fuerit, pro identia sanctiss. locorum episcopi

F scopi

* De Salona Dalmatiæ interligē. quod ex gl. obseruans 7. q. 1. c. scripsit. ut uel hementer peccet, qui iustitiam per cōmunitatē Thracæ appellat.

* aliabi Præuilitate corrūpte legitur.

scopi totum in causas, ad quas relictum est, procedat. Quod si legatum ab aliquo ad pias causas relictum fuerit: iubemus, ut intra sex menses ab inscriptione testamenti numerandos, omnibus hoc modis praestetur his, quibus relictum est. Sin autem, qui hoc grauati sunt, huiusmodi legatum praestare distulerint: & fructus, & usurae, & omnis legitima accessio, ab ipsis iam inde a tempore mortis eius, qui reliquit, exigentur. Si legatum annuum cuiusque uenerabili domui relictum fuerit: siquidem hi, qui haec dare iussi sunt, aut locus, ex quo id praestari iussum est, in eadem aut uicina prouincia est: iubemus, ne quo modo tale legatum alienetur. Sin loca, aut personae, ex quibus aut a quibus hoc dari iussum est, in remotioribus sint partibus: tunc integrum illis esto, quibus id relictum est, ut si obligata etiam pars consentit, legata permulent, & uicini aliquem pro hoc reditu capiant uberem, & cum accessione, quae non minus quarta relictae quantitate parte continet, & neq; multis publicis praestationibus onustum. Sed & si uendere tale legatum uoluerint: non minus precij nomine capiant, quam ex tali legato per triginta quinque annos colligatur: ita tamen, ut eiusmodi precium ad utilitatem praedictae uenerabilis domus procedat, cui relictum est. **INTERDICIMVS** item religiosi, episcopis, ne res mobiles, aut immobiles, aut seipsas mouentes, quae post adeptum episcopatum quocumque modo ad ipsos peruenerint: ad cognatos suos, aut quascumque alias personas ullo modo transferant. Ad redemptionem tamen captiuorum, & alimoniam pauperum, item in alias pias causas, neq; non pro utilitate ecclesiae suae, ex his expendere licentiam habent. Et si quid ex talibus rebus post illorum obitum in patrimonio illorum permanerit: iubemus, ut hoc ad dominium sacrosanctarum ecclesiarum, in quibus gesserunt sacerdotium, pertineat. In illis enim rebus tantummodo alienandi, aut quibus tandem uoluerint, relinquendi ipsis licentiam concedimus, quas aut ante episcopatum habuisse comprobati fuerint, aut post episcopatum ad ipsos ab ipsis peruenerint, qui generis proximitate eos contingebant, quibus ab intestato poterant usque ad quartum gradum succedere. Atque omnia haec, quae de rebus post episcopatum ad religiosi, episcopos prouenientibus diximus: in reuerendis, item orphanotrophis, & prochorophis, & nosocomis, & gerontocomis, & xenodochis, & omnibus alijs uenerabilium aedium dispensationibus ualere sancimus: & hoc quo ad res, quae dispensationis suae tempore praedicto modo ad ipsos peruenerint. Quod si quis episcopus, aut clericus, aut cuiuscumque ecclesiastici gradus minister, aut ecclesiae diaconissa sine testamenti tabulis & legitimis decedat successoribus: horum successio ad ecclesiam defertor, in quam forte ordinati fuerat. **PORRO** iubemus, ne quisquam haereticus, uel per conductionem, uel emphyteusim, uel emptionem, aut quocumque alio modo res immobiles a quacumque ecclesia aut uenerabili domo capiat. Si quid uero eiusmodi delicti admissum fuerit: haereticus quidem, si quid per hanc causam praebuerit, amittat. Iusmodi uero res uenerabili domui, a qua & datae sunt, uindicantor. dispensator autem domus, qui huiusmodi res haeretico dederit, in uniuersum a dispensatione remouetor, & in monasterium conijctor, & per annum unum a sancta communione segregator, ut qui Christi anos haereticis tradiderit. At si orthodoxus, qui possessionem habet, in qua sancta sit ecclesia, uel per emphyteusim, uel conductionem, uel quocumque administrationis genere ea data, ipsam alienauerit, aut reliquerit iudaeo, aut haeretico, aut Samaritano, aut Graeco, aut Montanista, aut Ariano: sacrosancta eius oppiduli ecclesia horum dominum uindicato. Si quis ite haereticorum, quibus connumeramus etiam Nestorianos, & Acephalos, & Euty chianistas, speluncam ausit si dei suae edificare, aut iudaei nouam sibi synagogam exstruere: sancta locorum ecclesia eas fabricas suo domino uindicato. Caeterum si quis per emphyteusim, aut conductionem, aut quocumque alio administrationis genere possessionem suam huiusmodi personae dederit: siquidem possessionis dominus nouit, quod haeretico hanc commiserit: omnes redditus illius temporis, quod contractui accessit, ecclesia ciuitatis, sub qua possessio posita est, uindictet. Si uero possessionis dominus ignorabat, quod haereticus esset, cuius fidei hanc commiserat: ipse quidem ob ignorantiam indemnus conseruetur, haereticus uero in utroque casu & possessionibus ejiciatur, & substantia eius addicatur fisco. Sane orphanotrophi tutorum & curatorum locum obtinento: ita tamen, ut de rebus, quae ad orphanotrophiam, uel proprietatis iure ad ipsos orphanos pertinent, etiam sine satisfactione actiones intentet & excipiant. Res uero, quae ad quempiam forte orphanorum pertinere contigerit, orphanotrophi praesentibus tabularijs publicis, & sub actorum publicorum coactione, tam in regia ciuitate apud magistrum census, quam in prouincijs apud earum praesides, aut locorum defensores capiunt, & orphanis referuanto, aut alias res in illarum locum comparanto. Sed & tutelaribus ac curatorijs rationibus sumpto obnoxij. Conseruari autem iubemus uenerabili orphanotrophio regiae urbis, & xenoni

xenoni sanctae memoriae Sanpforum, & his, quae eius dispensationi substat, oratorijs atque xenodochijs, aut alijs uenerabilibus domibus omnia priuilegia, quae quidem sacrosancta maior Constantinopolitana habet ecclesia. Quae igitur per praesentem legem in perpetuum ualituram nostra sanxit tranquillitas, tua assidua edictis solenniter in hac regia urbe propositis, ad omnium studeat peruenire noticiam. nos enim prouidebimus, quatenus sine collatorum dispendio fiat etiam in prouincijs manifesta.

EDICTVM DE FIDE. CONSTANTINOPOLITANIS.
Constit. CXXXII.

Recipuum summumque omnibus hominibus bonum esse credimus rectam ueram & irreprehensibilem Christianae fidei confessionem, in hoc ut per omnia ipsa ualentior reddatur, & omnes habitati orbis religiosi, sacerdotes ad concordiam compulentur, & uno ore rectam Christianorum profiteantur ac praedicent fidem, & omnis ab haereticis excogitata adimatur occasio. id quod ex orationibus simul & edictis a nobis diuerso tempore per scriptis ostendit. Sed quia haeretici, dum neque dei timorem mente concipiunt, neque per legum seueritatem interminatas istiusmodi hominibus poenas reputant in animo, & nonnullos e simplicioribus decipiunt, praeter morem sanctae dei catholicae & apostolicae ecclesiae conuenticula, atque baptismata clam concelebrant: pium arbitrati sumus, per praesens nostrum edictum tales cohortari, ut & ipsi ab haeretica desciscant uersania, neque aliorum animas per fraudem deducant in interitum: sed potius ad sanctam dei accurrant ecclesiam, in qua nihil antiquius habetur rectis dogmatibus, & omnes haereses cum ipsarum ducibus percelluntur anathemate. Quoniam uniuersos uolumus cognoscere, quod si de caetero inueniantur aliqui, qui improbo more ita conuenticula agitauerint, aut ad ea conuenerint, amplius eos non tolerabimus: sed tam domos, in quibus tale quid peccati perpetratum fuerit, sanctae addicemus ecclesiae: quibus ipsi, qui ita peruerso more conuenticula egerint, quicquid ad eos conuenerint, constitutionum poenas omnibus inferri modis iubebimus.

DE MONACHIS, ET ASCETRIIS, ET EORVM
conuersatione. Constit. CXXXIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni beatis. archiepiscopo:

Solitaria uita atque in ea contemplatio res plane sacra est, & quae suapte natura animas ad deum adducat, neque ipsis tantum, qui eam incolunt, commodet, sed etiam omnibus alijs puritate sua & apud deum interpellatione competentem de se utilitatem praebet. Vnde & olim ea res imperatoribus studio fuit habita, & nos non pauca de dignitate & honestate eorum legibus complexi sumus. sequimur enim sacros in hoc canones & sanctos patres, qui haec comprehenderunt legibus: quandoquidem nihil non peruium ad inquisitionem maiestati existit imperatoriae, quae communem in omnes homines moderationem & principatum a deo percepit. Ac descripsimus quidem iam constitutionem, quae uult, ut monachi, etsi magno continentur numero, secundum formam cenobiorum (ut appellant) in commune uitam degant, neque proprias habeant possessiones, neque opes accumulent, neque clam testibus uiuant: sed & communiter cibum capiant, & in communi loco cubent, & undique bene compositam persequantur uitam, testesque sint inuicem mutuae honestatis: & iuniores reuerentur canonicum eorum, qui ista inspicunt: nonnunquam etiam dedita opera capebant uigilias, ut ne in somno quidem aliquid intempestiuum aut turpe de se alijs edat spectaculum, sed quisque pro se honestate uel inter dormiendum conseruet. Cum uero quaequam nobis renunciatur, quae & maiore cura digna sint, & firmiore lege indigeant: merito ad praesentem legislationem ad illius perfectionem & supplementum peruenimus. per quam sancimus, ut nullus omnino propriae habitationem habeat, neque aliqua (ut appellat) cellula sit in monasterio his, qui ad uitam in contemplatione & quiete traducendam uno forte aut duobus utantur ministris: sed ramesi plures uiri sint, nihilominus unus ipsorum sit conuentus, siue praecedat, siue naturae opera faciat, quae citra reprehensionem tamen & absque calumnia consistunt: & tam communiter (ut dictum est) cibum capiant, quam communiter dormiant: si modo

tanta multitudo sit, quā una domus possit capere. alioqui duae forte aut tres domus existant, quae ipsos recipiant. Nullus autem omnino quidcūq; habeat proprii, sed diu noctūq; in cōmune uiuat, & noctes eandem inter ipsos cum diebus habeant obseruationem. Neq; enim semper omnes dormiunt: sed manifestarium est, quod dum hi dormiendo occupati sunt, illi uigilant, & prorsus quidam dormientes inspiciunt. Ceterū si quae habitatiunculae seu cellulae in ullo monasteriorum fuerint, sub generali huius amplae urbis patriarcha, siue in eius confinjs, aut sub sanctitate tua constitutorum, siue à nobis ipsis aedificatorum, siue ab alijs: haec omnes omnibus modis demolieris, aperiesq; ipsis mutuū inter se aspectum, ut quae uicissim inter ipsos geruntur, omnes intueantur. Cur enim tandem hoc agere reuerentur, qui semel se deo dedicarunt, & omnem popularem conuersationem ualere iusserunt? Atq; hoc quidem ea fini obtinere, tam hoc tempore, q̄ in omne deinceps aeuum uolumus: nullo (ut dictum est) propriā habitationem habente, sed omnibus in unum congregandis, & quae uicissim inter ipsos gerantur, spectaturis. Illud enim constat, quod eiusmodi peragere studebunt, quae undiq; reprehensione careant. Quod si quis usq; adeo impudens uisus erit, ut conari audeat transgredi ea, quae lege pmulgata sunt: haec solitariae māsiōis praesul examinato. uolumus em̄, ut ista nostra obseruatio diligentius custodiatur. Et primum quidem, ne monasterium multos habeat aditus, sed unum tantum, aut duos forte. & ut portae adsistant uiri aetate graues, & casti, neq; non omnium testimonio cōprobat, qui neq; ipsos reuerentis. monachos permittat sine praesulis uoluntate monasterio egredi, sed intus eos contineant, ut ea, quae deum concernunt, perquirant, nec seipos, actionesq; ac studia sua à deo diuellat: neq; alios quospiā uel interdū uel noctu in monasterio uersari sinant, qui quidē, ne reuerentis. monachorum sincera ac recta maneat opinio, efficiant. Esto autem monasterium forti muro circumseptum, ne quis alia parte exitus sit, q̄ per portas. Deinde etsi ecclesia in monasterio non sit: neq; sic tamen licenter praetextu ecclesiarum egrediantur, aut etiam deambulationes illic faciant, & cum aliquibus colloquantur, quibus cum non decet: sed tempore quidem sacri ministerij unā cum praesule, & primonibus eius, ac aetate prouectis illō accedunt. ministerio autem impleto, quidquid monachorum est, omnes in cenobium denuo concedant, & ibi resideant, simulq; magnum deum precibus fatigent, & sacrarum scripturarum lectioni incumbant. ingens enim sacrorum istiusmodi librorū existit chorus, & potis est cuiusq; animū emēdare, ac sacris irrigare eloquijs: quae si continue legant, non unq; errauerint, neq; ad humanas delabentur sollicitudines. Porro in sacrosancta ecclesia, quae in monasterio consistit, quatuor aut quinque ex eadem mansione senes sint, quibus omnis iam difficultas in sancta illa uita ac fidei institutione superata est, & qui ordinationem in clero meruerunt, presbyterorum forte, uel diaconorū, uel aliorum deinceps gradum tenentes: atq; hi aduentibus sui copiam facient, & de scripturis sanctis exquisitis sermocinabunt, efficientq; ut alij omnes tales reputēt, simul sacram adseruantes aedem, simul iuuent utem insolescentem & terminos suos egredi uolentem in tolerantia retinentes. Non ingrediatur autem omnino, neq; mulier in monasterium uirorum, neq; uir in muliebri, uel obrentu memoriae defuncti illic reconditi, uel ob aliam causam. Et maxime si quis fratrem forte, aut sororem, aut quempiam ex genere cōiunctis se in monasterio habere dicat. monachis etenim cognatio in terra non est, utpote qui caelestem uitam affectent. Quid enim omnino tandem uolentes, huiusmodi aditiones faciūt: nisi si quid perpetrare uelint rerū interdictarum: cum & ea, quae uiros decet, uiris in uirorum monasterijs efficere, & cōsimiliter quae mulieribus attributa sunt, mulieribus liceat in muliebribus monasterijs peragere: nullo alteri admisso, neq; si frater, aut soror, aut alius cognatus esse dicatur. Neq; em̄ per hanc causam aditū ipsis parere concedimus. nam si ipsa praeciderimus principia, & errorem, qui per aspectum se animis hominum insinuat, & exinde ad mala lubricitatem prohibuerimus: multo clemētior & facilior existet sacris decertatoribus uitae in melius emendatio. Omnes itaq; huic legi obtemperanto, & neq; uirum recondunt in muliebrum monasteriorum sepulchris, neq; mulieres in uirorum monasterijs seu asceterijs defodiunt. neq; enim uiris mulierū domicilia, neq; rursum uirorū habitacula cōueniūt mulierū confortijs. Nec per eos, qui propter defunctos ingrediunt, uolumus exinde inhonestas haec cōmissiones fieri: ne per hanc causam naturae fenestra aperiat, ut ea, quae nefas est, delicatius in se admittat, & ludos faciat, sacrasq; res defcedat, ac uelamēto pietatis & sub specie exsequiarum ea perpetrat, quae neq; dicere, neq; in animo cogitare solitariam uitam exercentibus pulchrum est. Cum uero illud re ipsa manifestum existat, quod necesse sit eos, qui sepulchris peragēdis ministerium praebēt, & maxime qui ferebra deportant, quicq; defodiūt, ingredi in monasteria: res sanē difficilis cōsistit in muliebribus, cum ob

cum ob alia multa, tum propter praefatam prohibitionem. Sancimus tamen, ut si quando tale aliquid futurum est, & mulier aliqua in muliebri sepeliatur monasterio (uirum enim ibi sepeliri non permittimus): reuerentis. quidem mulieres in suo permaneant habitaculo, sola autem ostiaria, siue ostiariae, & ipsa forte (si uelit) antistes his, quae fiunt, intersit. simulatq; uero illi, quae circa exsequias fieri solent, tā sepulchro effosso, q̄ corpore recondito, effecerint: statim discedant, neq; aliquas ipsi reuerentis. spectantes mulierum, neq; ab aliquibus earum spectati. Sed neq; aliam ingressuū occasionem excogitanto, uel uiri in muliebria monasteria, uel mulieres in ea, quae uiris deputata sunt, per causam eorum, quae peraguntur circa exsequias, quas scilicet memorias appellant, in tertium nonumq; diem conuenientes, item cū quadraginta excefferint, aut etiam annus: cum liceat, siquidem muliebri monasterio sit, mulieres omnia peragere: si uirile, uiros: neq; per huiusmodi occasionem uenerabilibus monasterijs aliquam inurere infamiam. Quia uero nihil eorum, quae inclusa sunt legibus, uti aequum est, seruari potest, nisi conuenientē habeat custodiam: sancimus, ut qui cuiusq; monasterij pro tempore praesul fuerit, continue ad ipsum animaduertat, & in unoquoq; ad instar rei & disciplinae publicae operā nauet. Et sicubi uel paululum quiddā cōtra decorū fiat: protinus hoc emēdat, neq; committat, ut maior exinde lapsus oriat, & anima, quae ad salutem ex sancta uita atq; fidei institutione prouenientē confugit, pereat. Ipse quoq; monasteriorum summus praesul, siue in loco sit, quemadmodū in hac est urbe, siue nō, enixe in eā rem operā dato, & apocriarios suos (ut nuncupantur) per monasteria dimittito: ē uicinis etiam interroget, nunquid mali in aliquo uiciorum perpetratur monasteriorum: atq; haec omnia coerceto, & eompetentem pro dignitate impendito prouidentiam. Sed & cuiusq; ciuitatis episcopus in hoc prouidentiam adhibeto, siue patriarcha, siue metropolitanus, siue quicumq; sit: & reuerentis. defensores ecclesiae suae mittito, qui haec perquirant, & obseruent, neq; committant, ut praeter decorum quidcūq; fiat. sed & si quid tale perpetratur: ut primo quoq; tempore hoc corrigant. Cōsimiliter autem & sanctis. huius almae urbis patriarcha ea, quae monasteria hic concernunt, perquirito: & eius rei custodes dei amanti. defensores sacrosanctae maioris ecclesiae, & quoscūq; diligentissimos honestissimosq; esse putauerit, constituito: ut maiore adhibita custodia, amplior item obseruatio, & pro delictis uindicta procedat. Enim uero singula monasteria sub aliquo cenferi oportet antistite, & habere (quemadmodum diximus) quos dicūt apocriarios, uiros aetate graues, qui & in monastica iā disciplina impendio decerta rint, neq; facile corporis sustineant impetus, & rebus gerendis atq; ipsorum uisibus uacarent. Neq; hoc tantum, si uirorum monasterium sit: sed etiam si mulierum forte sit, duo aliqui uiri, uel (si haberi possunt) eunuchi cōstituant, qui amplius testimonio comprobati, negocia ipsarū gerant, & ineffabile ipsis communionē, cum eius rei oportunitas erit, distribuunt. Quod si illi de necessitate aliqua monasterij, aut quae unam aliquam reuerentis. ascetiarum pertingat, necessarii aliquid dicere uoluerint: colloquantur ea de re cum sola antistite, neq; praeter ea cum ulla alia mulierum, quae in eo consistant monasterio: per reuerentis. tamen omnia conficientes ostiarias. oportet enim & huiusmodi aliquas ad fores collocari, quae cōsimiliter & ingressus, & exitus respicientes, tam exitus mulierum prohibeant, q̄ inaccessos uiris aditus, exceptis apocriarijs, reddant. Hi aut ostiarias accedēt, & aduentus sui causam exponent. antistes uero re cognita, & progressa cum his colloquetur: ipsiq; ad illam referent ea, quae dispensationem eorum concernunt, & necessitatem, quam obrem accesserint. Atq; ita & humana pulchre administrabuntur, & ex omni parte nullo tentata malo durabit castitas. C E R T E si quis delinquit (ut multa sunt humana, neq; quicq; ita cōtinere naturā potest in officio, quin aliqui peccet. hoc enim solius est dei) hunc quidem, si mediocre delictum sit, & admoneto, & seorsim includito, tempusq; illi assignato poenitentiae: ut meliore ratione percepta, ad seipsum redeat, neq; depēsos iam & exhaustos labores amittat. Sin uero maior lapsus fuerit: pro modo peccati adhibeto etiā emendationis diligentia, & item uehementiorē admonitionē & fortiorē poenitentiam experito. Et siquidem hisce modis seruare eum ualuerit, qui labi coeperat (idem autē & in mulieribus sanctimoniali uita deditis, & in uiris dicimus) magno deo gratias agat, qui & angelicis in caelo potestatibus gaudium oboriti dixit, si quis peccatorum seruetur. At si delictū atrocius sit, q̄ quod medela reparari possit: tūc prorsus monasterio ipsum expellito: ut cum seipsum à melioribus ad deteriora contulerit: ipse solus improbitatis suae fructum capiat, neq; uiciorum suorum aliquid ceteris contagione adfricet, quemadmodū peste laborantia & incurabiliter aegrotantia solēt pecora. Nam ut maxime hi neglexerint: non tamen maiestas ista despiciet imperatoria, neq; indignatione contra id factum, contrāue

locorum episcopum, & ecclesiasticos, qui sub ipso constituti sunt, abstinebit, nisi hoc obserua-
uerint: nimirum cum eius negocij diligentia necessario ipsi etiam maiestati imperatoriae in-
cubat. Si enim puris illi nudisq; manibus pro republica preces deo obtulerint: manifestum sane,
quod & res militaris pulchre se habebit, & ciuitates in bono statu erunt. deo item propicio ac
beneuolo constituto, quomodo non omnia in summa pace, & recta legum moderatione uige-
bunt? Terra quoq; nobis fructum feret, & celerius bona sua edet, per dei beneuolentiam precibus
illorum uniuersam rempublicam in unum colligentibus. sed & communis hominum figura
uenerabilior erit, quarentq; quod praestantius est, illorum puritatem reueriti. Vnde una fiet
conspiratio, omnibus simul ad hoc concurrentibus, & (quoad fieri potest) exterminata omni
malicia, melioribus sanctioribusq; studijs introductis, & dignitatem habentibus, quod qui-
dem cum desideremus, bonum haud dubie opus, quemadmodum persuasum habemus, perfici-
mus.

Illud quoq; omnibus obseruari modis uolumus, ut si quis reuerendis, monacho-
rum in caupona aliqua diuersari uideatur: illico is tradatur ciuitatum defensoribus, aut hic iu-
dicio excellentiae tuae, castigeturq; conuictus, certiorq; ea de re reddatur antistes, ut eum, qui
haec deliquit, & turpem uitam cum angelico hoc statu permutauit, expellat monasterio. Dua-
bus enim potissimum in rebus operam & diligentiam reponere oportet monachos, ut aut sa-
eris uacet scripturis, aut quas manuiarias uocare solent artes, monachos decetes meditentur
exerceantq; siquidem mens inerti ocio dedita haud sane quidq; bonorum pepererit.

Atq; hanc legem de his proponimus, tam in hac regia ualituram urbe, qm in omnibus gentibus. nam & ad
unumquengq; religiosiss. patriarcham pro maiore cautela & competente custodia eam trans-
mittimus. hi uero ad metropolitanos sub ipsis constitutos eam emittent. illi autem omnibus
alijs impertientur episcopis: & per episcopos haec reuerendis. monachis eorumq; antistitibus
manifesta fiet.

Porro huius rei obseruationem committimus non tantum cuiusq; man-
sionis solitariae praesuli, neq; solum dei amanti. locorum episcopis, aut religiosiss. metropo-
litanis, aut sanctiss. patriarchis: sed & hic quidem praefectis, ut si res uehementiore aliqua ani-
maduersione indigeat, de hoc a dei amantiss. uiris edocti, id exsequantur: in prouincijs uero illarum
praefectibus, ut tamen quid factum opus sit, prius a dei amantiss. perdiscant episcopis. Et prorsus
tam per sacras personas, quam magistratus ea, quae deum concernunt, incorrupta existant: &
praeter ceteris omnibus per maiestatem imperatoriam, utpote cum nihil diuinarum rerum, & quae custo-
dire iustum est, a nobis negligatur: sed per omnia studeamus, ut communis reipublicae status
ex magni dei & seruatoris nostri Iesu Christi erga homines amore fructum auferat per reue-
rendiss. uirorum puritatem: quam custodient & clerici, & monachi, & episcopi tam maiores,
quam minores, tum sacrorum memores canonum, tum nostrarum legum & constitutionum
de hoc conscriptarum, quas & ualere, & ratas esse per praesentem quoq; legem sancimus.

Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea cognoscens glo-
ria tua, effectui & fini tradere studeto.

DE VICARIIS, SEU LOCVM TENENTIBVS. ITEM

de mulieribus adulterium committentibus, & alijs capitulis.

Confit. CXXXIII.

In nomine domini Iesu Christi dei nostri.

Imp. Caesar. Flauius, Iustinianus, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, felix, pius, glorio-
sus, uictor, triumphator, nunq; non uolendus augustus. Musonio praefecto urbis.

Dum sedulo circumspicimus, quae ad subditorum nostrorum utilitatem perti-
nent: depræhendimus uaria collatoribus nostris incõmoda per uicarios impor-
tari, qui tam a ciuilibus, quam militaribus magistratibus instituuntur in prouin-
cijs: deq; ea re pridem legem conscripsimus, particularem quandam negocio cor-
rectionem adhibentes. Nunc uero cum perfectius nostris opem ferre colla-
toribus studeamus: sancimus, ne quam licentiam habeant orientalium pro tempore, Illyricia-
norumq; praetiorum praefecti, aut comes largitionum, aut comes rerum priuatarum, ut uel
uicarios in prouincias emittant, uel ipsos prouinciarum praesides sui magistratus illic uicari-
os faciant. Sed neq; prouinciales magistratus, ut in concreditiss. sibi prouincijs per quamcunq;
ciuitatem pro se uicarios instituunt, Solummodo autem iubemus, ut per Osdroenam & Me-
sopotamiam

Mesopotamiam prouincias uicarij sint: & item si usus postulet, ad alia loca expeditionis tempore
aliquis pro comite & alimonia exercitus mittat: atq; hoc tamē nostro iussu. Ad haec
iubemus, ut neq; magistri militum, neq; duces in prouincijs, in quibus cum imperio esse iussi
sunt, uicarios, aut uolentijs cohibendis praepositos, aut latruncultores habeant. Si uero usu ue-
niat, ut necessitate exigente uel magistri militum, uel duces iussu nostro mittantur ad alia loca:
tunc uicarius in locum abfatis fiat, & hoc ex cõmissione nostra.

PORRO nulli magistratui, neq; ciuili, neq; militari licitum esto absq; necessaria causa obire prouinciam. Si qua uero
necessitas, ut huiusmodi aliquid fiat, postulauerit: sumptibus suis hoc facere tam ipsos iube-
mus magistratus, qm qui circa eos uersari solent, & obtemperatem ipsis cohortem. Sed neq; an-
garijs, neq; his, quae epidemica dicuntur, aut ullo alio incõmodo collatores nostros praegra-
uent. Item neq; consuetudines nominent: aut requirant ea, quae iniuste decessorum aliqui ad
suum fortasse lucrum excogitarunt. Quae enim improbe excogitantur, ea ne longa quidem con-
suetudine confirmari uolumus. Scituris omnibus praedictis magistratibus, tam ciuilibus, qm mi-
litaribus, quod si haec contra factum aliquid fuerit: & is, qui uicarios pro se instituit, uiginti li-
brarum auri poenam dependet, neq; non cingulo spoliabitur: & qui id factum in se admisit, bo-
nis suis exutus, subdetur exilio.

Ad maiorem autem dispositionis nostrae cautelam iube-
mus, ut locorum episcopi, & prouinciarum praesides, & item qui urbes incolunt, neminem con-
tra praesentem nostram dispositionem suscipiant, siue uolentijs cohibendis praepositos, siue la-
trunculator sit. In summa, neminem magistratum, neq; ciuilium, neq; militarium, qui
quidem in prouincia praesens sit, uicarium pro se habere concedimus. Et maxime iubemus, ut
prouinciarum praesides ita recte se gerat, ita res pulchre administrent, ne opus sit de quocunq;
negocio, quod inquiri tractari debet, alios in prouincias emittere. Quod si necessitas postu-
lauerit, ut aliqui per causam publicorum exactio, aut quarumcunq; aliarum emergentium
quaestionum, in prouincias uicarij mittantur: is neq; praesidentiam, neq; nomen uicarij habeto.

Simulaq; uero is, qui in prouincia mittitur, ibi fuerit: nihil damni collatoribus irrogato, sed cõ-
creditam sibi functionem perficito, praeside prouinciae & cohorte eius auxilium illi praesenti-
bus. Ceterum si cõtra accusatum forte praeside mittatur: tunc iubemus, ut prorsus illi prouincialis
cohors appareat. Quemadmodum autem prohibemus, ne uicarij fiant: ita iubemus, ut
prouinciarum praesides & eorum cohortes omne periculum sustineant, nisi publicorum tribu-
torum profligationem, & publicam per loca disciplinam, neq; non ut omnis iniuria atq; da-
mnum reprimat, diligenter ad sollicitudinem suam reuocauerint. Item si in prouincijs uel iun-
dices, uel susceptores sint publicorum tributorum, indigeantq; aliquo auxilio: iubemus, ut prou-
inciarum praesides & eorum cohortes omnem intentionem atq; studium eò conferant, quoma-
gis publicorum tributorum exactio absq; ullo impedimento procedat. Sed & omnes mo-
uendas controuersias, siue pecuniarias, siue criminales, quae tamen prouinciarum praesidibus
competunt, in disquisitionem eos uocare praecipimus, ut & suo eas periculo examinent, &
more legitimo terminum ipsis imponant.

AD HAEC iubemus, ut prouinciarum praesides, siue praesentes, siue absentes sint, anteqm magistratum suscipiant, tam praefecturae, quam
nostris largitionibus, & comiti rerum priuatarum, de colligendis unicuiq; praedictorum ma-
gistratum pecunijs cautionem exponant. Ita quidem, ut tamen si cautionem non praesentent:
nihilominus tamē, quasi cautione exposita, ita iubemus ipsos iuxta & cohortes eorum praedictis
obligari magistratibus. In illis uero prouincijs & urbibus tantum uolumus, ut praesides cir-
ca tributariam exactioem periclitentur, in quibus neq; scrinarij, neq; iudices, neq; alij quidam
fuerint, qui suo periculo exactioem expediant.

SED ET HOC ad nos peruenit, quod
quidam eorum, qui in prouincijs magistratum gerunt, ita impie ferantur cupiditate lucri, ut
neq; testamenta fieri, neq; facta insinuari, neq; aliquos nuptijs inter se iungi, neq; nuptialibus do-
nationibus actorum monumenta constitui, neq; defunctorum corpora sepulturae tradi, neq; re-
rum inuentaria describere, aut aliud eius generis uel apud acta publica, uel in testationibus ex-
cipiendis celebrari absq; dispendio cõcedant. Quapropter interdiciamus omnibus magistra-
tibus ciuilibus pariter & militaribus, neq; non eorum cohortibus, aut quicunq; tandē sit, ne quid
eiusmodi praesumant. Si quis uero huiusmodi flagitium in quocunq; reipublicae nostrae
loco perpetrare attentauerit, aut adiuuare ministerio eum, qui tale quid audeat: iubemus, ut
tales spoliati cingulo, mittantur in exilium, & ex illorum substantia damnum, quod iniuria
affectis obuenerit, in duplum restituatur: non adempto illis neq; reliquo, quod legibus praebe-
tur, auxilio.

Omnem porro licentiam concedimus religiosissimis locorum episcopis
& ciuitatum primatibus, ut huiusmodi conatus prohibeant: & procurent, quomais omnia
haec sine

hæc sine impedimento & pro tenore legū absq; dispendio procedant, & quæ eam partem concernunt, per suggestionem ad nos referant. **A**PPELLATIONES sanè, quæ secundū legem offeruntur: uolumus, ut omnes iudices, etsi nostro iussu audientiam præbeant (quia & à diuinit appellare licet iudicibus) siue maiores, siue minores sint, suscipiant: & actitata in causa sine ulla dilatione litigatoribus edant, ut legitima in his procedat examinatio. Ad hæc iubemus, ut appellatione secundum legem oblata, neq; executio peragatur, neq; possessiones rerū transferantur, donec absoluta in ea processerit iudicatio. **C**UM VERO contigerit adulteria, raptusue mulierum, aut cædes, aut quæcunq; alia crimina in prouincijs admitti: iubemus, ut prouinciarum præfides omnia secundum leges uindictent: & ipsos, qui deliquerunt, non alios pro alijs capiant, aut ex regionibus, unde qui deliquerunt, ducūt originem, alium pro alio cōprehendant, damnumue importent ipsorum prædijs. Sed neq; propter eum, qui deliquit, oppignerationes faciant, aut de criminis persecutione lucri sui causa trāsigant, aut delinquentiū bona sibi lucrifaciant. Nam ut reos legitimas sustinere pœnas uolumus: ita neutiq; collatoribus nostris damnum, aut lucrum ex hoc prouenire iudicibus, eorumue hominibus, aut etiam cohortibus iubemus: ne quando nimia bonorū auuiditate depræhendantur uel iniuste aliquos affecisse supplicio, uel delinquentes uendidisse pecunia. Nam si quid hæc cōtra factum fuerit: tam ipse prouinciæ præfides omne exinde damnum iniuria affectis obueniens resarciat, & tormentis subiectus, tradetur in exilium: q̄ etiam adfessor eius consimile sustinebit supplicium, si his, quæ à præfide geruntur, contra leges scripto consenserit: sed & cohors eius, atq; alij, qui lucri sui gratia in talibus ipsi ministeriū præbuerunt, non solum dispendia cōpellentur iniuria oppressis restituere, uerū etiam ut horum authores, legitimis subditi supplicijs, tradentur in exilium. **C**æterum si quis eorum, qui de criminibus postulati rei sunt, uel latitet, uel illam prouinciam, in qua crimen contraxit, reliquerit: iubemus, ut legitimis à præfide edictis euocetur: & nisi obtemperauerit, illa contra ipsum procedant, quæ nostris definita sunt legibus. **A**t si compertū fuerit, quod is in alia degat prouincia: iubemus, ut eius prouinciæ præfides, in qua huiusmodi delictum admitti contigerit, publica utatur epistola ad illius prouinciæ præfidem, in qua persona, quæ id peccatum in se admisit, degit. Ille uero, qui publicas accipit literas, suo periculo & cohortis suæ talem cōprehendat, & eum ad prouinciæ præfidem transmittat, in qua deliquit, legibus expressa subiecturum supplicia. **S**ed & si is, qui publicā accepit epistolam, omisso id ipsum animo fecerit, aut cohortales eius cōsiliū p̄diderint, aut imperata facere neglexerint: tūc & ipsū præfidē tres auri libras, & itē cohortē eius alteras tres pro pœna soluere iubemus. **S**iuē autē præfides, siue aliquis de eius cohorte lucri causa talē personam non præhenderit, aut præhensum non transmiserit, & hoc fecisse conuictus erit: denudatus cingulo, in exilium traditor. **P**RÆTEREA hoc quoq; ab omni magistratu obseruari iubemus, ut si scripto compræhensam iussionem nostram ad aliquem destinari magistratum contingat, & is medio tempore abeat magistratu: qui post illum magistratum inuit, pariter hanc suscipiat & insinuet, & quidem si priuata causa est: perinde eam impleat & exsequatur, quasi ad ipsum scripta foret. **S**i uero istiusmodi iussio ad publicū spectabit: examinet hanc, & si publicum nihil ex ea re detrimenti capiat: quæ in ipsa continentur, impleat. **S**in autem publico ea damnū minetur: nihil prorsus ex ea agatur, sed prius per suggestionem ad nos referat, ut altera in eō negotio à nobis depromatur iussio. **S**ed & si mandata à quocunq; magistratu sint edita, & prius, q̄ ea insinuentur, aut eum, qui mandatum dedit, aut cui mandata data sunt, contingat remoueri à magistratu: itidem is, qui in magistratum successit, hæc suscipito, & exsequitor, si legitime facta fuerint. **S**i uero cōtra legem, aut ad uersus rem publicam facta sint: pro infectis ea haberi iubemus. **Q**UONIAM VERO & hoc impietatis genus in diuersis reipublicæ nostræ locis admitti cognouimus, quod creditores debitorum filios aut sint pignoris loco, uel ad seruile detinere ministerium, aut etiam ipsorū locare operas: omnibus id modis prohibemus. **E**t iubemus, si quis tale quid deliquerit, ut non solum debito excidat, sed & in alterum tantum condemnetur, dandum ei, qui ab ipso detentus fuit, aut parentibus eius: & insuper à locorum magistratibus corporalibus subdatū supplicijs, quandoquidem liberam personam debiti nomine detinere, locarēue, aut pignori capere præsumpsit. **I**LLVD QVOQVE ad collatorum utilitatem corrigere nobis uisum est, ut si qua mulier in instrumento mutui marito suo consentiat, uel patrimonium suum subscribēs, aut etiam se ipsam reddēs obnoxiam: iubemus, ne tale ualeat aut obtineat, siue semel, siue sæpius huiusmodi aliquid in eo ipso fiat negotio, siue priuatum, siue publicum debitum sit: sed perinde habeatur, quasi neq; scriptum sit: nisi manifeste ostendatur, quod pecunia numerata

merata in proprios ipsius uxoris usus insumpta fuerit. **N**ECCESSARIUM autē putamus, ut & illud competente auxilio corrigatur, ne qua omnino mulier ab ullo magistratu qualibet de re includatur carcere, deturū in custodiam. **S**ed siquidem mulier pro publicis priuatisue debitis secundum legem actione petatur: uel per maritum, uel per se, uel per quamcunq; tandem personam uoluerit, legitime in iure respondeto, causamq; agitato. **S**ed & si uidua sit, aut uiro neq; initio nupserit: consimiliter mulieri licitum esto, ut uel per se, uel per quamcunq; personam uoluerit, secundum legem iura sua proponat. **Q**ui uero prædictorum aliquid hæc cōtra facere præsumpsit: eum iubemus, si maior magistratus sit, uiginti librarum auri: si minor, decem librarum auri pœnæ obnoxium esse. qui uero in prædictis functionibus ministerium ipsis præbuerunt: hi denudati cingulo, tormentis subdantur, mittanturq; in exilium. **C**æterum si mulier post legitimam citationem neminem instituere uoluerit, qui pro ipsa respondeat, aut etiam in iure litem persecuta cōdemnetur: ne sic quidē in carcere includatur, tradaturue custodiæ: sed ea, quæ leges iubent, in rebus ad ipsam pertinētibus procedant. **E**nim uero si crimen mulieri intentet, propter quod necesse sit eam tradi in custodiam: si quidem fideiussorē dare poterit, qui pro persona eius spondeat: habeatur ei sanè fides. **S**in iurauerit, fideiussorem se dare non posse: iuratoriam cautionem exponat de obseruatione iudicij. **S**i grauis crimen inueniatur, de quo instituitur accusatio: in monasterium aut asceterium conijciatur, aut tradatur mulieribus, per quas possit pudice & liberaliter adseruari, tantisper dū cognitio interponatur in causa: tuncq; demū cōtra ipsam procedat illa, quæ legibus definita sunt. **N**ullam enim mulierē pro pecuniaria causa, siue publica, siue priuata, proue criminali, ullo modo in carcerem mitti, aut uiris custodiendam dari concedimus, ne per huiusmodi occasiones pudicitia illarū depræhendatur affici contumelijs. **M**onasteriā planè aut asceteriam nullo actiōis genere è suis abstrahi monasterijs aut asceterijs cōcedimus. **S**I QVANDO adulterij crimen manifeste probatum fuerit: tunc transmissio libello repudij, iubemus, ut illarū pœnæ delinquentibus irrogentur, quas præscribunt leges: illis quoq; legitimis sustinētibus pœnas, qui quidē, uel internuncij uel ministri tam impio crimini exstiterunt. **P**ræter ea de substantia adulteri, si uxorem habeat, dos ei donatioq; ante nuptias conferuetur: aut si dotalia instrumenta non interuenerunt, portio, quæ prædicta defertur lege. **R**eliquam eius substantiam descendentes aut ascendentes (si qui sunt) usq; ad tertium gradum capiant secundū ordines & gradus suos. **S**i nulli huiusmodi supersint: fisco hæc addici iubemus. **M**ulier uero, quæ adulterium commisit, competentibus subdita pœnis, in monasterium conijciatur, atq; si maritus intra biennium eam recipere uoluerit: damus ei huius agendi licentiam, ut & in matrimonio eam habeat, neq; ullum ex hoc reuereatur periculum: matrimonio quoq; per ea, quæ medio tempore facta sunt, nō lædendo. **S**ed si prædictum tempus prætereat, aut maritus, anteq; uxorem recipiat, uitam finierit: iubemus, ut ea & tondeatur, & monasticū habitum assumat, & per omne tempus uitæ suæ in eo monasterio habitet. **V**nde si descendentes habuerit: duas quidem portiones substantiæ eius ipsi capiant, partiendas secundum legum ordinem: reliqua uero tertia pars monasterio assignetur, in quod conijcitur. **S**i descendentes non sint, sed ascendentes inueniantur, qui huiusmodi impiamento non fauerint, opemūe tulerint: hi trientē capiant secundum legum diuidendum ordinem: bes uero tribuatur monasterio, in quo talis mulier includitur. **S**i neq; descendentes, neq; ascendentes habeat, aut ascendentes tantē impietati opem tulerint: omnem eius substantiam capiat monasterium. **I**llo obseruando, ut per omnes casus marito pacta conuenta, quæ dotalibus cōprehensa sunt instrumentis, salua sint. **E**X QVO uero quidam nostram legem student transcendere, in qua specialiter causas enumerauimus, ex quibus solummodo libelli repudij uel à uiro, uel à muliere transmitti queant: iubemus, ne quo modo præter illas causas diuortia fiant, factæue confirmantur, aut matrimonia mutuo soluantur consensu, & uicissim alter alteri delictorum ueniam præbeat. **Q**uod si præter causas, quæ à nobis definitæ sunt, matrimonium aliqui dissoluere præsumpsit: iubemus, si quidem descendentes, uel ex eo ipso, uel ex alio matrimonio habeant: ut facultates eorum illis secundum legum ordinem tribuantur: & tam uir, q̄ mulier in monasterium per omne uitæ suæ tempus conijcatur, & de cuiusq; patrimonio quaternæ uncia assignetur monasterijs, in quæ conijciuntur: uiro nimirum ne uisum quidem fructum habēte in ea parte, quæ datur liberis. **S**i uero descendentes non habeant, sed ascendentes reperiantur: hi trientem substantiæ capiant, si tam impiæ solutioni matrimonij non consenserint. **B**es uero monasterio, in quod quisq; conijcitur, deputetur. **S**i neq; descendentes, neq; ascendentes fuerint, aut etiam ascendentes factō præbuerint assensum: iubemus, ut uniuersum patri-

* hæc leguntur in græco sup. const. 117.

monium monasterijs, in quæ coniecti sunt, detur: ne per huiusmodi uasfriciem & commentū tam iudicium dei habeatur contemptui, q̄ lex nostra præuaricationi pateat. Sed & eos, qui huiusmodi matrimoniorum solutionibus ministerium accommodant, aut eiusmodi illicita instrumenta composuerint, corporalibus pœnis subdi, & in exilium mitti iubemus.

Certe si qui matrimonium dissoluere conati sunt, rursus se matrimonij nexu copulari uoluerint, anteq̄ conijciantur in monasterium: damus eis huius agendi licentiā, & prædictas ipsis pœnas remittimus, ut & facultates suas retineant, & ita inter se uiuant, quasi nullū eius generis peccatum interuenerit. Item una persona matrimonium reuocare uolente, nisi altera cōsentiat, pœnæ contra eam obtineant, quæ noluit.

Atq̄ hæc omnia custodiri iubemus tā in regia hac urbe, q̄ in prouincijs, tam per comitem imperialium rerum priuatarum & scholā palatinorum, q̄ præfides in prouincijs, eorumq̄ cohortes. Scituris ipsis, quod si quid negligēter ad huiusmodi aliquod delictum animaduertent, neq̄ hæc ita obseruauerint: & publicati onem bonorum, & exilium sustinebunt. Eademq̄ hæc iubemus etiam religiosiss. locorū episcopos obseruare, ut prouidentia eorum traditæ personæ cōijciantur in monasteria, & monasterijs ex earum bonis præbeantur hæc, quæ à nobis definita sunt. **SI QVIS** autem de adulterio accusatus, uel per prodicionem iudicum, aut quocunq̄ alio modo legitimas pœnas effugerit, depræhendaturq̄ postea cum muliere, propter quam accusatus fuit, turpiter conuerfari, aut eam in matrimonium ducere: siue id uiuente adhuc marito, siue post mortem eius fiat: ne matrimonij robur accipiat, iubemus. Quin eum, qui tale quid delinquere ausus fuit, etsi prius effugerit, cuius tamen iudici præbemus licentiā, ut eū compræhendat, & post tormēta legitimis subiiciat supplicijs, nulla indigenti excusatione aut probatione. Et mulierem casti gatam detonsamq̄ iubemus in monasterium conijci, & per uniuersum illic uitæ suæ tempus manere. utriusq̄ uero substantiam prædicto ordine diuidi, tam periculo uel magistralibus præ diximus) comitis rerum priuatarum, q̄ locorū præsidis. **QVIA** uero humani nos generis imbecillitatē oportet protegere: ut corporales pro parte pœnas minuamus: interdici mus, ne utraq̄ manus alicui, aut etiam uterq̄ pes amputetur, aut huiusmodi supplicia inferantur, per quæ resoluantur artus: quandoquidem artuum resolutio grauior est, q̄ utriusq̄ manus amputatio. Quapropter iubemus, ut si quid huiusmodi delicti admittatur, propter quod leges delinquentibus mortem inferunt: pro tenore legum is ipse pœnas sustineat.

Si uero eiusmodi delictum fuerit, quod morte dignum non sit: alia ratione castigetur, aut mittatur in exilium. Si delicti qualitas amputationem membri exigat: una duntaxat manus amputetur.

Pro furto autem prorsus nolumus, ut ullum membrum amputetur, aut mors irrogetur, sed alia ratione castigatio procedat. Fures uero appellamus eos, qui clam & sine armis talia delinquant. Eos enim, qui uiolenter grassantur, uel cum armis, uel sine armis, siue in domo, siue in uia, siue in mari: legibus compræhensas sustinere pœnas iubemus.

UT autem non solum corporales pœnæ, sed etiam pecuniariæ moderatiores fiant: sancimus, si illi, qui in iudicio postulatur de criminibus, in quibus leges publicationē bonorum aut mortem definiunt, conuincantur aut condemnentur: ne bona ipsorum uel magistratibus, uel eorū cohortibus lucro cedant, sed neq̄ secundum ueteres leges addicantur fisco: sed si quidem descendentes habeant, ut hi bona obtineant: exceptis ijs, quæ per tale ipsi delictum acceperunt.

Si nulli descendentes subsint, sed ascendentes: usq̄ ad tertium gradum & ipsi obtineant.

Sin uero qui ita damnati sunt, uxores habeant: omnibus modis iubemus, ut hæc tam dote, q̄ donationē nuptialē capiāt.

Sed & si sine dote huiusmodi personis fuerint in matrimonio: legibus nostris definitam portionem ex uniuerso damnati patrimonio capiant, siue liberos habeant, siue non.

Quod si neminem prædictorum habeat is, qui deliquit: tunc fisco bona eius addici uolumus. In his tamen, qui perduellionis crimine damnati sunt, ueteres conseruari leges uolumus.

Prouidentiam igitur adhibeto gloria tua, ut præsentem sacram legem nostram & in alma hac urbe proponat, & per prouincias mittat, insinuetq̄ harum præsidibus: quomāgis omnes subditi intelligant, quantam pro ipsis geramus prouidentiam.

NE QVIS COGATUR BONIS CEDERE. Constit. CXXXV.



Quibus maxime rebus diuinum à nobis numen placari perhibetur, ea sanè inter subditos iugiter incrementū accipere atq̄ elucescere cōtendimus. Zosari us quispiam ex Mysis oriundus, cum lachrymis porrectis precibus, nos edocuit, quod

quod cum pecuniarum publicarum pariter & priuatarum nomine conuentiones experiretur, à clariss. prouinciæ præfide cum contumelia * & quidem sola. neq̄ em̄ creditur de ijs pecunijs proprietarum rerum suarū persecutionis libellos oblatū iri, id quod iniustissimum habetur, & inter ea capitula, quæ cum primis adferunt molestiam. Vbi enim locorum iustū est, ut is, qui in uniuersum ex accidēt, nō supina negligētia res suas amisisse traditus esset, denuo per uim ad ignominiosam uitam transponatur, & ad quotidiani uictus, neq̄ non (ut licet conijcere) amictus corporis inopiam adigatur? De his edocti, alacriterq̄ cupientes id, quod deterius est, per melius corrigere, quo magis ea re omnium optimus deus cōcilietur, neq̄ calamitosi aliquid nostris geratur inq̄ usu habeatur temporibus: sancimus, ut nemini gloriosiss. aut magnificentiss. magistratuum liceat rei causa cessionis bonorum necessitatem alicui eorum inferre, qui de prædictis causis iudicium sustinent, aut huiusmodi contumelijs uti ac prætextibus, perinde quasi dum corporis supplicij ipsi remittitur, maluerit rerū suarū amissionē capessere potius, q̄ cū inopiæ iugo itidem ad mortē usq̄ præmi opprobrio ignominia. lustrandum tamē per adoranda præbeat eloquia, quod nullam rerum causa occasiōē aut aurum reliquum habeat, unde æris alieni supplementum faciat. Præterea si qua ipsi iura lex uel ex hæreditate, uel cognatorū donatiōe in rebus mobilibus præster, in quarū possessione nondum constitutus sit, competere tamen ipsi uideantur, possintq̄ creditores uel partem ex ijs, uel etiam totum colligere, extra tamen res uxoris: reuera hoc fiat, siquidē ad ipsos pertineant, creditoribusq̄ huiusmodi actionum uindicandi, & in personam eius, qui aliquando iurium futurus sit dominus, actiones instituendi, siue præsens debitor est, siue non, & (ut simpliciter dicamus) quo ad actionem & uindicationem rerum, cōsistendi in persona eius, quæ ita fuerit obnoxius, licentia sit. Diligens itaq̄ & uirtutis amās magnificentia tua, ea, quæ tam pie nobis placuerunt, obseruato: decem librarum auri multam ei, qui ex ijs aliquid, quæ de his à nobis sancita sunt, transgredi præsumpsit, irrogans. Neq̄ enim absq̄ periculo erit, sed & uitæ periculum inferetur ijs, qui uel sola cogitatione tēnus ea, quæ iuste à nobis per hanc sacram exprimuntur legem, transilire attentauerint.

DE ARGENTARIORVM CONTRACTIBVS. Constit. CXXXVI.



Qui in corpore ac collegio consistunt argentariorum huius almæ urbis, hi supplētes apud potentiam nostram facti, de multis nos capitulis perierunt, potiri cupētes auxilio, ut qui cum multis se utiles præbeant, nihil aliud exinde habeant, quàm constitutæ pecuniæ & mutui obligationes ex omni parte periculi plenas.

Nam cum sacra nostra existat constitutio, quæ uult, ut exactiones ordine fiant, ac primū quidem principales rei & res eorum excutiantur, deinde uero & fideiussores, & mandatores, neq̄ non constitutæ pecuniæ rei: ab hac legislatione ipsorum eximi consortium, & pati omnium grauiissima, si ipsi quidem constitutionis auxilio uti nequeāt, sed protinus exigantur: cū uero constitutæ pecuniæ obligationes ab alijs percipiāt, non item ipsi satisfaciant, qui pecuniā cōstituerint, mādatores uel in eā rē, aut fideiussores extiterint, & cōueniens putetur nostram ipsis constitutionem opponere. Sancimus igitur, ut cum aliqui ex his, qui argentariæ mensæ præpositi sunt, mutuam alicui pecuniam dederint, & uel constitutæ pecuniæ reos, uel fideiussores, uel mandatores in eam rem acceperint, opponaturq̄ ipsis constitutio, & ordo per eam introductus: nihilominus & in ipsis constitutio obtineat, nisi speciale pactum fecerint, ut creditori licentia sit tam principalem debitorem, q̄ mandatorem, atq̄ fideiussorem, & constitutæ pecuniæ reum conueniendi, non expectato constitutionis gradu. Propter ingens enim illud studium, quod argentarij circa publicos contractus adhibent, huiusmodi pacta cōuenta admittimus: cum non uideantur contra legem esse, propterea quod unicuiq̄ integrū est his, quæ ipsi à lege data & concessa sunt, renunciare. Proinde sicubi tale pactum fiat: licitum ipsis esto, tam principalem debitorem, q̄ mandatorem, & fideiussorē, atq̄ alias porro personas cōuenire. Ut quidem si nullū pactum adscriptum sit, penitus & in ipsis ualeat cōstitutio. Si pacta uero adscripta sint: simul formam ac regulam addant contractui, simul exinde inferatur exactio.

SECUNDVM uero ipsis capitulum de altera illa exceptione erat, quam pridē fecimus, cum quis argentariæ mensæ præpositus militet, aut filios suos militare faciat, ut nequeant eo militates ipsorū filij uti, quasi non ex paternis, aut aliunde quæsitis pecunijs militēt, sed creditorū: & petierunt, ut aut neq̄ in ipsis huiusmodi locum haberet præsumptio, aut ipsi

quoque eadem suppeterent, ut si quis mutuo ab ipsis sumpto militet, aut etiam eius filij, neque debitum possit aliunde dissolui, uel ex istiusmodi militia eius aut filiorum exactioe satis ipsis fiat.

Nos igitur cum neque simpliciter legem proposuerimus, sed cum certa cautela: neque facile subverti ipsam sustineamus: sancimus, ut sacra constitutione ualente, neque hac presumptione, quae secundum sacram constitutionem contra ipsos protenditur, sublata: quandoquidem multi, cum contrahunt, non suis omnia pecunijs facere uideantur: habeant & ipsi hoc privilegium, ut si quis militet, aut eius filij, ipsius quidem militia omnibus modis obnoxia teneatur, si de numero earum sit, quae uen di solent. consimiliter autem & filiorum, nisi manifestissime ab ipsis comprobetur, quod uel ex matris filiorum bonis, uel ex principali largitate militia ipsis accesserit. nam si debitum aliunde dissolueri nequeat: tunc argentariae mensurae praepositis etiam ex filiorum militia satis fiat: siquidem ipsorum gratia hanc legem proponimus, oppositae praesumptioni, quae ex constitutione nata est. Et quemadmodum illa praedicta contra ipsos praesumptionem effecit: ita & nos contrarium ipsi remedium addentes, his solummodo, qui de praedicto consortio sunt, liberalitatem nostram explicamus propter communem ipsorum utilitatem, quam in contractibus exhibent, dum multis se periculis immiscet, ut ingruentibus aliorum necessitatibus medeantur.

PORRO neque illud abs re dicere uisi sunt, si cuiquam mutuentur, aut etiam praeteri to tempore mutuati sint ad nonnullarum mobilium, aut immobilium rerum emptionem, & certam auri summam dederint: ut prorsus ipsi ea in re potiora iura habeant, neque distortionem aliqua tentent: sed simulac ostenderit suis pecunijs eam rem comparatam esse, neque possint debitores pecunia ipsis numerata satisfacere: res istiusmodi pecunijs empta perinde ipsis addicatur, quae si reuera ab ipsis emptio celebrata foret, & nuda emptoris appellatio fuisset adposita. Neque enim iustum est, ut qui tam largiter pecunias suas profundunt, non item primum & extra omnem controuersiam positum ordinem in rebus sua pecunia comparatis teneant: duntaxat si in contractibus scriptura interueniente celebratis hypothecae aliqua facta sit mentio. hoc namque si obser uauerint: totum habituri sunt, quod a nobis petierunt. imo uero etiam amplius, quam petierunt: si quidem omnibus praestantiora ipsis iura in istis rebus concedimus, quae ipsorum pecunijs emptae probantur.

Si tamen contractus factus sit, aut fiat, nulla scriptura interueniente, ipsi quoque uel pecuniam numeratam dederint, uel (quod maxime apud argentariae mensurae praepositos fieri consuevit) species aliquot mundi forte muliebris, aut argenti, quod ob eiusmodi datur uen diturum, pro quo tamen premium nondum perceperint: tunc liceat ipsis haec tanquam sua uindicare, et si hypothecatum ius in istis non habeant. neque enim illi possidebunt aliena: & cum aurum pro precio non soluerint, frustra detinebunt ea, quae ipsis ab alijs tradita sunt: sed siue ad haereditas transmitterint, haereditas eorum pro ipsis, uel ipsa data reddent: siue ad haereditas non peruenierint, licebit haec ipsis uindicare, nulla contra ipsos hypotheca in eorum rebus, quae per alios forte quaesita sunt, ualitura.

QUIA UERO legem tulimus, ne argentariae mensurae praepositi ultra bestes usuras foenerarentur, docuerunt autem nos, quod cum sine scripto foenerari soleant, hi deinde illiberales se circa usuras praebant, propterea quod & mutuam sine scripto contractum, neque stipulatio interposita sit: scilicet iuxta illud, quod uulgo dicitur, non conuenire, ut usurae citra interpositam currant stipulationem: quamquam multi casus sint, in quibus uel sine stipulatione & ex pacto nascatur usurarum obligatio: nonnunquam etiam haec, tamen non ex pacto, sed suapte sponte introducuntur, tamen exigantur: propterea sancimus, ut usurae ipsis non solum ex stipulatione, sed etiam absque scripto praebantur, nimirum tales, quales ipsos lex stipulari permittit, hoc est usque ad bestem centesimam. Nam qui omnibus propemodum indigentibus opere ferre parati sunt: hos utique per eiusmodi minutias iniuriam perpeti, iustum non fuerit.

INSUPER de hoc quoque nos instruxerunt, quod hi, qui cum ipsis contrahunt, cum instrumenta contractus & ratiocinia conficiunt, partim publice ea in foro componunt, partim ipsi propria manu conscribunt, partim ab alijs conscriptis subscribunt: petieruntque, ut si quid eius generis conscribantur, qui cum ipsis contrahunt, teneantur obnoxij, & ipsis satisfaciant, neque possint hoc in usum assumere & dicere, quod tamen instrumenta, siue confessiones, siue ratiocinia omnia manu sua conscripserint, aut alijs scribentibus his subfignarint, aurum tamen, quod in istis comprehenditur, datum non sit: & ut exinde hypothecas habeant, & bestes usuras quauis scriptae non sint, tamen percipiant. Nos itaque, quoniam eiusmodi communia ac publica sunt, & maiore consideratione indigent: respondemus ad haec, uti conueniens est. Et quidem si quis publicum instrumentum consecerit, aut totum propria manu conscripserit, aut etiam instrumentum uel ratiocinijs ab alijs conscriptis subscripserit: ut omnibus modis tam ipse, quam haereditas eius personalibus scilicet actionibus teneantur obnoxij, sancimus. Neque enim temere hypothecam

hypothecam dederimus his, qui de ea pactum non fecerint, nisi omnino in scriptura eorum, quae in bonis sint, comprobetur facta esse mentio, aut ipsi bona sua pignori opposuerint, aut saltem hoc simpliciter adiecerint, periculo eorum, quae in bonis habeant, aut denique aliquid prolocuti fuerint, aut conscripserint eiusmodi, quod intellectum quendam hypothecae adferat. tunc enim ipsis etiam hypothecam praebemus, ut neque legum nostrarum in uniuersum naturam perturbemus, neque ipsos tolerabili defraudemus auxilio. Usurae sane, siquidem certas pepigerint, pactae praestentur. si uero duntaxat scriptum fuit, quod foeneraticium creditum exstiterit: nequeant contrahentes dicere, quod ex quo usurae finitae non sunt, propterea & debitum sterile haberi debeat: sed ex praesumptione ita celebretur exactio, quasi bestes usurae expressis uerbis nominatae sint. atque hoc quidem de cetero obseruetur. In ratiocinijs uero, quae iam confecta sunt, etsi nulla usurarum habita sit mentio: tamen quia manifestarium est, quod apud argentariae mensurae praepositos solummodo contractus sub usuris ineatur, cum non possit, qui ipse usuras dependit, sine usuris dare impendia: liceat ipsis bestes usuras expetere, ut tamen de cetero obseruent ea, quae praesens ipsis sacra lex largitur. In illo utique casu nimis quam ipsis opem ferimus, ut si ratiocinia proferantur, quae expresse quaque causam habeant adscriptam, in quam aurum datum est, atque hic ratiocinijs ipsis subscripserit: etsi singulas in ipsis causas propria manu non scripserit, aut etiam confessionem de hoc aliquam, siue sub specie mutui, siue ex acceptilatione, siue etiam aliter, non consecerit: nequeat amplius ab eo, qui hoc fecit, singularium causarum particulatim probationes exigere: nisi forte ex abundantia uel uel ipsi, uel creditoris haereditas iusurandum deferre. hoc enim solum ei concedimus: intra tamen ea tempora, quae exceptioni non soluta pecuniae attributa sunt. Nam si id quoque tempus praeterire contigerit, neque iureiurando ipsos grauamus: id quod etiam in generalibus legibus descripsimus. quamquam ne hoc quidem ex usu erat nam eum, qui propria manu uel scripsit, uel tradidit ratiocinia, quomodo iustum fuerit putare ita dissolutum exstiterit, ut quae data non essent, pro datis scriberet? Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur legem, ea tam gloria tua, quam quicumque praeterea reipublicae nostrae magistratus, inuiolata custodire in perpetuum studeto: decem librarum auri poena imminente his, qui haec uel transgrediuntur, uel transgredi patiuntur.

Desideratur hoc loco constitutio.

DE INTERPRETATIONE A PRINCIPE FACTA. ET

ut usurae particulatim solutae duplum fortis non excedant.

Constit.

CXXXVIII.



Raefens constitutio declarat, quod neque usurae, quae per partes soluuntur, duplum debitae fortis excedant. Item quod omnis sacra & principalis interpretatio uim legis obtineat.

REMISSIO POENAE ILLICITE CONTRACTA

rum nuptiarum.

Constit.

CXXXIX.

In nomine domini Iesu Christi dei nostri.

Imperator. Caesar. Flauius. Iustinianus Aug. Floro.



Etulit ad nos gloria tua, incolas Syndyos pagi, neque non Hebraeos in Tyro insula, illicitis contractis nuptijs, in sacram nostram incidisse constitutionem, nec secundum ea, quae de hoc constituta sunt, quartam bonorum suorum partem inferre: iamque ex istis nonnullos in tertia aetate consistere, & filiorum patres esse, ac propterea cum lachrymis supplicasse, ne nunc tandem uxores a se dimittere compellantur: sed ut tam ipsas retineant, quam qui ex ipsis procreati sunt filij, aut procreabuntur, successores eorum existant, neque ullam exinde reuereatur poenam. Sancimus igitur, ut pro huiusmodi indulgentia propter praefatas causas singuli denas auri libras praebant. ipsi quoque uel solis maior illa poena remittant, & tam uxores, quam qui exinde nati sunt, & (ut potest fieri) postea nascentur, successores habeant. neque id a nobis in exemplum alijs sancitum intelligatur: sed quocumque alio scituro, quod si quid tale petierit: ultra hoc, quod petitis non potietur, etiam facultates amittet,

G iij

tes amittet,

res amittet, atque insuper corporalibus poenis exceptis, perpetuum incolet exilium. Nemo autem his, qui a nobis nostra dignati sunt indulgentia, aut eorum uxoribus, existētibus uel futuris filiis, aut bonis, siue ex iudiciaria sententia, siue alio quocumque modo inquietudinem inferat. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram nostram declarantur legem, quae & uigore habet specialis nostri indulti, ea studeo gloria tua effectui & fini tradere.

Desideratur hoc loco constitutio.

EDICTVM DE HIS, QVI LVXVRIVNTVR CONTRA naturam. Constit. CXXI.

Imp. IVSTINIANVS A. Constantinopolitanis.



Um semper omnes benignitate ac bonitate dei indigeamus: tum uero maxime hoc tempore, cum propter peccatorum nostrorum multitudinem uarijs ipsum modis ad iracundiam prouocauimus. Et quantum minatus est, & clare ostendit, quibus secundum peccata nostra digni effemus: tamen clementer nobiscum egit, iramque suam in aliud tempus reiecit, nostram expectans poenitentiam, ut qui nolit mortem nostram peccatorum, sed conuersionem & uitam. Quapropter iustum non fuerit, ut omnes nos opulentiam bonitatis ac tolerantiae & longanimitatis benigni dei contemnamus, ne in obduratum & poenitentiam refugiens cor nostrum iram nobis in die irae accumulemus. sed cum omnes improbis studijs & actionibus abstinemus, tum uero maxime qui abominabili illa & merito deo exosa, atque impia actione coputruerunt. loquimur autem de stupro masculorum, quod nonnulli mares sacrilego & impio ausu praesumunt, cum masculis perpetrantes turpitudinem. Scimus etenim, sacris scripturis edocti, quam iustum deus supplicium his, qui olim in Sodomis habitabant, propter hunc ipsum in commissione furorem intulerit, ut in hunc usque diem ea terra igni conflagret inextinguibili: deo per hoc nos erudiente, ut legibus contrariam hanc actionem auersemur. Rursum scimus, qualia de huiusmodi diuus dicat apostolus, qualiaque reipublicae nostrae leges promulgant. Unde omnes, qui timori dei intenti sunt, conuenit, ut a tam impia & scelestae actione abstineant, quam ne in brutis quidem animantibus admissam reperire est. Et qui quidem nihil tale sibi conscij sunt, hi & in posterum eo se pacto conseruent. Qui uero hoc morbi genere contabuerunt: illi non solum de cetero peccare desinant, sed etiam rite agant poenitentiam, & coram deo procidant, & morbum beatiss. patriarchae renuncient, rationemque curationis percipiant, & (prout scriptum est) fructus producant poenitentiae, ut benignus deus pro opulencia miserationum suarum dignetur nos quoque benignitate: & omnes illi agamus gratias de poenitentium salute, quos modo iussimus, ut etiam magistratus persequerentur, conciliantes sibi deum, qui merito nobis irascitur. Et quidem scientes prudentesque ad sanctorum dierum reuerentiam benignum deum obsecramus, ut ita hi, qui impiae huius actionis ceno coinquinati sunt, poenitentiam capessant, ne alia nobis persequendi eius flagitij praebatur occasio. Praedicimus autem omnibus deinceps, qui huiusmodi alicuius sibi peccati conscij sunt, nisi peccare desierint, & se ipsos renunciantes beatiss. patriarchae, salutis suae curam gesserint, pro tam impijs actionibus deum intra sanctum festum placantes: quod acerbiora sibi accersent supplicia, nimirum qui nulla de cetero uenia digni habebunt. Neque enim de eius rei inquisitione ac correctione quidquam relaxabitur, negligentius tractabitur contra eos, qui intra sanctum festum se non detulerint, aut in tam impia actione perstiterint: ne si omisso circa id animo simus, deum contra nos iritemus, quod caecutientibus oculis transmissimus actionem tam impiam, ac prohibitam, & quae maxime idonea sit, ut bonum illum deum in omnium perniciem ad iram prouocet.

DE HIS, QVI EVNVCHOS FACIUNT. Constit. CXXII.

Imp. IVSTINIANVS A. Marthanae.



Supplicia, quae ab aliquot retro principibus contra eos, qui eunuchos facere audebant, constituta sunt: omnia sane manifesta existunt. Ex quo enim nonnulli rationem salutis suae non habentes, ante paruum admodum tempus ausi sunt tam impium

impium in se delictum admittere: propterea & nonnulli meritis de se dederunt poenas, alij post irrogata supplicia etiam in exilium missi sunt. Verum enim uero quia ne sic quidem a tam impia actione temperatur, sed in tantam multitudinem hoc flagitij genus excurrit, ut saepenumero e multis uix pauci euadant incolumes, usque adeo, ut quidam ex his, qui seruati fuerunt, sub nostro aspectu deposuerint, e nonaginta aegre tres seruatos esse: quis obsecro in tantum salutis suae contemptor existit, ut haec despiciat, & inulta relinquat? Nam si leges nostrae eos etiam, qui gladium contra aliquem distringunt, supplicij subdunt: quomodo impune conuiuentibus praeterire oculis possimus tot perpetratas caedes, & factum contra deum pariter & leges nostras praesumptum? Inde adeo necessarium duximus eos, qui huiusmodi facere ausint, exquisitius per hanc legem persequi. Sancimus igitur, ut qui in quocumque reipublicae nostrae loco quamcumque personam castrare praesumunt, aut etiam praesumpserint: siquidem uiri sint, qui hoc facere praesumpserint, aut etiam praesumunt: idem hoc, quod alij fecerunt, & ipsi patiantur. & si incolu mes euaserint: tam bona eorum addicantur fisco per eum, qui pro tempore magistratum obit gloriae tuae: quam ipsi mittantur in gypsum, ubi locorum per omne uitae suae tempus esse debebunt. Sin uero mulieres sint, quae id egerint: afficiantur & ipsae supplicio, & bona eorum per eum, qui pro tempore gerit magistratum tuum, addicantur fisco, mittanturque in exilium: ut ex quo putauerint aut putant impium se lucrum assecuturas, ex eo supplicia simul & bonorum suorum amissionem sustineant. Porro & eos, qui ad hoc mandatum dederint, obtulerintque personas, aut etiam domos, uel locum aliquem ad hoc praebuerint, aut praebent, siue uiri sint, siue mulieres, eadem subire supplicia iubemus, utpote qui iniustae huius actiones testes facti sunt. Verum ipsos castratos tametsi a uetustioribus temporibus liberos esse oportebat: iubemus tamen, ut qui iam inde a decima indictione nunc ineuntis mensis per quemcumque in locis nostrae reipublicae castrati fuerint: liberi sint, neque ullo modo aut quouis genere contractus in seruitute retrahantur: neque ite instrumentum de ipsis uel publicum, uel priuata manu conscriptum, quocumque tandem modo aut per fraudem factum aut fiendum, ualeat. sed neque inquirendi illorum status causa cognitiones, quae anacrises dicuntur, de istiusmodi personis interponantur, aut interpositae ualeant. Sed & omnes eos, qui tali contractui in posterum ministerium praebent, superius traditas subire poenas iubemus. Praeterea si ueniatur, ut seruus propter morbum castratur: iubemus, ut & ille libertatem nanciscatur. Qui enim initio liberi erant, eos probabile est, cum in hoc genus morbi inciderint, sui potestate habuisse, ut quod uellet, sibi remedium adhiberent. Iubemus igitur, ut in nostra reipublica castrati iam inde a memorato tempore, apud quamcumque personam sint, liberali causa adserantur manu, & liberi sint, neque unquam in seruitute retrahantur. Ceterum si qui eorum post praesentem nostram legem aliquos detinere apud se castratos praesumpserint: damus etiam ipsis castratis licentiam, nimirum qui semel ex praesente nostra lege libertatem promeruerint: ut hic quidem maiestatem imperatoriam, & sanctiss. pro tempore patriarcham adeant, neque non apud gloriosiss. imperij nostri proceres relationem ea de re instituant, in prouincijs uero apud religiosiss. locorum episcopos & harum praesides: quo magis prouidentia omnium nostrorum magistratu, & periculo obtemperantium ipsis cohortium (siue Constantinopoli, siue alibicumque locorum nostrae reipublicae) his secundum libertatem dentur uindictae, libertasque ex praesente nostra lege ipsis largita conseruetur. Nam tot caedes conuiuentibus oculis accipere per causam eorum, qui talia in nostra praesumunt reipublica, neququam sustinuerimus. Si enim barbari, simulatque nostra de hoc audierunt mandata, haec custodierunt: quomodo tandem permittemus, ut post tot retro principum sanctiones tale quid denuo delinquatur, & inultum relinquatur in nostra reipublica? Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram generalem declarantur legem, ea tam hic, quam in prouincijs gloria tua manifesta pariter faciet & conseruabit.

DE MULIERE RAPTVM PASSA. Constit. CXXIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Arcobindo gloriosiss. praetorium praefecto, ex praefecto almae urbis, & ex magistro militum.



Egis interpretationem culmini tantum principali competere, nemini uenit in dubium: cum promulgandae quoque legis auctoritatem fortunae sibi uindictae eminentia. Meminimus itaque pro raptu mulierum, siue iam desponsatae fuerint, uel maritis coniunctae,

coniunctæ, siue non, uel etiam si uiduæ sint, legem antea posuisse: & capitis subiecisse supplicio non tantum raptores, uerum etiam comites eorum, nec non alios, qui eis auxilium tempore inuasionis contulisse noscuntur. & non tantum parentibus mulierum, uerum etiam consanguineis, & tutoribus, & curatoribus huiusmodi dedisse per eandem legem uindictam. & præscriptis pœnis locum dedisse, si iam nuptæ uel desponsatæ mulieres rapiantur: cum non solum raptus mulieris, uerum etiam adulterium per huiusmodi temeritatem committitur. Et super alias pœnas raptoris etiam, necnon aliorum, qui cum eo fuerint, patrimonium raptæ mulieri uindicari, per eandem legem præcipimus: ut dotis etiam marito legitimo dandæ copia per raptoris ei ministretur substantiam. Illo quoque specialiter adiecto, ut nulla sit mulieri uel uirgini raptæ licentia, raptoris eligere matrimonium, sed cui parentes uoluerint (excepto raptore) legitimo matrimonio copulari: nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptæ permessa, raptoris se coniungere matrimonio, sed parentes etiam, si tali consenserint matrimonio, deportari præcipimus.

Sed mirati sumus, quod conati sunt aliqui dicere, raptam mulierem, siue uolentem, siue nolentem: etsi raptoris matrimonium contra nostræ constitutionis tenorem amplexa sit: debere tamen eam raptoris habere substantiam, uel quasi legis præmium, uel ex testamento forte, si hoc etiam factum esse contigerit, qui enim talia dicere præsumperunt, hi prædictæ legis seriem intelligere non potuerunt. Qui enim tale stare matrimonium, etsi rapta uoluerit, prohibuimus, & ob hoc parentes raptæ mulieris deportationis subiecimus pœnæ, si huiusmodi consenserint matrimonio: quomodo raptas mulieres, raptorum eligentes connubium, præmijs honorassemus raptæ datis mulieri? Superfluam igitur eorum dubitationem uel in posterum resecentes: priorē per præsentem legem interpretari censuimus:

Sancimus itaque, si rapta mulier, cuiuscumque sit conditionis uel ætatis, raptoris nuptias eligendas esse cœsuerit, parētibus præsertim non consentientibus: nec ex beneficio legis, nec ex testamento raptoris hæreditatē suscipere, uel quocumque modo substantiā uindicare: sed præmiū, quod per legem nostram raptæ mulieri datum est, ut raptoris, & eorum, qui ei auxilium tempore inuasionis præbuerint, bona uindicet: hoc ad parentes, si ambo, uel unus supersit, qui nuptijs specialiter non probatur consensisse, ex tempore raptus ipso iure transferri, & patrimonium raptoris non raptam iam habere mulierem, quæ cōiugio se raptoris inquinare non piguit, sed in personas transferri, quas superius nominauimus, ei non consentientes cōiugio. Nam nefarios huiusmodi coitus pœnis corrigi, non præmijs honorari conuenit. Quod si parentes iam decesserunt, uel huiusmodi sceleri consenserunt: substantia raptoris, necnon & aliorum, qui facinoris fuerint participes, fisci iuribus uindicet. Quam interpretationem non in futuris tantummodo casibus, uerum in præteritis etiā ualere sancimus, tanquam si nostra lex ab initio cum interpretatione tali à nobis promulgata fuisset, præfecte charissime atque amantissime. Quæ igitur per hanc legem nostra statuit æternitas, tua celsitudo effectui mancipari obseruarique præcipiat.

DE SA-



M impiam Samaritanorum hæresin, & omni ratione carentem horum uesaniā ad meliorem frugem perduceremus, neque non ipsorum animas, quo detinentur morbo, liberarem: sed penumero tam pietatis princeps pater noster, quam etiam nos ipsi studio habuimus. Sed in plerisque horum non potuimus id, in quod longo studio incubuimus, effectui tradere. Euaferunt enim in tantam nonnulli eorum uesaniā, ut uel saluari baptismo dignati, denuo ad id mali, unde discesserant, redierint, & eadē cum Samaritanis habere in precio, eodem cum ipsis agitari furore dinoscantur. Præclarum igitur nobis uisum est, ueterem illam & prius contra ipsos propositam patris nostri legem renouare. Ac propterea sancimus, ut ipsi neque ex testamenti tabulis, neque absque ipsis hæredes fiant, legatæ uel capiant, aut donationis titulo rem aliquam nanciscantur. Sed neque Samaritani, aut in uniuersum hæretici, qui ne rectam se Christianorum fidem amplecti simulant, cum reuera neque ita sentiant, neque huic consentanea faciant: ad hæreditatem ab intestato uocati, successorem habeant. Item neque testamenta conscribant, neque legata relinquunt, aut donent: nisi qui ea percepturi sunt, & recte de fide sentiant, & fideles sint operibus. Nam si nemo horum sit: iubemus, ut post ipsorum mortem horum bona ad sacratiss. pertineant ærarium. Unde & sacra illa forma, per indulgentiam ipsis à patre nostro concessa, quæ legis uicem obtinens, largitur ipsis, ut hæreditatem pariter adire & transmittere, item legatis honorari & legata relinquere possint: in posterum uacabit, neque prorsus ullam firmitatem habebit. Nam si huius se clementia indignos esse perhibuerint, qui Samaritanorum agitantur uesania: neminem alium, quam se ipsos accusabunt, cum à benignitate dei & seruatoris nostri Iesu Christi alieni sint. Liberalitates autem ab imperatoria olim maiestate ipsis concessas amittunt in hoc, ut ad meliorem mentem redeant, non ut perpetuò in peruersa hac opinione sua permaneant. Excipimus autem à præsentē lege rusticos, qui Samaritanorum opinionibus honorem habent: idcirco non ipsorum gratia, sed propter constitutionem prædiorum, quæ ab ipsis coluntur, propterque redditus & tributa, quæ exinde inferuntur publico, ut qui rusticitate seducantur. His etenim permitimus, ut tam ascendentes, quam descendentes, & ex transuerso cognatos suos hæredes legatariosque scribant, tamen si Samaritanorum errore detineantur: ut tamen fundos recte colant, quo magis & uberior exinde prouentus ad prædiorum dominos deferatur, & per ipsos ad fiscum. Sed & sine testamenti prædicti alter ad alterius hæreditatē perueniēt propter eandem causam. Quandoquidem etsi nemo horum inueniatur: nihilominus tamen uolumus, ut prædij dominus, in quo rusticus defunctus est, ab illo relicta capiat, & fisci locum teneat, utpote qui & pro illo publicis satisfacit tributis. Præterea Samaritanum omnino neque militiam capeffere concedimus, neque ad ciuilem administrationem accedere, neque postulare in iudicio, neque postremo in consortium desertissimorum assumi rhetorum, neque adolescentes instituire. Sed & si qui ex ipsis salutari dignati baptismo, ad pristinum denuo errorem reuersi, obseruare sabbata, aut etiam alia quædam agere uideantur, quæ coarguant per simulationem ipsos sanctum baptismum assumpsisse: eos proscribi iubemus, & in perpetuum tradi exilium. Iisdem quoque pœnis eos subdimus, qui contra rectam Christianorum fidem impium istis patrocinium præstiterint. Perpulchrum uero nobis uidetur, ut ad incontaminatum accurrentes baptismum non temere suscipiantur, sed cum quadam obseruatione, & instructione, quæ initiationis tempore fieri solet. Dicimus autem, ut qui omnino sensu aliquo bonæ doctrinæ tangi possunt, per duos primum annos in fide instituantur, & pro uiribus scripturas ediscant: tuncque demum sacro redemptionis offerantur baptismati, tam longi temporis poenitentia prorsus redemptionis fructum assecuti. Pueros autem admodum, qui per ætatem doctrinas intelligere nequeunt, etiam absque hac obseruatione sacro dignari baptismate admittimus. Porro nullus Samaritanus Christianum habebit mancipium: sed simulatque emptum fuerit, proximus in libertatem rapiatur. Quod si æque peruersa opinione mancipium, ut ipse dominus, fuerit: licitum ei esto, si Christianorum de fide sententiam exosculetur, ilico & Romana ipsum libertate potiri. Quæ igitur nobis placuerunt, & per præsentem declarantur legem: ea proponens gloria tua sollemnibus locis, effectui & fini contradi præcipito.

VT NULLAM DE CAETERO LICENTIAM DVX ALI-
quis, aut cohibendis uiolentijs præpositus habeat ad utranque Phrygiam acceden-

H di, aut

di, aut aliquos ipsis conuictos eo dirigendi, ut quosdam comprehendant. Sed neque earum prouinciarum incolae ad eos, qui tales magistratus in Lycaonia & item Lydia gerunt, decurrant, apudque ipsos contra aliquos querelam instituant: cum ciuiles magistratus abunde sufficiant ad huiusmodi emergentes casus persequendos. *Constit. CXLV.*

*Imp. IVSTINIANVS A. Arcobindo praetoriorum praefecto, ex praefecto
almae urbis, & ex magistro militum.*



Amet si assidue incidentibus rebus competens per singula remedium inuenimus: postea tamen, quae eius usus esse desinit, rursus priori nos ordini adiungimus, pro modo dumtaxat laborantis particulae medicina statuētes. Cuius generis quiddam & praesens sacra nostra lex innuit. Cum enim paulo ante partim perturbatione ordinum ac disciplinae publicae, partim latronum incursionem passim per utramque Phrygiam & Pisidiam fieri perdisceremus: ultra ciuilem administrationem functionemque his ipsis, atque insuper Lycaoniae & Lydiae, militarem etiam magistratum praefecimus: eum, cuius curae haec pars committeretur, Ducem nominantes, seu Biocolytam, hoc est cohibendis uiolentijs praepositum. Verum qui utramque Phrygiam & Pisidiam incolunt, dudum nos adierunt, dicentes grauiam quidem illa, quae olim admittebantur, iam desisse, neque latronum amplius receptacula per ea loca existere, neque hoc hominum genus in prouincijs suis enutrirī: onus autem excogitati a nobis magistratus se ferre non posse, cum hi, qui illi sunt in ministerio, crebro decurrant per prouincias, & certos homines comprehendant, damnataque inferant: & locis illis militaribus refertis tumultibus, prouincias ipsis penitus inhabitabiles reddi. Adeoque & multos ex ipsis, qui prouincias incolunt, lucrum sibi ex aliorum modestia adsciscentes, magistratus huius ueamento abuti, & innoxios praehendere, atque hac ratione perpetrare ea, quae iure ipsos facere aequum non est. Haec cum multoties apud nos protulerint: ipsos miserati, ad praesentem sacram nostram legem peruenimus, per quam sancimus, ut praedictae nostrae prouinciae (nempe Phrygia salutaris, Phrygia Pacatiana & Pisidia) de caetero ab hoc magistratu, quem pridem ipsis, neque non Lycaoniae insuper & Lydiae praefecimus, exemptae sint: neque ulla iam inde ab hoc tempore licentia sit his, qui illum magistratum gerunt, ut uel in ipsis prouincijs uersentur, quasi potestatem aliquam & imperium in eas habeant: uel aliquos de cohorte sua, aut alioqui sibi coniunctos illis dirigant, & quosdam praehendant. Sed neque ipsis, qui ex illis prouincijs originem habent, licentia sit, ut ad eos, qui utrumque eum magistratum gerunt, currant interque se mutuas querelas proponant, siue de pecunijs, siue de criminibus agitur: quae his, qui pro tempore eum magistratum gerunt, aut denique in cohorte ipsorum referuntur, triginta librarum auri poenam formidantibus: nobis uidelicet omnem illis ad praedictas prouincias aditum intercludentibus. Vnde neque iussiones in illis prouincijs, aut contra illos, qui eas incolunt, edent: neque alioqui quidquam eorum, quae ad ipsos referantur, sibi uindicet: sed contenti erunt Lycaonia & Lydia, his solis imperitantes, quemadmodum initio magistratum ipsorum duabus hisce prouincijs inclusimus, nulla illi in utramque Phrygiam & Pisidiam potestate data. Omni enim exinde proueniente difficultate prouincias illas liberamus: ciuilibus magistratibus omnia persequentibus, siue ad pecunias, siue ad crimina spectent. Scituris ipsis, quod si perpetrato aliquo latrocinio in illis locis, aut aggressura, ereptisue rebus, competenti animaduersione factum profecti non fuerint, & id, quod ereptum est, uindicauerint: de suis facultatibus emergens inde damnum re sarcire compellentur, siue magistratum adhuc gerant, siue eum deposuerint. Quapropter etsi is, qui in Lycaonia & Lydia militarem magistratum sustinet, posteriore tempore, uel ipse ausit ad praedictas a nobis prouincias accedere, uel aliquem de cohorte sua mittere: licentiam damus ciuitatum episcopis, ut ipsum, aut ab ipso missos accedere uolentes arceant, locisque abigant, ut qui in uniuersum per praesentem sacra id facere legem prohibiti sunt: ultraque hoc, quod trium librarum auri poena tam ei, qui pro tempore eum magistratum tenet, quam quibus iniunctum est, ut dicto illius audientes sint, incumbet, si tale quid uel ipse iusserit, uel quispiam in hoc ministerium praebere ausus fuerit: & insuper ultra amissionem magistratus, circa ipsam etiam periclitetur substantiam. Gloria itaque tua cognoscens ea, quae per praesentem sacram a nobis legem sancita sunt: tam decreta his consentanea faciet, quam edictis & iussionibus utetur ad prouinciarum rectores, & ciuitatum episcopos, ut & oppidatim haec lex proponatur, & omnibus manifesta fiat, quae occasione huius nobis placuerunt.

DE HE.

DE HEBRAEIS, QUOMODO OPORTEAT EOS
scripturas legere. *Constit. CXLVI.*

Imp. IVSTINIANVS A. Arcobindo gloriosissimo, praetoriorum praefecto.



Aequum sane erat, ut Hebraei, cum sacris libris aures praebent, non leuiter & rebus solummodo gestis delectarentur, sed reconditos in ipsis sensus spectarent, per quos magnum illi deum & seruatorem humani generis Iesum Christum annunciant. Verum enim uero quamuis dum commentis inter ipsos interpretationibus se committunt, in hunc usque diem a recta sententia aberrarunt: quia tamen didicimus habere ipsos inter se controuersiam: non sustinimus eum tumultum relinquere ipsis in compositum. Siquidem per interpellationes, quae ad nos referuntur, didicimus, quod ex ipsis quidam sola lingua tenentur Hebraica, eaque utendum esse in sacrorum librorum lectione uolunt, quidam etiam Graecam assumendam contendunt: & longo iam tempore ea de re seditiones inter se agitant. Nos igitur de hac controuersia edocti: meliores esse iudicauimus eos, qui graecam etiam linguam in sacrorum librorum lectione uoluerunt assumere, & (uno uerbo) omnem denique linguam, quam locus accommodatiorem & magis familiarē reddat auditoribus. Sancimus igitur, ut in quibus omnino locis Hebraei sunt, Hebraeis, qui uolunt, licentia sit in eorum synagogis, Graeca etiam lingua, itemque patria hac forte, nempe Italica, aut quacunque alia pro loci ratione mutata lingua, sacros libros intelligentibus legere: quomagis per ipsorum lectionem intelligentibus tota dictorum series ordine manifesta sit, secundumque ea & uitam & studia sua instituatur: neque facultas sit ipsorum interpretibus, qui solam hebraicam assumunt linguam, ut suo arbitratu maliciose hanc tractent, uulgi ignorantia suam tegentes improbitatem. Enim uero qui Graeca lingua legunt, utentur interpretatione septuaginta, quae omnibus exactior est, & praeter caeteras multa continet occulta: praeterea uero propter id, quod in interpretando accidit, nam cum semper bini seorsim conclusi essent, & diuersis locis interpretarentur: unam tamen omnes compositionem ediderunt. Ad haec quis non illud in ipsis uiris admiretur, quod cum longo tempore salutarem apparitionem magni dei & seruatoris nostri Iesu Christi praecesserint: tamen illam futuram quasi praesentibus cernentes oculis, prophetica quodammodo gratia ipsos circumfulgente, sacrorum illi librorum interpretationem accommodauerunt? Atque haec quidem omnes praecipue utentur, ne tamen in eam opinionem ueniant, quasi caeteras interpretationes excluderimus: damus illis licentiam, ut etiam interpretatione Aquilae utantur: tamen si ille diuersae nationis fuerit, & in nonnullis dictionibus non mediocrem cum septuaginta habeat differentiam. Quae uero deuterosis, quasi secundaria traditio ab ipsis dicitur, in uniuersum interdiciamus, ut quae sacris libris comprehensa non sit, neque desuper tradita per prophetas, sed excerpta quaedam uirorum contineat, qui terrena dumtaxat loquuntur, neque quidquam in se diuini habeant numinis. Sed & ipsas utique sacras uoces legant, cum sacros libros uoluunt: neque caelantes ea, quae inibi prolata sunt, extrinsecus assumant nusquam scriptas uocum inanitates, ab ipsis ad perditionem simpliciorum excogitatas. Vnde hac a nobis praebita licentia: neque aliquibus omnino subdatur dispendijs hi, qui Graecam & alias linguas assumunt, neque ite ab illo prohibebuntur. neque qui archipherecitae, aut seniores interim, aut etiam magistri apud eos appellantur, licentiam habebunt, ut uasfris quibusdam commentis aut anathematismis id prohibeant: nisi uelint corporalibus castigati poenis, atque insuper bonis spoliati, uel inuiti consentire nobis, qui & praestantiora, & deo magis accepta uelimus iubeamusque. Certe si quis impias & sacrilegas uocum inanitates introducere attentauerit, & uel mortuorum resurrectionem, uel iudicium extremum negare, aut affirmare, quod figmentum & creatura dei per angelos subsistat: hi uolumus, ut etiam omnibus locis expellantur: neque tam maledicam uocem emittant, qui in uniuersum ipsa etiam cognitione dei exciderunt. Eos enim, qui huius generis aliquid proloqui pertentauerint: omnium acerbissimis supplicijs subijcimus, introducto per hos errore gentem Hebraeorum depurgantes. In uotis autem habemus, ut per hanc & illam linguam sacris libris praebentes aures, & interpretum peruersitatem obseruent, neque solis attendant literis, sed res etiam ipsas degustent, & sacratiores omnino sensus percipiant: quomagis & quod praestantius est, addiscant, & aliquando decipi, atque ab eo, quod omnium praestantissimum est, nempe in deum fiducia, aberrare desinant. Propterea enim omnem ipsis linguam ad sacrorum librorum lectionem aperuimus, ut si omnes ordine eorum scientiam amplectantur, ad meliora perdiscenda reddantur aptiores: cum in confesso sit, multo paratiorem ad

H ij meliora

meliora discernenda & capeffenda esse eum, qui sacrorum librorum lectione innutritus, non longe à correctione, & ut ad bonam frugem perducatur, dissidet: quæ qui nihil horum intelligit, sed ex solo religionis nomine dependet, eiq; tanq; sacræ adhæret anchoræ, & scientiam dei putat in sola sectæ appellatione uersari. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea obseruabit tam gloria tua, quam cohors tibi obtemperans. obseruabit autem & qui pro tempore in fastigium magistratus tui collocabitur. neq; cõmitter, ut hebrai cõtra hæc faciant. sed & eos, qui obstiterint, & omnino prohibere attentauerint, corporalibus primum pœnis subditos, ademptis etiam bonis, compellet incolere exilium, ne quando insolentius se & temerario ausu contra deum pariter & maiestatem imperatoriam efferat. Utetur aut & iussionibus ad prouinciarum præfides, adiungens ipsis legem nostram, ut & ipsi de hoc edocti per singulas urbes hanc proponant: scituris, quod necessario hæc obseruanda sunt, nostrâ indignationem metuentibus.

VT EA, QVAE PRAEFECTIS, AVT LARGITIONIBVS,
aut rebus priuatis, aut sacro patrimonio debentur in reliquis in quacũq; specie usq; ad præteritam septimam indictionem & ipsam indulgentur.
Constit. CXLVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Arcobindo gloriosiss. prætoriorum præfecto,
ex præfecto alme urbis, & ex magistro militum.

Amet si magnis hoc tẽpore sumptibus, ut nunq; antea, indiget respublica, simul ut ea tueatur, quæ per dei beneuolentiã obtinet, simul ut ad propagandũ imperiũ ultra limites bello circumiacentes barbaros urgeat: omnes tamen uias comminiscimur, ut & in eos usus absq; impedimento omnia erogentur, neq; ullũ humanitatis genus circa collatores nostros prætermittatur. Quam multa igitur his, qui singulatim nos adeunt, & fiscalia debita, suamq; in soluendo præterdunt inopiã, nulla interposita mora liberaliter elargiamur: quodq; nemo, qui humanitatem sibi exhiberi desiderarit, sine effectu à nostro conspectu discesserit: non nostrum est dicere, cũ & de hoc conscriptæ existat tabulæ: & hi, qui liberalitates exceperunt, eius rei nobis testimoniũ præbeant.

Sed quia pusillum & maiestate imperatoria indignum esse arbitramur, circa singulos speciales aliquas liberalitates edere, aut certe prædijs, uel urbibus duntaxat, aut etiam integris prouincijs tẽnus benignitatem nostram extendere, ac non potius magno aliquo & communi beneficio in uniuersum omnes collatores afficere: huius rei gratia ad præsentis nostras largitiones peruenimus. Per quas sancimus, ut omnibus collatoribus nostris omnia reliqua, quæ ab ipsis iam inde à prima prioris circuli indictione & ipsa, in quam priores nostras largitiones conclusimus, usq; ad septimam nuper transeantem indictionem & ipsam debentur, remittantur: ut ita in collatores nostros à nobis explicata liberalitas per uiginti duos annos porrigatur ordine, neq; ulla reliquorũ, quæ ad illa tẽpora reducuntur, supersit exactio. Atq; hæc non tantum dicimus de ijs, quæ in auro consistunt, sed & si argentum, aut frumetum, aut alia species debeat: aut Illyricianæ præfecturæ, aut alicui sacrorum nostrorum thesaurorum, siue hæc tributorũ nomine, siue sub alijs titulis quocunq; eis modo inferantur. In commune enim omnibus nostris collatoribus ordine hanc nostram exhibemus munificentiam. Vnde nemo eorum, qui pro illis temporibus aliquã ab ijs reliquorum exactiõnem faciant, in posterum tolerabitur, siue ab ipsis dirigantur magistratibus, aut aliquo etiã modo ipsius fisci personã sibi uindictent, siue iussiones aliquas aut madata proferant extraordinaria: quandoquidem & eos, qui tale quid percipiunt, post tantum temporis interuallum exigere, non sumus. Omnẽ enim contra collatores exactiõnem tollimus, insuperq; etiã cõtra fiscum. Nã cui tam longa temporis serie tantum debetur, aut fœcordiæ deditus, aut inter * sportularios potius, quam principales habitus: cum neq; ab illis, neq; à fisco quidq; perceperit: neq; opportuno tempore in posterum extraordinariarum exactiõnum mentionem facit, neq; inde competentem exactiõnem conatur inducere. Quin e contrario eum, qui huiusmodi aliquid facere pertentat, quasi uiciatorem nostrarum largitionum auersamur: ut omnis deinceps exactiõnis prætextus ac uafricies tollatur, tam contra collatores, q; contra fiscum, & maior uitæ tranquillitas nostris exinde proueniat collatoribus. Quod autem his largitionibus perfruentur etiam possessiones, quæ ad sacras nostras res priuatas, aut sacrum nostrum pertinentis patrimoniũ

patrimoniũ: quodq; nec contra agricolas, aut colonos, aut emphyteutas pro prædictis à nobis tẽporibus publicorũ tributorum nomine, uel ab his, qui publica tributa profligant, uel à palatins ipsis instituetur exactio: apud omnes in cõfesso est. Hæc autem de his dicimus, quæ adhuc debentur, & apud nostros restant collatores. Si quid enim illi præterito iam tempore derint, quod uel apud decuriones forte, uel cohortales, uel susceptores, uel exceptores, uel etiã apud tractatores prouinciæ releserit: nolumus, ut ea pars nostris compræhensa intelligatur largitionibus, sed fisco conseruabitur: cum absurdissimum existat, ut quod à collatoribus tributatur, id fisco non percipiat, sed priuatim alteri in lucrum cedat. Porro ab hac nostra munificentiã excludimus & ea, quæ forte à tractatoribus, aut scriniarijs, aut arcarijs fisco cõfessa, aut etiã constituta sunt. neq; enim hos in partem æquabilis uocamus munificentia: quandoquidem semel hæc sibi fisco uindicauit pro suis, & propẽ modum accepta habuit. Excipimus insuper diuina hac munificentia militares discussiones & fœderatorum. hæc etenim collatores nostros nõ cõtinent, & iustam cõtra illos exactiõnem inducunt, qui aut incompetenter ex publico perceperunt, aut quamuis per causam militaris forte impendij seu fœderatorũ acceperint, in suum tamen id lucrum conuerterunt. Multoq; magis hac nostra largitione excipimus ciuiliũ pecuniarũ inquisitiones, insuperq; discussiones operũ, tam in alma hac urbe, q; in prouincijs. quandoquidem iustum non est, ut cum tantum nos auti pro munitione reipublicæ expendamus: hi quidem, qui ministeriũ in hoc subeunt, iniustũ exinde lucrũ habeant: loca uero nostra fraudentur munificentia, aut etiã urbes defraudentur pecunijs, quæ ad uenustatem & dignitatem ipsis conseruandam attributæ sunt. Et quamuis omnifariam eos, qui improbe agunt, odio prosequimur: tamen quia benignitatis nostræ nullo unquã tẽpore obliuisci possumus: ppter ea sancimus, ut exceptio in certis à nobis capitulis facta, in ijs temporibus locũ habeat, quæ à prima iã pridẽ trãscurrente indictione elapsa sunt, nempe quæ * sedecim ante annis existit. In his enim temporibus, quæ præcesserunt, simpliciter generalẽ omnibus ordine munificentiam nostram exhibemus, nullam in ea exceptionem facientes: ut communiter omnes homines securitate perfruantur, neq; ab eo tempore quacũq; de causa tã la reliquorum procedat exactio. Hanc nos actionem tametsi liberaliter subditis edimus: putauimus tamen & magno eam deo offerendam, ut omnes, cum exinde prouenientibus bonis perfruantur, magno deo pro maiestate nostra gratias agant, qui hanc nobis actionem in merito miserit. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legẽ, ea studeo excellentia tua, ut ad effectum perducantur, sed & ut conseruentur, dato operam.

* forte re-
ctius. sexto
abhinc an-
no.

DE INDVLGENTIA TRIBVTARIORVM RELI-
quorum. Constit. CXLVIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Arcobindo gloriosiss. prætoriorum præfecto.

Quantum studiũ & prouidentia iam inde ab imperij nostri primordijs in cõmoda publica contulerimus, dũ sedulo tradita nobis à deo reipublicæ curã gerimus: omnibus manifestum reddidimus ex ijs, quæ iam gessimus. Nam & ærarium, cum multis prægrauatũ debitis, & ad extremam redactum inueniremus inopiã: & rem militarem, quæ iam necessariorum rerum inopia diffluerat, ut undiq; res publica barbarorum labefactaretur irruptionibus & incursionibus, quantũ in nobis fuit, competente correctione dignati sumus. Nihilominus tamẽ iuuãdis subditis nõ tantũ hucusq; terminos præstitiendos arbitrati sumus: sed etiam collatores alterius cuiusdã humanioris sententiæ participes faciendos esse putauimus, quæ liberos eos reddamus à reliquorũ solutione, quæ ab ipsis debentur ærario. Commune igitur & hoc beneficium nostrum in omnes extendentes: omnia præteriti temporis reliqua, à collatoribus fisco debita, usq; ad octauã instantis circuli indictionem & ipsam indulgemus. Et sancimus, ne qua celebretur exactio eorũ, quæ in reliquis debentur, usq; ad prædictam indictionem, siue generalem, aut specialem mensam concernit gloriæ tuæ, siue administrationem sacrorum prætoriorum in Illyrijs, aut gloriosiss. præfecti militarium numerorum in Mysia & Scythia, aut & sacrorum nostrorum thesaurorum, aut etiam sacratis. nostri ærarij, aut sacri patrimoniij, aut magnificentijs. curatoris rerum priuatarum: sed quidquid in auro pariter, & argento, & reliquis speciebus debitum fuerit, id omnibus debitoribus

debitoribus indulgeatur: ut neq; ab agricolis, neq; colonis, neq; emphyteutis, neq; item possessoribus reliqua fisco debita usq; ad praedictae indictionis tempora & ipsius exigantur. Excipimus autem hac nostra munificetia discussiones militares simul & foederatorum. haec enim nulla parte collatores nostros solent contingere: sed illos, & quidem solos, qui uel e publico erogatas pecunias incompetenter accipiunt, uel eas, quae militaribus ordinibus & foederatis deputatae sunt e publico ad suum lucrum transferunt. Caterum si qua apud eos, qui uel susceptores, uel ex actores, uel exceptores dicuntur, a collatoribus nostris in auro, aut argento, aut alijs, quae dependant in specie, inueniatur soluta: exigetur & ipsa, atq; praedictis a nobis magistratibus, ad quos quaeq; pertinent, praestabuntur. Consimili quoque modo omnes alios, qui a collatoribus nostris aurum, aut aliud quiddam in praedictis a nobis indictionibus acceperint, neq; id fisco persoluerint, cui persolvere conuenit, praesente nostra largitione excipimus: quo magis haec fisco, aut etiam quibuscumq; talia competunt, persoluant. Siquidem ducti misericordia collatores praesente humanitate dignamur, non etiam eos, qui publicas ab ipsis susceperunt pecunias, defraudare uoluerunt aut publicum, aut illos, ad quos extraordinarie exigendos destinati fuerant. Illud sane manifestarium est, quod si qui, cum hanc nostram munificentiam praesentirent, uafricie quadam animi a collatoribus pro indultis reliquis confessionibus aut exemptionibus acceperint: etsi ea ad priuata debita transposuerint, aut aliud eius generis ad circumscriptionem excogitasse effectis uideantur: nullam tamen ex ijs utilitatem habebunt, sed confessiones restituent his, a quibus haec abstulerunt. In uniuersum autem omnes deo ac nobis agent gratias: hi quidem, qui reliqua debent, quod horum indulgentia & humanitate dignati sint: illi uero, qui nihil in reliquis debent, quod sollicitudine liberati sint, quam in obsequio uatione susceptorum habuissent, reueriti, ne quando interciderent, & eorumdem temporum nomine denuo sustinerent inquietudinem. quin rursus * quasi furto proprias res receperint, omisso animo sunt, cum omni cura ac sollicitudine uacent: ut merito in omnes praesens nostra distribui uideatur largitio. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacra nostra declarantur legem, ea literis uia gloria tua, omnibus per hanc regiam urbem manifesta constituet.

Desideratur hoc loco constitutio.

DE EA, QVAE RAPTORI SVO NUBIT. Constit. CL.

Rapens constitutio confirmat poenas in constitutione ipsam praecedente praedictas. Iubet enim, ne puella raptum passa raptori suo nubat. Sin uero hoc fecerit: non succedit ei, cuiuscumq; tandem sectae aut aetatis sit. Nam si ipsi coniuncta non fuerit: capiet omnia bona eius. Si parens consenserit raptum passae filiae suae, ut raptori suo copuletur: mittetur in exilium. Si mortuus est, non praebito consensu: tunc raptoris bona confiscantur: uidelicet cum nefariae sint eiusmodi nuptiae, si denuo raptori suo raptum passa puella copuletur.

NE DECURIO, AUT COHORTALIS PERDUCATUR
in ius, sistatur in iudicio citra iussionem principis, quae insinuetur praefectis.
Constit. CL.

Imp. IVSTINIANVS A. Arcobindo praetorium praefecto.

Suggestio nobis per epistolam gloriae tuae facta est, quae dicit, non ex usu esse, ut decuriones aut cohortales, cum publico priuatoe cum ipsis iure agendum est, ad diuersa iudicia, uel ad hanc almam perducant urbem, uel in alias mittantur provincias. saepenumero autem sacras nostras praebere iussiones, quae id uelint, petunt, ut sacra pragmatica forma prohiberetur, ne quis cohortalium aut decurionum, iudicij causa uel ex alia in aliam prouinciam duceretur, uel ad hanc usq; regiam pertraheretur urbem. si uero sacrae de hoc componantur formae: ut haec prius insinuetur iudicio excellentiae tuae, & decreta, uti aequum est, suscipiant. Nos igitur tametsi omnem productionem in ius, exhibitionemq; in iudicio auersamur: si tamen necessitas incidat, ut huiusmodi aliquid agatur: nulli nostrorum magistratum, excepto throno tuo, concedimus, ut cohortalem aut decurionem

decursionem ad hanc almam urbem iudicij causa perducatur: nisi sacra aliqua interueniat iussio, quae expressis uerbis id praecipiat: quam ipsam conuenit, ut & excellentia tua perdiscat, neq; citra decretum tuum ipse huc in ius perducatur, cum ita fieri id expediat publico: ne si ex ijs locis, ubi publicas tractant pecunias, abstrahant: hanc ansam arripiant nocentum inferendi contra reipublicam. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram nostram pragmaticam declarantur formam: ea studet excellentia tua effectui & fini tradere.

NE SACRAE FORMAE, QVAE DE CAUSIS PROCEDUNT
publicis, aliter robur accipiat, quam gloriosiss. praetorium praefectis insinuat sint, uel fuerint, illicq; habeantur rata. Constit. CLII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. praetorium praefecto.

Antes operam, ut diuino cooperante auxilio, cum summa diligentia res imperij a domino deo nobis concrediti gubernentur: iubemus, ne aliter forma de publicis confecta causis ad magnificentiss. ducem, aut etiam Augustalem, aut clariss. prouinciarum praesides ualeat, nisi prius insinuata fuerit iudicio excellentiae tuae. quae uero insinuata non fuerint, nullam firmitatem habeat. Absurdum etenim fuerit, sacram formam pro publicis confectam causis, non prius insinuari throno excellentiae tuae, atq; ita transmitti in prouincias, sinicq; contradi. Si quid igitur hucusq; ad detrimentum reipublicae factum est: iubemus hoc irritum esse, sancientes, ut quauis de caetero sacrae formae pragmaticae, siue ad Augustalem, siue ad ducem, siue ad reliquos prouinciarum praesides conficiantur occasione (ut dictum est) causarum publicarum: omnino insinuentur iudicio excellentiae tuae, eoque pacto (ut dictum est) cum iussionibus excellentiae tuae mittantur in prouinciam. Ut quae quidem sacrae formae ad detrimentum reipublicae factae non sunt: haec & suscipiantur, conscribanturq; in praecipiones, & ab excellentia tua mittantur in prouincias, quatenus certo fini tradatur. quae uero ad detrimentum reipublicae per obreptionem sunt: has quidem sacras formas tua suscipiat excellentia: non tamen prius, quae tibi sunt reposita, faciat, quam ad nos relationem ea de re pertulerit: quo magis si quid (ut potest fieri) ad detrimentum factum est reipublicae, id corrigamus. Quaecumq; enim sacrae pragmaticae, forma publicarum causarum nomine facta, throno excellentiae tuae insinuata non fuerit: hanc nullo ualere tempore uolumus.

DE INFANTIBVS EXPOSITIS. Constit. CLIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Memne gloriosiss. praefecto praetorium Illyrici.

Rime a sensu humano alienum, & quod ne ab ullis quidem barbaris admitti credibile est, dei amantiss. Thesalonicensis ecclesiae apocrypharius Andreas ad nos retulit, quod quidam uix ex utero progressos infantes abijciant, inq; sanctis eos relinquunt ecclesijs: & postq; educationem atq; alimoniam ab hominibus pietatis studia exercitibus promeruerint, hos uindicent, & seruos suos esse pronunciet, cupientes crudelitati suae hoc etiam apponere, ut quos in ipsis uitae primordijs ad mortem exposuerint, eos postq; adoleuerint, defraudent libertate. Ex quo igitur huius generis factum multa simul in se absurda complectitur, caedem uidelicet, ac calumniam, & quaecumq; aliquid in tali actione facile enumerauerit: aequum sane erat, ut qui talia perpetraret, uindictam, quae proficiscitur ex legibus, non effugeret: sed quo magis alij exemplo horum reprobatores fieret, extremis poenis subijcerentur, ut qui per actionis impudentiam sua detulerint flagicia. id quod in posterum custodiri iubemus. Qui itaq; ad eum modum in ecclesia, aut uicis publicis, aut alijs locis proiecti fuisse comprobati erunt: hos omnibus modis liberos esse praecipimus, licet ei, qui prauidicio contendit, ad hoc manifesta existat probatio, & possit eiusmodi personam ad suum pertinere dominium ostendere. Nam si nostris praecipitur legibus, ut aegrotantes serui a dominis suis pro derelicto habiti, & quasi desperata iam ualitudine, cura dominica non dignati, prorsus ad libertatem rapiantur: quanto magis eos, qui in ipso uitae principio aliorum hominum pietati relictis, & ab ipsis enutriti fuerunt, non sustinebimus in iniustam seruitutem

autem pertrahi? Quin sancimus, ut tam religiosis. Theſſalonicenſium archiepiſcopus, & ſancta dei ſub ipſo conſtituta eccleſia, & gloria tua his opem ferat: ne utiquam illis, qui hæc parant, legibus noſtris conſtitutas pœnas effugientibus: nimirum qui omni inhumanitate & crudelitate referti ſint, & tanto deteriores homicidio pollutis, quanto calamitoſioribus id inſerunt. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſactam noſtram declarantur legem, ea tam gloria tua, & qui eundem pro tempore magiſtratum ſuſcepturi ſunt, & obtemperans uobis cohors, effectui ac fini tradere & obſeruare ſtudento. Quin; etenim librarum auri pœna imminet tam his, qui hæc transgredi pertentauerint, quàm qui alios transgredi permiferint.

DE HIS, QUI IN OSDROENA ILLICITAS CONTRAHUNT NUPTIAS. Constit. CLIIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Floro comiti ſacrarum rerum priuatarum.

Praeter opinionem incertus ad nos rumor peruenit, quod hi, qui Meſopotamiâ & Osdroenam prouincias incolunt, illicitis ſe iungere auſint nuptijs: & Romanas leges, neq; non interminatas in ijs pœnas ueteres ſimul & nouas transgrediantur, in illicitas ac prohibitas incidentes nuptias, dum uicinis & adiacentibus populis morem gerunt. Caterum nos nihil quidq; horû credidimus. neq; enim arbitramur homines eſſe, qui quidem, cum portio ſint noſtræ rei publicæ, tale quid face re audeant, quo facti & progeniæ ſuam dehonestent, & confundant nomina. Vnde & perueſtigare ea uolumus, & ſi omnino huius generis aliquid factum ſit, extremum delinquentibus inferre ſupplicium. Sed quia & longum tempus eſt, neq; credimus eiufmodi aliquid delicti admiſſum eſſe: ut maxime huiusmodi quid cõrgerit, tñ quod præterijt, quocunq; ſe modo habeat, his, qui Osdroenam & Meſopotamiâ prouincias incolunt, propter diuerſas hoſtiû irruptiones, quæ quotidie in iſis fiût, indulgemus, maxime uero quia agreſtis ut plurimû multo hæc fertur delinquere: ſinimusq; ea manere ſub præſente forma, haud ſcrupuloſius nã miſq; anxie hæc inquirentes, quæ uſq; ad nouellâ ſactam de hoc noſtram (ut potuit fieri) conſtitutionem perperam admiſſa fuerunt: ſed omnem huiusmodi de hoc inquisitionem contra perſonas & res ad earum prouinciã incolas pertinentes prohiberi ſancientes. Poſt noſtram ueto legem, quæ nuper de hoc fuit propoſita, ſi quis præſumpſit, aut etiam præſumpſerit tale quid facere: uolumus, ut ſi extremis ſubdatur pœnis, ſciturus, quod non intra pecuniarias pœnas reſiſtemus, ſed tam ipſum, & uxorem, & liberos ex illicitis procreatos nuptijs poſt noſtrâ conſtitutione digna animaduerſione perſequemur, & periculum capitis ſimul atq; bonorum ademptionem irrogabimus: nulli parcentes, ſiue maioris, ſiue minoris ſtatus, aut conditionis, aut (quod multo etiam difficilius eſt) ſacerdotij ſit, ſed omnibus plectendis ſolennem & Romanis legibus decentem ordinem conſeruabimus, non tantummodo partem bonorum ablatur, ſed & cum toto patrimonio partem corporis: & ſi importunius illicitas cõtractas nuptias depræhenderimus, ne ipſam etiam uitam quoq; ſaluare queunte: ut per omnia pœnæ conſectaneæ ſint delictis. Oportet enim recta pariter ac conuenientia ſapere, & alios ad earundem rerum æmulatione excitare: non uero ipſos perpetrare legibus contraria, & ex tua uiciorum imitatione refugium quærere. Hæc igitur conſeruari in prædictis prouincijs uolumus: tam ciuilibus, quàm militaribus magiſtratibus id ipſum cuſtodientibus, & ut pœnæ delinquentibus imponantur, procurantibus. Atq; hoc mandatu tuo uolumus ibi locorum programatis per proprios magiſtratus manifeſtû fieri: niſi & ipſi extremis ſubdi uelint ſupplicijs ſimul, & magiſtratu ac bonorû amiſſionibus, ſi quid horû per negligentia omiſerint. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſactam pragmaticam declarantur formam, ea ſtudento gloria tua effectui & fini tradere.

VT MATRES ETIAM TUTELAE RATIONIBVS obnoxia ſint. Constit. CLV.

Imp. IVSTINIANVS A. Belifario.

Porrexit

Porrexerit potentia noſtræ ſupplicationem Martha claris. ſcœmina, qua continetur, quod magnificæ memoriæ Sergius, qui pater eius fuit, cum obiſſet mortem, tenera admodum ætate ipſam reliquerit: quodq; claris. mater eius Auxentia, teſtatione apud actorum monumenta depoſita, non ſe ad ſecundas peruenturam nuptias, tutelam eius ſubierit: & legibus noſtris de hoc definito iure iurando præſtito, res adminiſtrauerit. His ita ab ea geſtis, quaſi neq; iuſurandum ab ipſa præſtitum, & deſpicabile patrimonium relictum eſſet: pauca quædam in inuentario ab ea conſectio deſignaffe. poſtea etiã ſecundas elegiſſe nuptias, cû tutorẽ ipſi nominaffet Petrum. Item e ſecundo matrimonio duos habuiſſe filios. & cum recte erga ipſam affecta non eſſet: inſtitutum quidem ab ea tutorem adminiſtratione deſtituiſſe, cum ipſa uix decimum tertium apprehendiſſet annum: petriſſeq; ut ſecundæ ætatis curatorem quæreret, mox etiam perſuaſiſſe, ut pro ſe accipilationes conſcriberet, & omni actioni, quæ ſecundum leges ipſi poſſet competere per cauſam tutelarium rationum, in iſtiusmodi accipilationibus renunciaret: cum in cubiculo per id tempus eſſet, neq; quidq; ſciret eorû, quæ gererentur. Neq; enim poſſibile fuit, ut ea, quæ apud illam educaretur, neq; in ullo contradicere poſſet his, quæ aduerſus ipſam gererentur, ut maxime inferri ſibi detrimentum ſenſiſſet: aliquid ageret eorum, quæ prohibere potuiſſent ad ipſius attentata iacturam. Poſtq; uero tempus effecerit, ut quæ aduerſus ipſam agitata eſſent conſilia, perſentiſceret: ſe quidem apud matrem uſam exhortationibus, ne his, quæ in fraudem ſua geſta eſſent, perperam uteretur: ſed uti matrẽ deceret, ſe oſtenderet, & quas primû res in bonis habuiſſe noſcere, ſibi reſtitueret. Ipſam uero, cû ſe totam filijs ex ſecundo matrimonio procreatis expoſuiſſet, ne utiq; iſtiusmodi rationes edidiſſe. quin e contrario ſactam noſtram prærendiſſe ſanctionem, qua continetur, non poſſe reſtitutionis contra ipſam iura in uſum aſſumi: tamen ea nihil eius generis de matribus, quæ filiorû tutelam ſuſcepſiſſent, & ſecundas ex oſculatæ eſſent nuptias, ſanciret. Atq; ea de cauſa ſupplicationem nobis porrexit, quomagis & mentem ſacræ conſtitutionis redderemus manifeſtam, & extra controuerſiam poſitam: neq; ſi perperam in ea contentis uteretur Auxentia mater eius, res à patre relictas in lucrum proprium conuerteret. Cum igitur hæc in ſe cõtineret ſupplicatio: merito ad ſactam hanc pragmaticam formam reſpeximus. Per quam ſancimus, ut quoniam ſacta noſtra ſanctio nullam mentionem facit earum mulierum, quæ ſuſcepta filiorum ſuorum tutela, ſecundas amplexæ ſunt nuptias: non liceat Auxentia claris. ſcœminæ eam ſactam noſtram ſanctionem perperam in uſum deſumere. Propter cauſas autem prædictas, & quia monumenta actorum, ſub quibus Martha filia ſua tutelam ſuſcepit, oſtendunt legibus definitum ipſam iuſurandum præſtitiffe ſe, non ſe ad ſecundas peruenturam nuptias: & quod iuſurandum aſpernata, in matrimonium ſecundo ſe marito iunxit, & ſuſceptis ex eo liberis, effecit, ut claris. filia eius Martha pro rerû reſtitutione accipilationes in ipſam exponeret: ſummam utiq; licentiam habere Martham claris. ſcœminam poſſe ſancimus, ut reſtitutionis in integrum iure utatur, præſertim cum non dum ſe uiceſimum quintum ætatis ſuæ annum exceſſiſſe profiteatur. ſacta ſanctio à nobis propoſita, quæ ſancit, ne filij contra parentes ſuos, aut liberti contra patronos ſuos poſſint reſtitutionis in integrum iure uti: ne utiquam ipſi obiſcenda, propterea quod nihil lex de his diſputet, quæ filiorum ſuorum tutelam ſuſceperunt. quin contra, eo quod altera poſt hæc ſacta noſtra proceſſerit ſanctio, quæ ſancit, ne qui tutores conſtituantur, aliter filiorum ſuorum tutelam ſuſcipiant, q̄ ſi designationis ſuæ tempore apud acta depoſuerint, quod pupillos indefenſos non relinquent: & ſi cõtingat etiam matrem filiorum ſuorum tutelam ſuſcipere, ut & ipſa hoc faciat, tutelariſq; rationibus obnoxia ſit: & ſi alium pro ſe designare tutorẽ uelit, ut ſuo & ſuſtentium illi rerum periculo id faciat. Vnde omnibus modis hoc etiam caſu conuenit, ut ſi Martha claris. ſcœmina comprobauerit, non præteriſſe ea tempora, in quibus reſtitutoria ipſi actiones competunt: tam reſtitutione in integrum utatur, q̄ omnibus alijs, per quæ leges noſtræ minoribus ætate opem & auxilium præbent. Sancit etenim noſtra potentia, ut omnis reuerentia, quæ parentibus debetur à liberis, ite honor, atq; obſequiû parentibus conſeruetur: dum tamen nihil ab ipſis in illorum detrimentum fiat. Ut uero ex prioribus nuptijs filios deſpiciamus, neq; religioni putamus conſentaneum: neq; alioqui conuenire, ut res, quæ ex paterna ad ipſos peruenerunt ſubſtantia, huiusmodi matres poſſint ueſſibi, uel his, qui ſecundæ nice ipſas habent in matrimonio, uel ex iſtiusmodi matrimonio procreatis liberis lucri faciãt.

Quæ igitur nobis placuerunt, & per ſactam hanc pragmaticam declarantur formam, ea ſtudento gloria tua unã cum beatiffimo archiepiſcopo Theopolitanae eccleſiæ, effectui & fini tradere.

DE PROLE PARTIENDA INTER RVSTICOS.

Constit. CLVI.

Docuerunt nos, qui sacrosanctæ Apamiensis ecclesiæ negocia gerunt, quod ad alios quosdam pertinentes rustici cum rusticis mulieribus suis se coniunxerint, exindeque procreauerint filios: petieruntque, ut & rusticos ipsis assignarent, & horum filios, maternum sequentes uterum. Sed qui hæc petunt, hi sanè constitutionem nostram, quæ nuper prodijt, intelligere non uidentur, quid ea sibi uolet.

Nam si liberi aliqui se adscripticijs coniungant: secundum rationes constitutione cõprehensas infantes matrem sequentur, unde ad libertatem non perueniunt. Si uero rustici sint: non amplius constitutioni illi per omnia locus sit, sed quemadmodum nuper decreuimus & lege cauimus, proles diuiditur in partes. Et si quidem æqualis sit natorum numerus: in duas partes diuiditur, si inæqualis, aut etiam unus tantum natus sit: tunc quod redundat, uenter habet, propterea quod & amplius laborauerit, & unus quidem si sit, matrem sequetur: si uero tres nati fuerint: duo quidem duæ matrem sequentur, unus autem ad proprietatē paterni domini peruenturus est. atque ita semper (ut prædiximus) id quod impar est, habebit uenter. Et secundum hæc Apamienses quoque prolem partiendam esse cognoscunt: ut quod multis retro temporibus in controuersia fuit positum, intelligant denuo sub nostram redactam sanctionē.

DE RVSTICIS, QUI IN ALIENIS PRAEDIIS NUPTIAS CONTRAHUNT.

Constit. CLVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Lazaro Comitū Orientis.

In his, quæ diuersimode ad nos relata sunt, didicimus in Mesopotamia & Osdroëna prouincijs quidpiã delinqui, nostris planè temporibus indignum. Consuetudinem etenim apud ipsos esse, ut qui ex diuersis originem trahant prædijs, nuptias inter se contrahant. Inde sanè conari dominos, de facto iam contractas nuptias dissoluere, aut procreatos filios à parentibus abstrahere, exindeque totum illum locum misere affligi, dum & rusticant uiri & mulieres ex una parte distrahuntur, & proles his adimitur, qui in lucem prodixerunt: & sola nostra opus esse prouidentia. Sancimus igitur, ut prædiorum domini de cetero rusticos suos, prout uoluerint, conferuent: neque quisquam eos, qui iam coniuncti sunt, possit secundum consuetudinem prius obtinentem diuellere, aut compellere ut terram ad ipsos pertinentem colant, & abstraherent à parentibus filios prætextu cõditionis colonariæ. Sed & si quid huiusmodi forte iam factum est: corrigi hoc simul, & restitui efficies, siue filios abstrahi contigerit, siue etiam mulieres, nempe uel à parentibus, uel contubernij confortibus: eo, qui reliquo deinceps tempore huiusmodi aliquid facere præsumpserit, etiam de ipso prædio in periculum uocando. Quare libera sunt contubernia metu, qui dudum ipsis immittitur, & parentes habent ex hac iussione filios suos: neque uentibus prædiorum dominis subtilibus cõtendere rationibus, & uel nuptias cõtrahentes, uel filios abstrahere. Qui enim tale quid facere præsumpserit, etiam de ipso prædio in periculum ueniet, cui eos uindicare rusticos attentat. Quæ igitur nobis placuerunt, & per sacram hanc pragmaticeam declarantur formam, ea prouidentiam habeto magnificentia tua, tibi que obtemperans cohors, & qui pro tempore eundem magistratum geret, ut ad effectum deducantur conferuenturque: trium librarum auri pœna imminente ei, qui ullo unquam tempore hæc transgredi attētauerit.

VT DELIBERANDI IUS ETIAM AD IMPUBERES

transmittatur. Constit. CLVIII.

Quæ nobis à Thecla, quæ & Mannò appellatur, preces sunt, quæ declarant Theclam quandam è uita discessisse, relicta Sergia filia impuberem ætatem agente: cumque uix sedecim dies matri superuixisset filia, obiisse & ipsam mortem in contagione illa, quæ nuperrime homines inuaserat. Eam uero, quæ nobis preces porrexerit, inquit Sergiæ patri sororem existisse, Cosman autem Theclæ fratrem

fratrem Sergiæ hereditatem uindicasse, dictasseque eo nomine iudicium. Rursum hanc, ne non recte contentiones sereret, abiisse ad Ioannem prouincialis fori aduocatum, percontatum de legibus, quæ hanc causam concernerent. Illumque responsum in scriptis edidisse, eo ipso significante, quod Sergiæ ad ipsam delata esset hereditas. Atque ea sanè de causa controuersia iudicem delegisse ipsum Ioannem, Cosmæ partes agente Aesculapio quodam scriniario per Orientem magisterij militum. Sed Ioannem contrariam edidisse sententiam his, quæ in scriptis responderat: usurpata ad hoc in sententia lege iustis, principis Theodosij, quæ dicit non posse eum, qui nondum septem annorum natus sit, maternam uindicare hereditatem, nisi tutorem habeat: sed ut ad illos ea deferatur, quibus competitura esset, etsi defunctus impubes ad hereditatem legibus uocatus non esset. Neque hæc tantum protulisse in sententia, sed & effecisse, ut quæ nobis supplicaret, consequenter secundum sententiã pacta iniret, & eadem denuo diceret Aesculapio, qui pro Cosma causam egerat. Petijtque nos, ut ipsam tam misere affectã iniuria respiceremus: & maxime cum lex in Codice, qui de nostro nomine cognomen accepit, posita sit, quæ innuat, recte maternam hereditatem uindicare eum, qui dari possit: & rursus alia à nobis lege proposita, quæ uult, ut si quis hereditate ad ipsum delata, antequam eam uindiceret, aut contrariam ea in re sententiã suã ostendat, ex hac uita emigret: super ea hereditate deliberandi ius ad heredes suos transmittat. Porro eã legem, quæ nuper à nobis proposita sit, qua idem in hereditatibus ordo adgnatis pariter & cognatis tribuitur: locum in hac controuersia non habere, cum antiquior sit nostra, cuius occasione lex illa ualere iussa est. Sancimus igitur, ut gloria tua, si hæc ita se habere compererit: opem ferat supplicanti, & legem nostram illi conseruet, quæ deliberandi ius ei tribuit, nimirum Sergiæ ante excessum anni post matrem suam demortuam: uolenti que maternam Sergiæ hereditatem uindicare, eius agendi copiam præbeat. Neque enim pugnat inter se aliquis Theodosij pietatis, principis & nostram legem dixerit: cum in eodem utraque uolumine sit posita, & nos per constitutionem, quam pro eo posuimus, obfirmauerimus, nihil in eo residere contrarij. Sed obtineto quidem lex nostra in præsentem controuersiam, & omnibus casibus in quæstionē deducto assimilibus: obtineto autem Theodosij sacratis, principis lex, in quibus annum præterire contigit, & deliberandi tempus elapsum est. Pacta enim post sententiã conscripta, cum altero inita, qui obligationem acquirere non potuit: manifestum est, quod nullam actionem Cosmæ de his, quæ inibi confessã fuerunt, dederint.

VT RESTITVTIONES FIDEICOMMISSI VSQUE ad unum gradum consistant. Constit. CLIX.

Imp. IVSTINIANVS A. Petro gloriosiss. sacrorum prætoriorum præfecto, iterum exconsule & patricio.

Nantum nobis benignitatis adest, ut ne priuatas quidem causas, quæ iudicum nobis inquisitionem superare uidentur, legibus nostris definire indignum putemus: ne si quando priuata causa audientiam in iudicium deferri solitam excedat, longa mora eos, qui in iure controuerso hærent, atterat. Aliquoties igitur gloriosiss. uir Alexander ad nos retulit, gloriosæ memoriæ patrem suum Hierium, cum testamenti tabulas conscriberet, hisce uerbis usum esse. Volo ac iubeo, ut heredes mei, Constantinus quidem clariss. uir deputatam sibi domum cum omnibus (ut præscriptum est) cohærentibus illi iuribus, & suburbium in Coparijs appellatum ite cum omnibus (ut præscriptum est) iuribus ad ipsum pertinētibus, & domum Antiochiæ sitam, emptam ab Ammiano Anthemius uero dulcissimus suburbium in Blachernis dictum, redemptum à gloriosæ memoriæ uiris Eugenio & Iuliano, & suburbium in promontorio sinus Sosthenij, quod olim in dominio Ardaburij gloriosæ memoriæ fuit: Callippus autem clariss. uir suburbium Bythariū, siue Philothei nuncupatum: & Alexander clariss. uir suburbium in Venetis, neque per uenditionem, neque donationem, neque permutationem, neque quocumque tandem titulo in alium transferant, reiciantur, aut eam domum seu præscripta quinq; suburbia è meo nomine & mea familia alienent: sed siquidem (quod deus faxit) nascatur filij, & relictis post se filijs aut nepotibus, siue legitimis, siue etiam naturalibus moriantur: ut pro se quisque deputatum sibi suburbium aut domos, tam in hac regia urbe, quam Antiochiæ positas filijs ac nepotibus, legitimis, aut etiam naturalibus suis relinquat. Peruasum etenim habeo, quod neque in naturalibus liberis ac ne-

potibus dispositione uoluntateque hanc meam. Si uero in uniuersum omnes, aut aliqui, aut unus ex ijs (quod abominor) sine liberis decedat: uolo & iubeo, ut qui liberis orbi aut orbis morte obierit, superstitibus aut superstiti ex ipsis fratri prescripserit domos, tam quae in hac urbe, quam quae Antiochia est, & item prius declarata quinque suburbia cum omnibus eorum iuribus, & omnibus denique rebus ac personis, quae ijs continentur, citra ullam exceptionem restituat: cessante uidelicet inter eos fideicommissorum seu legatorum seruandorum causa satisfactione. Volo etenim ac iubeo, ne quisquam ab alio huius generis satisfactionem expetat: ijs uel eo, qui praeter paternam & pietatis erga ipsos plenissimam intentionem meam a fratribus suis satisfactionem in rebus abalienari prohibitis expetere pertentauerint, uel pertentauerit: omni modo eius fideicommissi amissionem sustinentibus, uel sustinente. **AT QVĒ** haec quidem ipsum protulisse in testamento, conscripsisse autem & codicillum, in quo talibus prope modum uerbis usus sit. Manifestum plane facio, quod pridem testamentum per scripturam fecerim, & quae in eo conscripta sunt, ex animi mei sententia composuerim: uoloque ac iubeo, ut omnia, quae in eo testamento continentur, omni modo firmitate obtineant: his solis exceptis, per quae forte in hoc meo codicillo uel aliquid mutauero, uel relicta alicui legata ademerō. Volo igitur ac iubeo, ut suburbium illud meum, quod Coparia appellatur, quod in proposito testamento magnificentiss. filio meo Constantino reliqui, detur & pleno proprietatis atque possessionis iure ad clariss. pariter & generosiss. nepoti meo, Constantino magnificentiss. filij mei filium Hierium simul uniuersum pertineat, cum omnibus praetorij, quae in eo sunt, & omnibus scalis, & quae uel intra urbem, uel extra urbem pro pensione elocantur, & adibus atque officinis, & balneo, & hortis tam intra, quam extra muros existentibus, & hippodromo, neque non orto, qui in ipso est, & cisterna, atque omni denique iure, quod ullo modo in eo mihi suburbio coepit. Id ipsum uero suburbium tunc demum praedicto clariss. nepoti meo Hierio dari uolo, cum primum post meam mortem patris sui potestate solutus, per emancipationem sui iuris factus erit: nulla licentia eidem generosiss. nepoti meo concedenda, ut praefinitum sui terminum excedat: aut ijs, qui uel ex hoc meo, uel eiusdem clariss. nepotis testamento in eadem iura successerint, ut idem suburbium, uel partem eius aliquam, uel ius diuendant, permuentur, aut alicui donent, aut quocumque titulo denique abalienent: propterea quod hoc ipsum suburbium & aedes situm sitasue intra portam muri siculnei, qua uia ducit ad sacrosanctum martyrii sanctae Theclae, per omnia & perpetuo uelim permanere in familia mea, neque unquam de meo nomine egredi. Volo autem & iubeo, siquidem eueniat, ut generosiss. nepos meus Hierius, uel intra pubertatem, uel etiam post pubertatem, sine liberis tamen legitimo matrimonio procreatis, moriatur: ut eius suburbij siue aedium possessio simul & proprietates perueniat, & deferatur, aut restituatur magnificentiss. patri eius Constantino sub eadem conditione, ne unquam de familia mea meoque nomine abalienentur. **HIS ITA** confectis, ipsum quidem e rebus humanis abiisse. Hierium uero gloriosae memoriae domum quidem Theopoli sitam, quae successione paterna ad ipsum peruenerat, alijs personis uendidisse: ipsam autem domum, quae in hac alma urbe est, & insuper suburbium, quod illi codicillo datum erat, in quibus omnibus interdicta fuerat alienatio, ad Constantem gloriosae memoriae filium suum transmisisse. Illumque rursus praegnante uxore relicta uitam finisse: scripto prius testamento, in quo disposuerit, ut si puer uel natus non esset, uel natus ante pubertatem mortuus esset: tam gloriosiss. eius mater Maria, quam in clita etiam uxor eius altera Maria, ad successionem eius uocaretur. Postea uero, quam nata filia in ipsa infantia & teneram adhuc aetatem agens, humanis rebus excessit: cum reliquam substantiae partem, tum etiam domum in ampla hac urbe, & insuper suburbium, quod expressis uerbis Hierio gloriosae memoriae in codicillo relictum fuit, ad inclaras mulieres deuoluta esse: meritoque tam ex testamento, quam ex uerbis codicilli, domum iuxta & suburbium uindicandi sibi locum datum, utpote qui solus hoc tempore ex Hierij gloriosae memoriae liberis superstes permanserit, & primum gradum in nomine familiae obtineat. Verum qui pro Maria & Maria gloriosissimis sceminis faciebant uerba, hi aiebant neque testamenti uerbis ullum locum factum esse. Neque enim Constantem gloriosae memoriae absque liberis ex rebus humanis abiisse, ut utrarumque aedium restitutioni locus sit. Sed neque suburbij nomine rite secundumque leges Alexandrum gloriosissimum uirum haec adoriri: cum & ipse suburbium, quod ipsi relictum fuerat, in quo communis pater aequae, ut in caeteris, alienationem illi prohibuit, ante id tempus alienauerit. sed & alios fratres idem hoc fecisse. Et leges nostras, si quidem omnes ordine, in quibus huiusmodi aliquid definitum sit, defuncti uoluntate transgrediantur: ex aequo omnibus restitutionem adipere: ne si uicissim alter alterum mutua petitione in ius uocent, multis

multis in una causa subdantur iudicijs. Legesque de hoc propositas nobis reuocarunt in memoriam. Alexander autem gloriosiss. uir recte se actionem intentare aiebat, & maxime de utrisque aedibus. defunctum enim satis manifeste suam in codicillo sententiam de ijs rebus declarasse, cum res familiae conseruari uoluerit. sed multo iustioribus se rationibus inniti in suburbio. Neque enim recte illas sibi alienationem exprobrare, cui ex imperiali iussione hoc facere indultum fuerit. Ac prolixis in ea causa disputationibus utraque pars uisa est, nunc testatoris interpretando uoluntatem, nunc nostras usurpando leges, quas in re quaeque sua facere arbitrabatur. **NOS Igitur**, cum & legum, & testamenti interpretationem perspectam haberemus: non nuda sententia, sed lege eius causae decisionem complectendam duximus, simul ut praesentem dirimeremus controuersiam, simul ut caeteris mouenda de his contentionis ansam praeriperemus. Vnde subtilius pariter & exactius testamenti uerbis innixi, deprehendimus ipsis quidem filijs haereditate capissentibus alienationem interdictam, si sine liberis uita functuri essent, non ulterius uero his etiam, qui eis filijs succederent: sed contentum fuisse defunctum, si inter filios duntaxat alienationis interdictum constitueret. neque enim si & ipsi relictis filijs decederent, maiore ipsum cura perquisisse, cui aut quomodo res relinqueretur: nec uoluisse alienationis interdictum ultra filiorum uitam extendere. Enim uero codicillum, qui de suburbio duntaxat factus fuit, interdixisse his etiam, qui ex testamento gloriosae memoriae Hierij (de iuniore loquimur) res per successionem cepissent, ne suburbium alienarent, & quod consequenter inducitur, in his quoque defunctum uoluisse, ut id perpetuo in familia permaneret. Et quidem quae in controuersiam deducta sunt, eiusmodi fuerunt. Nos uero cum totam causam cum diligentia, qua decet, penitus intueremur: in alijs quidem rebus, quarum sane Constantinus gloriosae memoriae, Hierij senioris filius ex paterni testamenti tabulis dominus factus fuit, praclare nullam quaestionem excitandam rati sumus, arcendumque in his actione non solum Alexandrum gloriosiss. uirum, sed etiam omnem reliquam familiam: cum & testamenti uerba prohibitionem inter solos constituent filios: & ipsi gloriosae memoriae Hierij filij, per quos qui post eos illius familiae portio existerent, Hierij sibi iura uindicant, nonnullas apud se constitutas res alienauerint, perinde quasi ex una uoluntate substitutionem interdixerit. Quod autem ad suburbium attinet, cuius dominum codicillus ostendit esse gloriosae memoriae Hierium, praeter modum scrupulosa nobis diligentia plenum uisum est, si post quatuor demum generationes huiusmodi quaestionem produceremus in medium. Nunc certe cum Maria & Maria gloriosiss. foeminae etiamnum supersint, quas alicubi & ipsas nostrae leges in familiam reponunt, ut quae sponfas quoque hac appellatione dignentur: neque recte, neque ordine Alexander gloriosiss. uir item a se praetensam instituit. Quin ut maxime haec decessissent: tamen quod quatuor iam generationes praeterisse uiderent, haud sustineremus tam obsoletam causam denuo tradi iudicijs: & maxime cum Constantis filia in pupillari adhuc aetate uitam finiret. Vnde tamen si testamentum ille non confecisset, suburbium tamen ad matrem eius peruenisset: non ipsa pupilla, sed ipsa quodammodo lege horum causa existente: quamuis nemo successorum gloriosae memoriae Hierij circa uoluntatem eius deliquisset. Licet enim Constantis, cum testamenti tabulas conscriberet, substitutiones quasdam fecerit, filia intra pubertatem mortua: nihil tamen inde excellens introducitur: cum & ipsa lex pupillae substantiam matri, quasi ea sine testamenti tabulis decessisset, per se praebitura esset. Sancimus igitur, ut neque gloriosiss. uir Alexander, aut eius filij, neque reliqui senioris Hierij gloriosae memoriae liberi, neque alius quisquam omnium, qui genus suum in eorum familiam referunt, uel Mariam & Mariam gloriosiss. foeminas occasione rerum apud ipsas consistentium, uel alios, apud quos aut hoc tempore res existant, aut ad quos sequente tempore peruenturae sint, in quibus alienationem forte Hierius gloriosae memoriae prohibuit, adorianur iudicio, aut omnino mentionem de caetero prohibitionis & familiae nominis faciant, & aliquod sibi exinde ius adquirant: utpote cum & alij Hierij gloriosae memoriae filij res suas abalienauerint, & reliquorum quodammodo alienationibus consenserint, ac per has, neque non alias, quas praediximus rationes, quae ad huiusmodi iudicationem & legislationem abunde nobis sufficiunt, sibi pariter & successoribus suis actiones, quae ipsis potuissent competere, sustulerint. Atque haec non tantum praesentis causae decisio esto, sed & reliquarum, in quibus huiusmodi prohibitionem facta, tot successiones praeterierint, & ultimus haereditum per interuenientem aliquem in medio impuberem haereditatem capebat. Tunc enim his etiam, qui sunt extra familiam eius, qui primus prohibuit, per praesentem nostram legem transmittendarum rerum licentiam habebit. Siquidem in commune hanc legem, tam de praesenti casu, quam de omnibus posthac futuris ad eum modum prohibiti-

onibus protulimus, simul contentionem componentes, quae hoc tempore euenerat, simul (ut probabile est) futuras praedicentes. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declaratur legem, ea proponere gloria tua in alma hac urbe, & effectui ac fini tradere *flueto*, atque obseruari praecipito.

EXEMPLVM SACRAE PRAGMATICAE FORMAE
de usuris. Constit. CLX.

Imp. IVSTINIANVS A. Papio.



Aristocrates prudentiss. Aphrodisiensis reipublicae pater, quique immobilia in ea possident, supplices nobis facti sunt, aientes praedictam ciuitatem &c. Ac principio quidem illud cognoscimus, quod plerique leges nostras ita accipiant atque intelligant, ut unde minime conueniat, inde iniustarum ipsis actionum anfas praebant. Siquidem a patre reipublicae edocti fuimus, quod cum bene magna auri summa Aphrodisiensium reipublicae ex legatis a nonnullis ciuitati relictis collecta esset: ne quando ea deperiret: quidam illorum, qui in republica cum potestate erant, eam auri summam collocauerint, ut quamdiu id auri apud ipsam resideret, tadium qui suscepisset, quoque anno pro eo ciuitati dependeret (siue quis id partum, siue reditum, siue etiam usuram appellare uelit) quantum ferre ciuitatem aequum esset. Eos uero, qui aurum susceperunt, postquam constitutionem protulimus, ne creditoribus permittatur, ut debitum ultra duplum exigere, sed hoc ipso duplo contenti sint, sane legatum ciuitati deperire, & tam calefactiones balnearum publicarum, quae exinde fieri soleant, iniuria affici, quam opera publica per legem nostram labefactari, & illorum interpretatione in uicium adferre reipublicae. Ut igitur omnia haec e nostra expellamus reipublicae: sancimus, ut qui id auri perceperunt in hoc, ut pensionem aliquam pro eo persoluant reipublicae, singulis annis, quoad illud penes se aurum habuerint, inferre compellantur id, quod pro eo se illaturos constituerint, haudquaquam sacra nostra ad hoc constitutio ne usurpata. Illam etenim de creditoribus conscripsimus, & qui in ea comprehenduntur, casibus. Praesens uero species illam non attingit: siquidem hoc magis annuo redditui, quam usurarum praestationi simile uidetur. nos autem ex aequo ciuitatum curam gerere oportet, ut rerum fiscalium. Quod si quis post hanc praesentem nostram formam aliter ea, quae a nobis lege promulgata sunt, acceperit, & defraudare ciuitatem dato auro uoluerit: & pro uniuerso tempore, quantum debet, ciuitati persoluet, & praeterea reddet duplum: ut maliciose interpretationis iustam retributionem percipiat, propterea quod cum in manu illi esset, ut bonum se perhiberet ciuem, ita improbus est, ut quae illum in lucem protulerit, eam non dubitet afficere iniuria.

DE PROVINCIARVM PRAESIDIBVS. Constit. CLXI.



Non tantum decenter leges ferre summo bono est, sed etiam sancita accurate custodire, & ad effectum deducere, transgressoresque competentibus poenis subijcere. Quae enim legum erit utilitas, si in literis dumtaxat consistant, non etiam per ipsa facta atque opera subditis utilitatem de se praebant? Ac scimus quidem, quam uehementer maiestas imperatoria collatorum curam gesserit, cum aliquoties definiert, ut prouinciarum praesides officia gratis suscipiant: quo magis & ipsi, cum pure his utantur, aequum & bonum subditis impertiatur, & ex collatorum incolumitate omnium rerum copia abundet res publica. Sed haec quidem per immodicam auariciam eorum, qui officia redimunt potius, quam suscipiunt, deuisa, paulatim in obliuionem deueniunt. Nos autem de his propositas leges renouantes, sancimus, ut illi magistratum gerant, qui & bona existimatione noti sunt, & in exercenda iusticia plurimum reposuerunt sollicitudinis. Sed & ut citra ullum munus & largitionem magistratus suscipiant. Item ut tam collatores incolumes indemesque conferuent, quam publica tributa diligenter expediant. Praeterea ut neque per se, neque per adfessores suos, aut cancellarios, domesticosue, aut quempiam eorum, qui ad ipsos pertineant, quidquam a subditis accipiant, nisi in quadruplum uelint (ut leges loquuntur) quod ab ipsis acceptum est, dependere: sed contenti his sint, quae legi ipsis deputata sunt a publico. Simul atque magistratu abierint, ut per solennes quinquaginta dies in prouincia affideant, sub publico uersantes

uersantes conspectu, & omnibus actionem intentare uolentibus respondeant. Lite uero intra quinquaginta dies non finita: siquidem pecuniaria sit, procuratorem dato. sin uero criminalis: ad terminum usque causae permaneto: his, qui in causa dijudicant (siue magistratus sint, siue a praefectis dati) nisi intra uiginti dies, quam initium coeperit, eam litem finierint, decem libris auri mulctandis: lite nihilominus secundum praedicta procedente. Si qui enim mala conscientia stimulati, uel clam aufugerint, uel ad sacras aedes decurrerint: substantia excident, secundum legem pro modo admissorum inter iniuria affectos diuidenda. Et quemadmodum procedes de hoc constitutio & ex una parte, prout antea lege comprehensum est, stiterit: quae pro collatoribus introducta sunt, ea firma permanento. permanentibus uidelicet & alijs firmis, quae ad collatorum utilitatem de praesidibus pulchre a maiestate sancita sunt imperatoria.

Quemadmodum autem eos, qui haec perperam in se admittunt, punimus: ita & eos, qui per hanc causam contra interdictum aliquid ab ipsis accipiunt, restitutioni quadrupli subijcimus. Atque ut haec ita caueremus lege, ex eo nobis in mentem uenit, quod pluris a nobis sit subditorum opulenta & medela, quam reditus qui exinde inferuntur imperio. Contrahimus enim unam cum largitionibus praesidium in arctum ipsa etiam suffragia, quae imperialibus inferebantur rationibus, & magnum reddebant pecuniarum cumulum: quo magis hac causa & reipublica meliore successu potiatur, & locupletior redeat, aliquot retro temporibus a nonnullis excogitatis praestationibus liberata. Una enim haec res potentiae nostrae studio est, ut prouinciae & bonis gubernentur legibus, & tuto inhabitentur, neque non ex praesidium iusticia fructum capiant, & tributa publica sine querela inferantur. neque enim aliter conseruare licet rempublicam, nisi pientiss. praestationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copiae, ut resistatur hostibus, & per agros ac urbes agantur excubiae: perfruuntur item reliqui ordines attributis sibi salarijs, reparantur quoque muri & urbes, denique omnia alia proueniunt, quae communem subditorum utilitatem coecernunt. Quae igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem: ea gloria tua in alma hac urbe conuictis locis proponet, sed & solitis usque iussionibus mittet per prouincias: ut omnes intelligant, quantum nobis reipublica simul & subditorum nostrorum incolumitas curae sit.

SACRA FORMA TRANSMISSA DOMINICO GLORIOSI,
praetoriorum Illyricianorum praefecto, de diuersis capitulis.
Constit. CLXI.



Percontata nos est gloria tua de quibusdam, quae ab eloquentiss. in Illyriciano foro causarum patronis deducantur in controuersiam, quae ait nostra indigere disceptatione, quominus perpetuo laborent dissidio. PRIMUM igitur capitulum huiusmodi fuit. Mulier quaedam, cum res ipsi a coniuge donatae essent, neque tamen traditae, uoluit marito mortuo & donationem silentio praetereunte, res uindicare, quasi harum domina tam donatione, quam silentio mariti facta. Opponebatur a rerum possessoribus, habere ipsam solummodo exceptionem in ius uocatam, si possideat: non etiam ab alio haec per uindicationem petere posse. Et quidem quod controuersum est, eius modi fuit. Nos uero & constitutionem nostram reuocauimus in memoriam, quae dicit, donatorem, licet traditio ab eo stipulata non fuerit, necesse tamen habere, ut donatam rem tradat. neque enim per imposturam, & ut in nudis consistant literis, quae geruntur, instrumenta confici conueniens est. Sumpsimus praeterea in mentem sanctionem ueteris legis Aeliae Sentiae, quam recte & pro officio e legum suarum corpore ablegauit olim reipublica, consimilia promulgantem, quae in praesentia haerent in controuersia. Et sancimus, ut si istiusmodi donatio, prout ante a nobis dictum est, perfecte omnia habeat, tam quo ad modum, quam quo ad insinuationem: ab eo statim tempore, quo facta est omni modo secundum praedictam constitutionem silentio mariti conualescat. Ut tamen si maritus eam rem postea hypothecae det: tamen qui id silentio praetereit, abalienasse non uideatur: & traditio, si facta est, largiatur ei exceptionem: si facta non est, praebat etiam (siquidem stipulatio interposita est) exactionem per actionem ex stipulatu, ut donatam rem percipiat. Sed & illud constituere iustum duximus, ut si quidem initio donationes apud actorum monumenta insinuatae fuerint: omnibus modis silentio confirmantur. si uero insinuatae non fuerint, transcendant autem modum, qui insinuatione indigeat: ad eam dumtaxat quantitatem conualescant, quatenus uel sine insinuatione donationes firmas

firmas esse, lege à nobis expressum est. hoc enim cū posterius sancierimus, obtinere & ipsum uolumus, neq; quod recte se habere poterat, propter quantitatis appendicem intercideret: idq; etiam in generalibus iam donationibus lex nostra dicit. His non tantum inter uxorem & maritum ualituris, sed etiam in cæteris personis, inter quas consistentibus nuptijs donationes sunt prohibita.

DE SECVNDO insuper capite ab excellentia tua interrogati sumus, an post constitutionē nostram, quæ uult, ut qui ex libera & adscriptio nascitur, propter conditionem matris postea & ipsi liberi sint: arbitrari oporteat, quod tamen adscriptio, quemadmodum olim, facti non sint: tamen omnino coloni existant propterea, quod alia constitutio nostra colonorū filios nō sinat terram relinquere, sed manere colonos iubet: multoq; id magis esse oporteat hoc loco, quandoquidē & inter has prorsus personas adscriptio sint profapia. Atq; hæc quidem sub prædicto capitulo existerunt in interrogatione tua. Nosse autem oportet eos, qui legem nostram considerant, quod nullo unq; tempore concedamus, ut liber uenter adscriptio pariat: sed hanc notam atq; signum genito post legem tunc propositam immitti oporteat, quod omnibus modis libertas ex libera matre progenitos concedat.

Si igitur ex libera & adscriptio natus aliquis fuerit: est ille quidem liber, neq; maternam ingenuitatem ulla ratione abiicit. ostendit tamen constitutio à nobis proposita, quod tales uelit prædiorū permanere incolas, & agrorum cultores, tanquā illic prognatos. hoc enim sibi uult coloni appellatio. Non præbemus itaq; ipsis licentiam, ut prædium deserant, & alio se recipiant. Quin si omnino aliqui prædio cuiusdam deputentur, & ex adscriptio matre nati sint: manifestariū est, quod penitus adscriptio futuri sint. si ex libera: manebūt quidē liberi, & quæ adquisierint, in bonis suis habebunt, neq; peculium fiet dominorum. non tamen ex eo prædio egredientur, sed hoc excolent: neq; ipsis erit licentia, ut hoc deserant, alterum obeāt alienum. nisi forte propriae alicuius possessionis domini fiant, quæ satis superq; ipsos inibi occupatos tenere possit, neq; permittat, ut alteri præterea fundo colendo operam nauent: inq; illam transmigrant. Alioqui sancimus, ut omnibus modis in eo prædio manean, liberi quidem constituti, incolatu tamē detenti. Et hoc quidem in ea specie ita constitutum esto.

SE D NE QVE illa nobis quæstio abs re facta, & disceptatione nostra indigna uisa est. Nam si adscriptio cum adscriptio aliquo ad alterum pertinēte coniugium coeat: quæsitum est de prole, si filij ex ipsis nascantur, utrum eam ad dominum uiri, an ad dominum mulieris pertinere cōueniat? Sancimus igitur, si eius generis aliquid incidat, & diuersorum inter se dominorū adscriptio congregiantur: quandoquidem conditionis ratio in controuersia posita non est, cum uenter liber non existat: sunt quidem nati adscriptio, non tamen matre dominoue huius totum dabimus. Sed si quidem unus filius procreetur: uenter sationi præfertor, & quod natū fuerit, esto domini ipsius matris. sin uero duo forte filij: ambo inter ipsos diuiduntor, electi one ductis sortibus celebranda. Si impar filiorum numerus sit: id, quod redundat, maternus finus retinetor. ut si tres existāt: duo quidem sint matris, unus uero patris. rursus si quinq;: tres quidem ē prognatis domini matris, duo uero patris sint. secundumq; hanc incrementi rationem numerus procedat, ut quod æqualiter potest diuidi, id ex æquo distribuat: quod uero redundat, quod & gratiosissimū est, hoc attribuat matri. oportet enim maiore eā studio prosequi, quæ partus doloribus distenta fuit, quæ peperit, quæ nutrij: q̄ eum, qui succisiuā tantūmodo libidini operam accommodans, filij generationem procurauit. Quæ igitur sacra hac pragmatica comprehenduntur forma, ea in similibus casibus conseruare gloria tua studeto. Si quidem & generalem de hoc legem conscripsimus, tum ea ipsa, tum insuper alia quæpiam, in quibus legislationem necessariam esse credimus, ad certam redigentes formulam.

DE RELEVATIONE TRIBVTORVM PVBLICORVM.

Constit.

CLXIII.

Restantis. inter homines bona sunt iusticia & benignitas, quarum altera æqualiter suum cuiq; tribuit, neq; appetit aliena: altera ad misericordiam decurrit, & debitorū incommoditate egentes liberat. Hæc ornare firmareq; imperium, hæc conseruare rempublicam, hæc pulchre humanam nouerunt gubernare uitam. Vnde & nobis, ex quo diuinitus imperij scepra suscepimus, magno affectum est studio, ut undiq; tam bonis actionibus conspicui simus: quo magis si utiles nos præbeamus subditis, ex uirtute & gloria remunerationem habeamus. Ac scimus quidem mutua

mutua illa & omnimoda hominum exitia ad tantam inopiam possessiones redeigisse, ut neq; reditus possint suis producere possessoribus, neq; satis idonee publica inferre tributa. Atq; hæc militari & alio necessario sumptu imminente, uehementerq; nos impellente, dum multis undequaq; bellis alluimur, ut crebriores pecuniarū collatiōes faciamus. Inde adeo nō semel curas in eam rem impendimus, quā nam ratione fieri possit, ut & necessitati faceremus satis, & subditorum egestati adferremus remedium. cumq; in multas nostra circa hæc difraheretur sententia: magis tamen obtinuit, ut ad benignitatem respiceremus, & deo placentem collatoribus impertiremur medelam: & quod cōmunibus deesset sumptibus, hoc in eius uicē introduceretur ex thesauris principalibus. Accepim igitur & hanc nostram curam ferentes domino Christo, & salutatis passionis neq; non sanctæ resurrectionis eius præsentibus magni festi diebus condigna facientes, merito & ipsi in præsentia hanc pro republica largitionē offerimus. per quā concedimus in uniuersum oibus, agricolis pariter & collatoribus (idem autē dicitur licet & de prædiorū dominis) integrum unum canonem publicorum tributorum, in quadriennium partiendum: hoc est quartam quidem eius portionem pro nona indictione proxime initura, tantandem uero alterā & pro decima, quæ hanc secutura est, consimiliter & pro undecima & duodecima uniuicq; quartam portionem: una eademq; opera deminuentes & consuetudines, quæ quocunq; modo aliquibus hoc nomine præbentur. Remittimus autem his & præteriti temporis reliquationes, usq; ad finem proxime præteritæ quintæ indictionis. Ac sancimus, ne qua fiat exactio pientis. à nobis condonatarum præstationum, siue maximam præfecturam respiciant sacrorum orientalium prætoriorum, siue præfecturam Illyricianam, siue præsidatum insularum, atq; præfecturam militarium in Scythia & Mysia ordinum, aut sacras nostras largitiones, aut deniq; alium magistratum: interdicens decurionibus & exceptoribus, scriuariis & cohortalibus, palatinis & exactoribus, neq; non susceptoribus, & quicūq; uel exactiōem uel susceptionem publicorum expeditur, ne per uasficiem excogitatis contra agricolas & collatores utantur artibus. * aut etiam prædiorum dominos, ut diuersos * ex reliquis indultis pro se instituant, aut constitutæ pecuniæ obligationes, aut fideiussiones, aut confessiones dolo malo suscipiant. Constituimus etenim omnem contra munificentiam nostram factam aut futuram circūscriptionem irritā: cū illud constet, quod si qui nostram anteuertentes largitionem, ex reliquationibus iam inde à quinta indictione factis aliquid exegerint, neq; id persoluisse uidebuntur: omnibus modis publicis id rationibus inferent. Nam ut collatores beneficio afficeremus, præsentem ipsis benignitatem impartiti sumus: non autem his, qui publica tributa suscipiunt, & in suū lucrū cōferre ea uoluerint, præsentis ad tēpus canonis indulgentiā instituimus: nullo modo embola (hoc est annua specierū trāsmisione, ut in condito & ad militares sumptus habeant) deminuenda. Oportet enim uniuersum frumenti aliarumq; specierum modum consueto ac solito more & contribui, & importari: precijs quartæ partis per singulos annos à nobis usq; in quadriennium collatoribus indultæ, ad mensam publicam cum alijs, quæ in auro ab ipsis contribuuntur, æstimandis soluendisq; ē publico. Idemq; hoc in Osdroëna & Mesopotamia peragetur eorum gratia, quæ pro reconditis & militari sumptu in speciebus conferuntur. Consimiliter & in speciebus, quæ ploimæ, quasi nauibus transportandæ dicuntur, quæ proueniūt in Lazica, & Bosporo, & Chersoneso. percipient enim harum precia ex publico, prout in mensis præfectorum ordinatum fuerit, unde hæc importantur, ut & ipsi nostra in hoc perfruantur benignitate. Earum enim specierum illationem negligere, haud quæq; tutum est: cum & inuitabilis existat impensa, & publicas (ut ita dicamus) res in unum conciliet. Credimus autē & ex hac nostra largitione magna reipublicæ incrementa futura, deo omnia nobis fausta per huiusmodi actiones præbente: ea, quæ pro subditorū à nobis utilitate disposita sunt, transcendere præsumentibus, tam de substantia, quā de ipsa periclitandis salute. Quæ igitur nobis placuerunt, & per præsentem sacram declarantur legem: ea programatis usa gloria tua, tam in alma urbe, quā etiam per prouincias omnibus manifesta faciet, ut neminem nostra lateat munificentia.

DE HAEREDIBVS.

Constit.

CLXIII.



Eo simul & iusticia nihil maius existit. absq; his enim nihil unquā cōmode geri potest, & præcipue in nostra hac republica. Exinde enim & recte regnare, & subditos ad beneuolentiam, neq; non ad summā licet attrahere deuotionem. Ea propter

K cum &

cum & nos diuinitus, perque iusticiam imperij scepra suscepimus: tamen multis undique curis implicamur, quomagus & Romani quotidie uirtutibus reddantur auctiores, & Barbari deuicti succumbant: non tamen penitus à sollicitudine nostra secludimus, ne non in his, quæ priuatim usui esse possint subditis, competens accommodetur prouidentia. Ac cum multa, quæ prius confusa erant, ad meliorem statum exeremus: conueniens esse putauimus & id, quod longo iam tempore in successione neglectum fuit habitum, ad actionem deo placente reducere. Cognouimus enim, quod quidam oberrantes defunctorum perturbat patrimonialia, sed neque testamenta ualere sinunt, neque item ab intestato successiones locum capere, mobilibus quidem rebus immittentes signacula, immobilibus uero imponentes titulos, ut hac ratione ipsis illorum successio adcrecat, inque ea decente aliquo ordine occupent. Quonia uero impossibile est in tanta multitudine, exacte ea, quæ singulatim in talibus eueniunt, perdiscere: perpulchrum nobis uisum est, si generali hæc lege ad certam redigeremus formulam. Propter ea sancimus, ut uniuersi citra inuidiam & rebus iuribusque suis perfruantur, & ad suos ista transmittant hæredes. Penitus autem nemo omnium illorum inuadat patrimonialia, aut horum successores damnis implicet, aut titulos siue signacula rebus præter legum nostrarum placitum imponat. Nam & successiones ab intestato, quo quisque uocatur ordine, confirmamus: & ultimas horum uoluntates legitime consistentes non subuertimus. Si enim sedulo aduigilamus, sumusque solliciti, ut collatores bonis gubernentur legibus, & de eorum incolumitate multo maximam potentia nostra curam sustinet: quomodo non in hanc quoque partem prouidentiam ipsis accommodauerimus, & alacriter nostrum ipsis impertiamur beneficium? hæc etenim placere deo persuasissimum habemus, & hoc iusticiæ munus esse asserimus, persuasissimum quoque est, imperium per hæc nobis undique munitum & quietum futurum. Cõnumerat itaque & hæc nostra lex cæteris præclaris nostris facinoribus: & subditi pristinis liberati molestiis, & tanta à potentia nostra dignati prouidentia, deo simul & post illum nobis gratias agant: diuinum numen placantes precibus, ut deuictis hostibus, aliam insuper & maiorem ipsis securitatem impertiamur. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea conferuanto tam gloriosiss. sacrarum domuum curatores, quibus uel maximorum, uel etiam minorum gerendorum magistratuum cura, siue in alma hac urbe, siue item in prouincijs commissa est: publicationem bonorum iuxta & supplicium formidantes capitis, si sancita nostra transgressi fuerint. Præsentem itaque sacram nostram legem gloria tua in insignioribus locis huius almæ urbis proponet, sed & usque ad hoc iussionibus, transmittet in prouincias.

GENERALIS FORMA DE PROSPECTU IN MARE.

scripta Dominico gloriosiss. prætoriorum præfecto.

Constit.

CLXV.



Docuit nos mater. &c. Prospectus in mare, qui intra ceterum esse pedes solet, non solum per directum, sed ne per transuersum quidem impediri nouo debet opere. hoc enim præsens forma adiicit, tum Zenonis constitutionem custodiens, tum nouellam interpretans.

Nouellarum constitutionum DN. Iustiniani sacratiss. principis,
quæ hoc tempore exstant, & ut exstant, finis.

Greg. Haloandro interprete.

Anno Domini

M. D. XXXI.

CANONES SANCTO

RVM APOSTOLORVM, PER CLEMENTEM A' PEA
tro Apostolo Romæ ordinatum episcopum, in unum congeſti.

- 1 Episcopus à duobus aut tribus episcopis ordinator.
- 2 Presbyter ab uno episcopo ordinator, item diaconus, & reliqui clerici.
- 3 Si quis episcopus aut presbyter præter ordinationem domini, quam de sacrificio instituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro uino sicera, aut confecta quædam, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina supra altare obtulerit: ut qui contra ordinationem domini faciat, deponitor: excepto nouo frumento & uua opportuno tempore. Præterea licitum nõ esto aliud quippiam admouere ad altare, quæ oleum in candelabrum, & incensum oblationis tempore.
- 4 Omnium aliorum pomorum primitiæ episcopo & presbyteris domum mittuntur, non super altare. Manifestum est autem, quod episcopus & presbyteri inter diaconos & reliquos clericos eas diuidunt.
- 5 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus uxorem suam prætextu religionis non abijcitur, si abijcit: segregatur à communione. si perseverat: deponitor.
- 6 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus seculares curas non suscipito. alioqui deponitor.
- 7 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus sanctum diem Paschæ ante uernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit: deponitor.
- 8 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicumque ex sacerdotali consortio, oblatione facta, non communicauerit: causam dicito. Et si bona ratione subnixata sit, ueniam promeretur. Sin minus dixerit: à communione excluditor, tanquam qui populo author offensionis fuerit, mota contra eum suspitione, qui obtulit.
- 9 Quicumque fideles ecclesiam ingrediuntur, & scripturas audiunt, neque apud preces & sanctam communionem permanent: eos tanquam qui ordinis in ecclesia perturbationem inducunt, à communione arceri oportet.
- 10 Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit: iste cõmunione priuator.
- 11 Si quis cum deposito clerico, ut cum clerico, preces coniunxerit: deponitor & ipse.
- 12 Si quis clericus, aut laicus à communione segregatus, seu nondum in communionem receptus, ad aliam profectus ciuitatem, sine cõmendaticijs literis receptus fuerit: à communione excluditor tam qui recepit, quam qui receptus est. Si excommunicatus fuerit: in longius illi tempus excommunicatio protenditor.
- 13 Episcopo, qui parochiam suam dereliquerit, alteri insilire nefas esto, licet à piuribus ad hoc compellatur: nisi rationabilis aliqua causa subsit, quæ hoc ipsum facere uigadigat, nempe quod plus lucri & utilitatis his, qui illic constituti sint, uerbo pietatis cõferre possit. neque hoc tamen à seipso, sed multorum episcoporum iudicio, & exhortatione maxima.
- 14 Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicumque tandem de clericorum consortio, relicta parochia sua, in aliam concesserit, & omnino transmigracione facta, præter uoluntatem sui episcopi in alia parochia moram traxerit: huc iubemus, ne porro in ministerio publico sit ecclesiæ, maxime si accersente ipsum episcopo eius, redire contemnat, peruerso illic ordine perseverans. ut laicus tamen ibi locorum in communionem admittitor.
- 15 Quod si episcopus, ad quæ accesserint, p nihilo reputata uacacionis à ministerio ecclesiastico poena, quæ contra eos definita est, ipsos ut clericos susceperit: à communione excluditor, ut peruersi ordinis magister.
- 16 Qui post baptismum duabus implicitus fuit nuptijs, aut concubinam habuit: is episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique in consortio sacerdotali esse non potest.
- 17 Qui uiduam duxit, aut diuortio separatam à uito, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis mancipata sit spectaculis: episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.
- 18 Qui duas sorores duxit, aut consobrinam, clericus esse non potest.
- 19 Clericus, qui fideiussiones dat, deponitor.
- 20 Si quis humana uolentia eunuchus factus est, aut in persecutione amputata ei sunt uirilia, aut ita natus fuit, & dignus est: efficitur episcopus.

K ij Qui

- 21 Qui sibi ipsi uirilia amputauit, clericus non efficitur. sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi dei.
- 22 Si quis, cum clericus esset, uirilia sibi ipsi amputauerit: deponitor. homicida etenim sui ipsius est.
- 23 Laicus, qui seipsum mutilauit, per tres annos à communione eijcitur. puta quia ipse uitæ suæ posuit insidias.
- 24 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto depræhensus, deponitor: non tamen à communione excluditor. Dicit enim scriptura. bis de eodē delicto uindictam non exiges. Eidem cōditioni consimiliter & reliqui clerici subdutor.
- 25 Ex his, qui cælibes in clerum peruenerunt, iubemus, ut lectores tantum & cantores (si uelint) nuptias contrahant.
- 26 Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui uel fideles delinquentes, uel infideles in iuriam inferentes percutit, & terrorem ipsis per huiusmodi uult incutere, deponi præcipimus. Nusquam enim dominus hoc nos docuit. Imò uero contrā, cum ipse percuteretur, non repercutiebat: cum laceraretur conuicijs, nō regerebat conuicium: cum pateretur, non comminabatur.
- 27 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iuste depositus, attingere ministeriū, quod aliquādo tractauerat, præsumperit: omnino hic ab ecclesia abscinditor.
- 28 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatem nactus fuerit: deponitor tam ipse, quam qui eum ordinauit, & omnino à communione abscinditor, quemadmodum Simon magus à me Petro.
- 29 Si quis episcopus seculariū magistratuū familiaritate usus, per ipsos ecclesiā nactus fuerit: deponitor. segregantor quoque à cōmunionem, quicumque cū ipso cōmunionem habet.
- 30 Si quis presbyter, proprium aspernatus episcopum, seorsim conuenticula egerit, & altare erexerit, cū de nullo crimine episcopū in pietate ac iusticia condēnarit: deponitor, quia si qui principatū ambiat, tyrannus enim est. Consimiliter & reliqui clerici, qui suum illi calculum apponunt. Laici uero à communione segregantor. Atque hæc post unam, & itē alteram, ac tertiam episcopi exhortationem fiunt.
- 31 Si quis presbyter, aut diaconus per episcopū à cōmunionem exclusus sit: hunc ne utique ab alio fas esto suscipi, quā ab eo, qui ipsum à communione exclusit: nisi forte fortuna episcopus, qui ipsum à communione segregauit, defunctus sit.
- 32 Nemo peregrinorum episcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commendatijs suscipitor literis. & si eas obtulerit: attentius in disquisitionem uocantor. Et qui dem si prædicatores pietatis fuerint: suscipiuntor. sin minus: ubi necessaria ipsis suppeditaueritis, ad communionem & ulteriorem ipsos consuetudinem nō admittitote. multa enim per obreptionem fiunt.
- 33 Cuiusque gentis episcopos oportet scire, qui nā inter ipsos primus sit, habereque ipsum quodammodo pro capite, neque sine illius uoluntate quidquā agere insolitum. illa autem sola quæ pro se tractare, quæ ad parochiam eius, & loca ipsi subdita attinent. Sed neque ille citra omnium uoluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & deus glorificabitur per dominum in sancto spiritu.
- 34 Episcopus extra terminos suos in ciuitatibus & regionibus sibi non subiectis ordinationes facere non præsumito. Si uero præter uoluntatem eorum, qui ciuitates illas aut regiones detinent, id fecisse conuictus fuerit: deponitor tam ipse, quam etiā hi, quos ordinauit.
- 35 Si quis ordinatus episcopus ministerium & curam populi sibi commissam non susceperit: hic à communione seiunctus esto tam diu, donec susceperit [obedientiam accommodans. Si mulier autem & presbyter & diaconus] Si uero non præ uoluntate sua, sed præ malicia populi non susceperit: maneto ipse quidem episcopus, clerus uero eius ciuitatis à cōmunionem segregator, eo quod tam inobedientem populum non corripuerint.
- 36 Bis in anno episcoporum celebrator synodus & pietatis inter se dogmata in disquisitionem uocanto, neque non in ecclesijs incidentes contradictiones dirimunto: semel quidem quarta feria pentecostes, secundo duodecima * Hyperberetæi.
- 37 Omnium rerum ecclesiasticarum curam episcopus gerito, & eas dispensato, quasi inspectante deo. Nō licitum autem ei esto quippiam ex ijs sibi tanquam proprium assumere: aut cognatis suis elargiri, quæ deo dedicata sunt. Quod si pauperes illi sint: ut pauperibus subministrato, non tamen horum prætextu res ecclesiæ uenundato.

*Hyperberetæi apud Aste populose Maadones October græca dicto

Presby-

- 38 Presbyteri & diaconi absque uoluntate episcopi nihil peragunto. ipsius enim fidei populus domini commissus est, & pro eorum animabus ab ipso repetetur ratio.
- 39 Manifestæ sunt priuatae res episcopi (si modo & priuatas habet) manifestæ item sunt dominicæ: ut priuatas quidem res episcopus, cum moritur, quibus uult, & quomodo uult, relinquendi facultatem habeat: neque occasione ecclesiasticarum rerum interdicant res episcopi, qui nonnunquam uxorem & liberos, aut cognatos, aut seruos habet. Iustum enim est apud deū pariter & homines, simul ne ecclesia per ignoracionem rerum episcopi damni aliquid sustineat, simul ne episcopus aut cognati eius prætextu ecclesiæ oblectantur, aut etiam qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negocia, eiusque mors implicetur diffamationibus.
- 40 Præcipimus, ut episcopus res ecclesiæ in potestate habeat. Nam si preciosæ hominum animæ fidei eius cōmittendæ sunt: multo utique magis oportuerit & de pecunijs mandatum dare, ut illius arbitratu dispensentur, neque nō cū timore dei summaque sollicitudine per presbyteros ac diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autē & ipse (si modo indiget) quantum ad necessarios suos & hospitio exceptorum fratrum usus opus habet, ne quomodo ipse posteriore loco habeatur, quam ceteri. Ordinauit enim lex dei, ut qui altari inseruiunt, de altari nutriantur: quādo nec milites unquam suis annonis arma hostibus inferant.
- 41 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui uel aleam, uel ebrietatibus indulget: uel definito, uel deponitor.
- 42 Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui consimilia facit: uel definito, uel à communione seiungitor. Similiter & laici.
- 43 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui uisuras à mutuum accipientibus exigit: uel definito, uel deponitor.
- 44 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hæreticis preces coniunxerit: duntaxat à communione suspenditor. Si uero etiam ipsos tanquam clericos aliquid agere permisit: deponitor.
- 45 Episcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptisma aut sacrificium susceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim conuentio inter Christum & Belial? aut quæ particula fidei cum infidelis?
- 46 Episcopus, aut presbyter si eum, qui uerum baptisma habeat, iterum baptissauerit, aut pollutum ab impijs non baptissauerit: deponitor, ut qui crucem & mortem domini derideat, neque discernat ueros sacerdotes à sacerdotibus impostoribus.
- 47 Si quis laicus, cum suam à se uxorem abijcit, alteram duxerit, aut ab alio dimissam: à cōmunionem segregator.
- 48 Si quis episcopus, aut presbyter secundum ordinationem domini non baptissauerit in patrem, & filium, & spiritum sanctum, sed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracleros: deponitor.
- 49 Si quis episcopus aut presbyter in una initiatione non tres immersiones, sed unam duntaxat, quæ in mortem domini detur, peregerit: deponitor. Non enim dixit dominus, in mortem meam baptissate: sed profecti docete omnes gentes, baptissantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.
- 50 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis omnino de sacerdotali consortio, nuptijs, & carnibus, & uino abstinerit, nō propterea quod mens ad cultū pietatis red datur exercitior, sed propter abominationem: oblitus, quod oia pulchra ualde, & quod masculum & fœminam deus creauit hominem, sed diffamationibus lacerans creationem dei uocat ad calumniam: aut corrigitor, aut deponitor, & ex ecclesia reijcitor. Consimiliter & laicus.
- 51 Si quis episcopus, aut presbyter eum, qui à peccato reuertitur, non recipit, sed reijcit: deponitor, eo quod Christum offendat, qui dixit, ob unum peccatorem, qui resipiscat, gaudium oboriri in celo.
- 52 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus carnibus & uino festiuis diebus nō utatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis: deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conscientiam, & multis author sit offendiculi.
- 53 Si quis clericus in caupona cibum capere depræhensus fuerit: à cōmunionem excluditor. excepto tamen eo, qui necessariō in itinere in commune diuerterit hospitium.
- 54 Si quis clericus episcopū cōtumelia affecerit: deponitor. principi enim populi tui nō maledices.

K iij Si quis

- 55 Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum, aut diaconum: a communione segregator.
- 56 Si quis mancum, aut mutum surdumque, aut cæcum, aut eum, cui uiciosus incessus est, subannauerit: a communione priuator. Consimiliter & laicus.
- 57 Episcopus, aut presbyter, qui negligentius circa clericum uel populum agit, neque in pietate eos erudit, a communione segregator. Si uero in ea fœcordia perseverauerit: deponitor.
- 58 Si quis episcopus, aut presbyter, clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditauerit: a communione reijcitor. Sin perseverat: deponitor, ut qui fratrem suum necauerit.
- 59 Si quis falsò in scriptis impiorum libros tanquàm sacros in ecclesia ad populi & cleri corruptionem publicauerit: deponitor.
- 60 Si accusatio contra fidelem instituat de fornicatione, aut adulterio, aut quacunque alia actione prohibita, & conuictus fuerit: in clericum non perducitor.
- 61 Si quis clericus per metum humanum, uel Iudæi, uel Græci, uel hæretici negauerit, si quidem nomen Christi: ab ecclesia reijcitor. si uero nomen clerici: deponitor. poenitentia tamen ductus, ut laicus recipitor.
- 62 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicumque ex sacerdotali consortio comederit carnes in sanguine animæ eius, aut à bestiis abreptum, aut suffocatum: deponitor. hoc enim lex prohibuit. Sin uero laicus fuerit: a communione excluditor.
- 63 Si quis clericus, aut laicus, synagogam Iudæorum, aut hæreticorum conuenticulum ingressus fuerit, ut preces cum illis coniungat: deponitor, & a communione secluditor.
- 64 Si quis clericus in concertatione aliquè pulsauerit, & uno ictu ac pulsatione interemerit: deponitor propter temeritatem suam. Sin uero laicus sit: arcetor a communione.
- 65 Si quis dominicum diem, aut sabbatum, uno solo dempro, ieiunare depræhendatur: deponitor. sin laicus: a communione reijcitor.
- 66 Si quis uirginem sibi non desponsatam admota ui detinet: a communione suspenditor. Non licitum autem esto ei aliam ducere: sed eam detineto, quam sollicitauit, quæ uis pericula sit.
- 67 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus secundam ab aliquo ordinationem susceperit: deponitor tam ipse, quàm qui ipsum ordinauit: nisi forte constet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptisati, aut ordinati sunt: hi neque fideles, neque clerici esse possunt.
- 68 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor sacram quadragesimam paschæ, aut quartam feriam, aut pasceuen non ieiunauerit: deponitor, præterquam si imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus sit: a communione priuator.
- 69 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicumque ex clericorum consortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem festum diem cum ipsis egerit, aut lautia festi, nempe azyma, aut aliud huius generis, ab eis susceperit: deponitor. si laicus: a communione segregator.
- 70 Si quis Christianus oleum ad sacra gentilium, aut in synagogam Iudæorum in festis eorum detulerit, aut lucernas incenderit: a communione excluditor.
- 71 Si quis clericus, aut laicus ceram aut oleum ex sancta surripiat ecclesia: a communione seijngitor.
- 72 Vas aureum & argenteum sanctificatum, aut uelamen linteumque, nemo amplius in suos usus assumito. iniquum enim est. Cæterum si quis depræhensus fuerit: excommunicatione multator.
- 73 Episcopum de aliquo per fidedignos accusatum homines, ab episcopis uocari necessarium est. Et si quidem comparuerit, & confessus conuictusque fuerit: censura irrogator ecclesiastica. Si uero uocatus non obtemperauerit: secunda quoque uice uocator, missis duobus ad ipsum episcopis. Quòd si per contumaciam ne sic quidem comparuerit: synodus suam contra ipsum pronuntiat sententiam, ne quid tergiversando detrectandoque iudicium lucri facere uideatur.
- 74 In dictionem testimonij contra episcopum hæreticus non admittitor: sed neque fidelis, si solus sit. In ore enim duorum aut trium testium consistet omne dictum.
- 75 Item non oportet episcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu. Neque enim ecclesiam dei conferre debet in hæredes. Enim uero si quis id fecerit: irrita permanet ordinatio. ipse autem excommunicatione percellitor.
- 76 Si quis oculo defectus, aut obtuso cruce existat, & dignus sit: episcopus efficitor. non enim mutilatio

- mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio animæ.
- 77 Qui uero mutus surdusque, & cæcus est: episcopus non efficitor, non quia oblatso corpore est, sed ne ecclesiastica impediatur munia.
- 78 Si quis dæmonem habeat: clericus non efficitor, sed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus uero recipitor: & si dignus fuerit, efficitor.
- 79 Qui ex uita gentili aduenit, & baptisatus est, aut ex conuersatione praua: eum iustum non est protinus promoueri in episcopum. Iniurium enim est, eum, qui non prius specimen & documentum de se præbuerit, aliorum doctorem existere. nisi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.
- 80 Dicimus, quòd non oporteat episcopum, aut presbyterum publicis se administrationibus immittere, sed uacare & commodum se exhibere usibus ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim potest duobus dominis seruire iuxta præceptum dominicum.
- 81 Serui si in clericum promoueantur citra dominorum uoluntate: hoc ipsum operatur redhibitionem. Si quando uero seruus quoque gradus ordinatione dignus uideatur, qualis & noster Onesimus apparuit, & domini consenserint, manuque emiserint, & domo sua ablegauerint: efficitor.
- 82 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ uacauerit, & simul utrumque retinere uoluerit, tam officium Romanum, quàm functionem sacerdotalem: deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ dei, deo.
- 83 Quisquis imperatorem aut magistratum contumelia affecerit: supplicium luito. & quidem si clericus sit: deponitor. si laicus: a communione remouetor.
- 84 Sunt omnibus uobis, clericis simul & laicis, uenerandi ac sacri libri, ueteris quidem testamenti, Moysi quinque, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium. Iesu filij Naue unus. Iudicum unus. Ruth unus. Regnorum quatuor. Derelictorum ex libro dierum, duo. Hester unus. De Machabæorum gestis tres. Iob unus. Psalterium unus. Solomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum. Prophetarum duodecim. unus Esiæ. Hieremiæ unus. Iezechiel unus. Daniel unus. Inquiritor autem à uobis extrinsecus, ut adolescentes uestri addiscant item Sapientiam eruditi Syrach. Nostra uero, hoc est noui testamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epistolæ quatuordecim. Petri epistolæ duæ. Ioannis tres. Iacobi una. Iudæ una. Clementis epistolæ duæ. & præceptiones, quæ uobis episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt, quas omnibus publicare non oportet ob quædam arcana, quæ in se continent. Et actiones nostras Apostolorum.

Finis apostolicorum canonum, Gregorio
Haloandro interprete.

K iij

NORIMBERGAE EXCVDEBAT IOAN.
PETREIVS TYPOGRAPHVS ET
BIBLIOPOLA IBIDEM.

Anno Domini

M. D. XXXI.

Q Voniā in opere tam magno, optimi lectores, & uario, neq; non ex chartis uetustate penē ac carie consumptis descripto, per imperitiam atq; incuriam eorum, qui excusoribus typos aut componunt, aut corrigunt, cauere non potuimus, quin aliquid mendarum relederit, etratorum uicē emerferit: honestum fanē & quodammodo necessariū iudicauimus, quæ eius generis essent, paucis & ueluti in transcurso subnotare: quomāgis & nos ea re existimationem nostram tueremur, neq; uobis aliqua impostura fieret. In pari enim crimine uersari mihi uidentur illi, qui eorum se bonorum possessione uenditant, à quibus adhuc longissime absunt: & qui reueriti, ne quam ignorantia maculam contrahant, aut uulgo eruditionis famam amittant, ea uicia, quæ humanitus nonnunq̃ nobis adesse solent, agnoscere & in melius reformare recusant. Deinde maluimus temerè & fortuitu' admissum emendare, quod sapientis putatur: q̃ fallere, id quod longe lateq; ab officio boni uiri dissidet. Accedit eò impudens quorundam improbitas, qui cum cæcutientibus oculis multa bona prætereant, paucula tantū confectantur erratula, ut reprehendendis aliorum laboribus, memorabile sibi nomen cōparent: cū tamen, nisi alius benigne sua in medium ad utilitatē publicam contulisset: nihil ipsi habituri fuissent, quo caput erigerent, laterentq; haud dubie perpetuo in terræ puluere. Sed optimo nos iure hoc hominum genus relinquimus, qui (ut ille aiebat) quod iniuste omnes reprehendant, indulgentes animi sui uicio, neq; laudare quenq; neq; rursus ab alijs laudari possunt. Quare, optimi uiri, quæso etiā atq; etiā, ut factū nostrū pro humanitate uestra in meliorem partē accipiat. Sunt autē, quæ perperam impressa in græco leguntur codice, fermē huiusmodi.

Col. 2. u. 7. πρό τῶν 8. τῶν θεῶν κριμῶν. Col. 4. u. 11. πάντως ἔσω εἰκαυτοῦ. Col. 5. u. 26. ἀμετέριαν πομπῶν. Col. 6. u. 2. ὡς διαπλάσιονος. Col. 7. u. 3. διδύμου μέν. idēq; etiā alibi peccatum est. 29. διθύς idem. 38. uersu. Col. 8. u. 8. πρῶτος. 19. ἐπιπέοιτο. 23. & 31. ταῦτη. 35. ἀρχαίων. Col. 9. u. 38. π. 45. αὐτῶν τῶν δειν. Col. 10. u. 16. αὐτῶν. Col. 11. u. 20. πάντες. 29. ἀρχαίων. 43. παραλαβάνοντας. Col. 13. u. 3. ἡμῶν. Col. 14. u. 4. & 10. ἀφοσιώσας. 7. τῶν ἐπ' αὐτ. 26. ἐπιτῶν. 34. φιλία μὲν οἱ. Col. 15. u. 4. πρὸς ἀγαθῶν. 12. πῶν προπαρῶν. id quod alibi quoq; admissum obserues. 15. ἡσώθη. Col. 17. u. 14. ἐπαρχικῶν. Col. 18. u. 33. ἀποιτῶν. Col. 19. u. 15. ἔδωκε. Col. 20. u. 16. γνησιῶν. 17. αἰδουμένων γνησιῶν. 33. δὲ ἢ οἱ μὲν ἐκ. 51. ποιῶσι. Col. 21. u. 42. δὲ τῶν πε. Col. 24. u. 13. κρηνομένων. 21. συγχρηνομένων. 47. ἡμῶν. Col. 25. u. 17. ἐπ' αὐτοῖς. Col. 26. u. 23. ποσὸν τῶν. 50. μεταπέδεται. Col. 29. u. 3. ὁδοσφαιδῶν. 46. σασιώδης π. Col. 30. u. 6. ἢ τῶν. 46. ἐπὶ τῶν βίωσ δὲ γ. 49. πελοποιῶν. Col. 31. u. 10. πενοεῖν. 16. οἱ τῶν. Col. 32. u. 9. μοῖραν, τὸν τῶν ἰσχυροῦσιν ὡς πάντως εἶναι. 12. ἔδωκε δὲ δ'. 14. πρὸ φασιν. 24. π. 32. ἀφοσιώσας μὲν καὶ πῶν. Col. 34. u. 18. αὐτῶν. 24. τῶν ἐκείνου δικαίους. 46. πῶν δὲ. Col. 35. u. 35. συμβίβασιν. Col. 36. u. 13. ἐπειτα. 23. πῶν δὲ. Col. 37. u. 27. ἀποδείξει. 41. εἰς αὐτῶν. Col. 38. u. 52. πρὸ κινῶν. Col. 39. u. 5. ἀποδείξει. Col. 40. u. 21. μακρῶν. 22. καταδουλοῦσιν τα. 45. ἀποκαθησθῆναι. 46. ἢ εἰς τῶν. 49. ἀποδείξει. Col. 41. u. 10. ἀπέθεν. 26. συμβαλῶσιν: οὐκ ὠλ. Col. 42. u. 39. βαθμῶν τῶν βαθμῶν. item φυλακιστομένων. Col. 44. u. 6. ἀνεργασίαν. 7. ἔτα. 21. τῶν πῶν ἀμφ. 45. κτήσας. C. 45. u. 33. τῶν γάμων. 45. δὲ δὲ κατὰ. C. 46. u. 3. τῶ νόμῳ. 41. πρὸς τῶν ἢ δὲ. 42. ὡς ἐμπροσθεν. C. 47. u. 22. τῶν ἡρτημένων. 24. ἐπ' ἐπιθ. C. 48. u. 20. ἡμῶν ἀσφαλείαι. 21. ἀγαθῶν, τῶν κληρονομοῦσιν, ἢ τῶν ἑσποκαταστάσις. 29. τῶν νόμων. 36. αὐτῶν τῶν. C. 49. u. 23. εἰς τῶν. 27. τῶν πρὸς ἀγαθῶν. C. 50. u. 4. καὶ αὐτῶν μὲν. 7. διατυπώσονται. C. 51. u. 5. κατασκευάσω. C. 53. u. 34. δίκαιος τῶν ἑσπο. 41. ὁ πῶν μὴ μιν ἔδωκεν. 44. τῶν κληρονομοῦσιν. 49. τῶν πῶν ὄρεον. C. 54. u. 9. ἢ. 37. πρὸς τῶν. C. 55. u. 2. πρὸς τῶν. C. 56. u. 3. καὶ μέγιστος ἐπὶ. 17. ἀξίως εἶν. 18. ἐκκρίνω μὲν. 34. ἀρχῶν. C. 57. u. 35. διωκόμεν. C. 58. u. 6. ante τῶν deest γνησιῶν. C. 59. u. 11. ἴδια. 42. κρηνομένων. 51. ἐκείνῳ. C. 60. u. 31. μεμῶσιν ἀγαθῶν. C. 61. u. 19. τῶν. C. 62. u. 15. πρὸς τῶν. 18. αὐτῶν. 30. ὑψηλομένων. 42. πῶν βλεψῶν. 44. πρὸ γ. C. 63. u. 3. βασιλικῶν. 7. παφλαγγνῶν. 8. τῶν τῶν. 17. μετέπειτα. C. 64. u. 13. δὲ δὲ. 16. τῶν μὴ. 33. τῶν αὐτῶν. 45. τῶν πῶν πρὸς τῶν. 49. ἐπεδω. item alibi. C. 65. u. 19. τῶν τῶν. 51. ἀπακτικῶν ἐνεκῶν, ἢ τῶν φρακτικῶν. C. 66. u. 2. ὄν. 39. ἀρχῶν. C. 67. u. 9. λιζῶν. 38. τῶν φρακτικῶν δὲ. C. 68. u. 9. πρὸς τῶν. 10. διαρχῶν. C. 70. u. 24. τῶν π. bis. 39. τῶν μὲν. C. 71. u. 21. διωκόμεν. C. 72. u. 43. καὶ πολλοὺς οὐτως. 49. ἡξῶν. C. 73. u. 15. πῶν βουλιῶν. 17. ἐσποκαταστάσις. 34. πελοποιῶν. 46. οἱ δὲ ἐπὶ τῶν. C. 74. u. 2. αὐτῶν τῶν. C. 75. u. 5. ἢ πῶν πρὸς ἀγαθῶν. C. 76. u. 8. συμμαχιστομένων. 15. γαμικῶν. 22. τῶν ἑλκῶν. 34. ἰσχυροῦσιν. 49. ἑσποκαταστάσις. C. 77. u. 27. ἐπαρχικῶν. 47. quid si ἀνθεμίον legas,

legas, ut supra in una & altera inscriptione, & item in decretis Agapeti papæ: Anthimi tamen & in ea, quæ latine circumfertur, scriptum inuenimus. Col. 80. u. 45. δεκανόν 50. οὐδὲ αὐτῶν. C. 81. u. 6. πενομοῖσι. 10. κληρο. 17. καὶ ἢ μὴ. 25. γίνεται. 33. τῶν πῶν μέγιστον. in quorū postremo alibi quoq; peccatum est. 46. πελοποιῶν. C. 82. u. 52. ἰσχυροῦσιν. C. 83. u. 4. ἐγγραφῆται. 42. ἐκείνῳ. C. 84. u. 17. ἡμῶν. 39. ἀρχαίων. 42. ὄνομαζέτω. 52. πρὸς τῶν. C. 85. u. 5. ἐξόντων. 26. καὶ ὁ πῶν. 51. ἀποδείξει. C. 86. u. 8. ἐπινοῦσιν. C. 88. u. 49. ἐκπῆσιν. C. 90. u. 41. κληρο. C. 91. u. 9. ἐπει τοῖ γ. 11. πρὸς τῶν. 13. βουλομένων. 28. ἢ καὶ. 42. ἐπιστήσεις. 51. τῶν οἰσῶν. Iterum. εἰς τῶν. C. 92. u. 5. ἀφ' ἐπὶ τῶν. C. 93. u. 3. αὐτῶν ἑσπο. 27. φονίσει. 47. δὲ κλη. C. 94. u. 12. διδύμου. 15. ἀσκητικῶν ἀσκητικῶν. 28. φιλίας. 34. εἰ ἔδωκε διδύμου, ὡς. 39. κληρο. C. 95. u. 42. αὐτοῖς ἑσποκαταστάσις. οἱ αὐτῶν ἐπὶ γ. νόμος τῶν εἰς τῶν. 43. ἀληθινῶν. C. 97. u. 37. ὄμοιος ἑσπο. post 46. uersum sequi debet epitome Constit. 62. πῶν συλλεπτικῶν, quæ latine fuit edita. Incepit autem in hunc modum. ANTE DE IIS IPSIS. &c. Eius constit. sententiā, quantum ex loco a uermibus comesto & exeso potuimus colligere, expressimus in latinis. Col. 98. u. 41. ἀποπῆσιν. rurs. ἐπὶ κληρο. 46. ἢ οὐκ ἄρχι. rurs. φουλοποιῶν. C. 99. u. 8. ἐπὶ κληρο. 41. τῶν. C. 100. u. 48. ἀφοσιώσας. C. 101. u. 48. ὄν. 50. πρὸς τῶν. C. 102. u. 40. εἰ πῶν. 48. Item μετὰ τῶν γνησιῶν deest μόνον. 49. ἀρχαίων. C. 103. u. 48. βουλομένων. 47. τῶν δὲ. C. 104. u. 41. ἢ αὐτῶν. C. 106. u. 12. δικασίας. 20. συμβολαίαν. item alibi sæpius. 29. γραμματικῶν. 35. εὐπῆς. 42. μὲν οὐδὲ δὲ. 49. πρὸς τῶν ἀσφ. 52. ἵνα εἴτε αὐτοῖ. C. 107. u. 4. ἐπὶ τῶν. 12. πῶν. καὶ οὐ. 39. ἑσπο. C. 108. u. 7. ἀπὸ πάντων. 23. ἀποδείξει. 44. ἐπὶ ἀσχυροῦσιν. C. 109. u. 3 & 4. πρὸς τῶν. 61. τῶν αὐτῶν. C. 110. u. 9. ἀποδείξει. 14. ἑσποκαταστάσις. 33. γνησιῶν. ὡς. rurs. ἑσπο. C. 111. u. 2. ἄρον. C. 112. u. 13. διαπέδεται. 20. ὄμοιος μὲν οἱ legendū. 42. δὲ δημοκράτου. C. 113. u. 2. γὰρ δὲ deest ἑσπο. C. 114. u. 4. ἢ τῶν γ. rurs. συμβολαίαν deest πρὸς τῶν. C. 115. u. 24. πρὸς τῶν. 42. ἑσπο. 45. γίνονται δικαί: αὐτῶν. rurs. κατὰ τῶν. C. 116. u. 5. σωτηρίας. 20. dele ἀρχῶν. 21. διαδέξεται. 26. μόνον: διὰ τῶν τῶν. 30. νίκης. 32. πρὸς. C. 117. u. 7. πρὸς τῶν. 52. ὡς οἱ πῶν. rurs. συμμαχιστομένων ὡς ὁλοποιῶν, οὐ καὶ. Col. 119. u. 5. χρονολογίαι. 35. δικαίου. hic aliqua deest sunt. unde asterisco locus notandus erat. rurs. πρὸς τῶν ἀρχῶν. C. 120. u. 8. ἐσποκαταστάσις. 20. ἢ οἰσῶν δὲ ποτε. 39. ἑσποκαταστάσις. C. 121. u. 9 & 13. πῶν. 26. ἐσπο. 34. διωκόμεν. C. 123. u. 11. πρὸς τῶν. C. 125. u. 37. πρὸ τῶν. C. 126. u. 20. νομομοῖσι deest οὐκ. u. 30. ὄν τῶν. C. 127. u. 47. ἡμῶν. C. 129. u. 29. τῶν βουλομένων. 34. λυμνομένων. C. 130. u. 23. εἰ καὶ ἀρχ. 40. ἢ οὐκ. C. 131. u. 23. δὲ νόμον. C. 132. u. 13. μὲν. 30. ἢ μὲν. 32. πρὸς τῶν deest ἡμῶν πρὸς φιλίας. ἢ ἀσχυροῦσιν. C. 133. u. 38. αὐτῶν π. 39. ἀρχῶν. 41. πρὸς αὐτοῖς. 42. ἑσποκαταστάσις. 47. ἐκκρίνω μὲν. C. 134. u. 47. ἢ τῶν μνησῶν. C. 135. u. 24. φουλοποιῶν. 35. φουλοποιῶν. 42. μὲν οἱ πῶν. 44. ἀρχῶν. 49. πρὸς τῶν. C. 137. u. 14. ἢ πρὸς τῶν. 16. ἀποδείξει. 41. ἑσπο. C. 138. u. 14. ποιῶν πρὸς τῶν. 16. αὐτῶν π. 38. αὐτῶν γνησιῶν. C. 139. u. 4. μὴ πῶν. 35. ζημιουδά. 36. γὰρ deest πρὸς. C. 141. u. 24. πῶν. C. 142. u. 17. οἰσῶν. 28. ἀπο τῶν. 44. ἀρχῶν deest ἢ. 51. αὐτῶν. C. 143. u. 19. οὐκ. C. 144. u. 26. ἐσποκαταστάσις. 42. ἀπο τῶν. 42. ἀπο τῶν. C. 145. u. 25. ἀρχῶν. C. 146. u. 7. γνησιῶν. C. 147. u. 33. δὲ κληρο. C. 148. u. 4. ἐπὶ τῶν. 6. ὄν. 36. σασιώδης. 37. ἑσποκαταστάσις. C. 149. u. 1. αὐτῶν. 5. εἰς τῶν deest τῶν ἑσποκαταστάσις. 12. λυμνο. αὐτῶν νόμῳ τῶν. 19. titulum sic lege. πῶν τῶν ἀρχῶν βουλομένων, ἢ τῶν εἰς τῶν γνησιῶν νεμῶν. 41. αὐτῶν. C. 150. u. 15. πρὸς τῶν. ὡς 45. πρὸς τῶν. 50. ποιῶν τῶν. C. 151. u. 11. δὲ αὐτῶν. C. 152. u. 2. ἑσποκαταστάσις. 3. ἀπο τῶν deest καὶ. 22. τῶν οὐκ αὐτῶν. C. 153. u. 23. dele διαίρεσιν. 35. δὲ αὐτῶν ἀπο τῶν. 52. διαίρεσιν. C. 154. u. 14. συμμαχιστομένων. 22. δικασίας. 33. συμμαχιστομένων. 37. διαπέδεται. 50. διαίρεσιν. 52. ἀπο τῶν. C. 155. u. 18. δικασίας. C. 156. u. 9. ἢ κατὰ. C. 157. u. 20. εὐσποκαταστάσις. 36. ἢ φουλοποιῶν. 37. ἢ πῶν διατυπώσονται. 40. κακῶς. 6. ὄν. C. 158. u. 1. δὲ κληρο. C. 159. u. 19. ἀπο τῶν. 31. ἢ τῶν ἀρχῶν. 33. ἀπο τῶν. 45. διατάξας πῶν διατυπώσονται. C. 160. u. 9. πρὸς τῶν. 17. δὲ εἰς τῶν. C. 162. u. 16. ἢ deest μὲν. 20. πρὸς τῶν. 36. τῶν ἀρχῶν deest χρονολογίαι. C. 163. u. 33. ἐκ τῶν ἀπο τῶν. C. 164. u. 11. εἰ δὲ. 18. πρὸς τῶν. 43. ἀπο τῶν. 45. πῶν deest τῶν. C. 165. u. 12. πῶν. 25. εἰ οἱ. 28. εἰ μὴ τῶν. C. 167. u. 1. εἰ δὲ πρὸς τῶν. 19. εἰ δὲ τῶν αὐτῶν, ὡς εἰ πῶν. 47. τῶν αὐτῶν. C. 168. u. 33. διαίρεσιν. 52. αὐτῶν. C. 169. u. 2. πολλοὶ τῶν ἀπο τῶν. C. 170. u. 24. διατυπώσονται.



